10827 28. IV. J. 9.
V GW 1599

Operū sancti Ambrosij pars tertia.

Opus primū.

Epistolarū sancti Ambro/sij episcopi Mediolanensis elegantissimum opus

Operum huius tertie partis annotatio

j Libri Epistolarum.
ij De Fide ad Gratianū Augustū.
iij De Spiritusancto ad Gratianū.
iiij De Fide contra arrianos.
v De Incarnationis dñicę sacramēto
vj De Abysterio paschę.
vij De Excessu fratris.
viij De Fide resurrectionis.
ix De Pęnitentia.
x Adhortatio ad pęnitentiam.
xj De Virginibus.
xij De Viduis.
xiij Adhortatio ad virgines.
xiiij De Virginis institutione.
xv Ad Virginem deuotam.
xvj Ad Virginem corruptam.
xvij Ad Corruptorē v̄ginis obiurgatio.
xviij Ad Virginē corruptā exhortatio.
xix Opus sermonum.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

...Auxentio arriano in co/
...ei episcopi de laicis in ecclesia: &
...eant iudicare. Epla. XXXII.
...licis tradendis: inuehētis: suosque ad cōstan
...tio.
...ferens illi quid in causa de basilicis tradēdis
...nsistat. Epla. XXXIII.
...obitu Valentiniani imperatoris.
...ecessū Valētiniani augusti uehemēter se do
...æparatū esse insinuans. Epla. XXXIIII.
...a: ac uirtutib⁹ Theodosij imperatoris: habi/
...⁹ sui: Honorio principe filio ei⁹ assistente.
...præfecturæ offensam quā cōtraxerat esse re/

0300028286

Epistolarũ sancti: deuoti: ac disertissimi uiri Ambrosij episcopi Mediolanẽsis: eximijque ecclesiæ doctoris: per decẽ libros elegantissimo stilo digestarũ breuis annotatio: singularũ initia: materiã: atq; ordinem exponens.

Epistolæ Libri primi.

Ambrosius Iusto: Exponens quid significet illud didrachmũ: cui⁹ dimidiũ hebræus præcipitur offerre ꝓ redemptione animæ suæ. Epl'a. I.

Ambrosius Simpliciano: explanãs quid sibi uelit ꝙ Moyses post oblatum sacrificium & immolatas dño salutares hostias: dimidiã partẽ sanguinis in crateras miserit: dimidiam autem ad altare fuderit. Epl'a. II.

Ambrosius Simpliciano: causam reddẽs Cur Moyses ꝓphęta maxim⁹: inueniaꝫ magis Aaron fratris cõsiliũ q̃ suũ ꝓbasse: Cur etiã tã difficile tãq; rarũ sit pœnitentiã peccati gerere in hac uita homini. Epl'a. III.

Ambrosius Irenæo: declarãs quõ intelligendũ sit qđ in Exodo legiꝫ: Abominãda apud ægyptios imolemus deo: Qualib⁹ præterea ductorib⁹ & qua uia ad ecclesiam christi pueniaꝫ: Qui illã ingrediaꝫ: & quid eis in ipsa sit agendũ. Epl'a. IIII.

Ambrosius Fœlici comẽsi episcopo: asserẽs se & lectione sermonis illi⁹: & spe futuri aduẽtus refocillatũ: simulq; ut uenire nõ negligat adhortãs. Epl'a. V.

Ambrosius Irenæo: pythagoricũ mandatũ cõmemorans: quo ille discipulos suos cõmunem atq; usitatam populo uiam ingredi ꝓhibuit: & ut idem a sacerdotib⁹ obseruetur: multiplici ratione psuadens. Epistola. VI.

Epistolæ Libri secundi.

Ambrosius Simpliciano: eleganter de uera libertate ac etiam seruitute disputãs: fortissimisq; argumẽtis solum sapientẽ uera libertate gaudere: & oẽm insipientẽ seruum esse cõprobans: atq; ad illam amplectendã plurimũ cohortans. Epl'a. VII.

Ambrosius Faustino: eundẽ ꝓpter obitum germanæ acerbo dolore mœrentem consolans. Epistola. VIII.

Ambrosius Bellicio: graui ægritudine priusq̃ in dñm Iesum crederet iactato: postea uero reualescẽte: illum ex diuinæ uisitationis pietate in fide christi confortans: & ad aliorum sacramentorũ perceptionẽ exhortans. Epl'a. IX.

Epistolæ Libri tertij.

Ambrosi⁹ Simpliciano: pulchre de ueris diuitijs: ac cõtraria pauptate differẽs: & q̃-nã sit soluscq; sapiens uere diues: atq; insipiẽs pauper sit demõstrans. Epl'a. X.

Ambrosius Irenæo: uersiculũ illũ: Speciosus forma: & cætera: græco sermone annotatũ uoluens: pluribusq; rationibus & exẽplis nos ꝓuocans: ut illi sũmo bono qđ est dñs Iesus: quo nihil est speciosi⁹: animo intẽdam⁹: illud quæram⁹: illud itueamur: [illegible]amur: illi adhæreamus: & in eo pascamur. Epl'a. XI.

[illegible]ud uerbũ Aggæi ꝓphetæ: Si tẽpus uobis est ut [illegible]aos sermone cõmonens: ut in superio[illegible]rra eis habitem⁹: taleq; domos nosmet[illegible]

[illegible]ri quarti.

[illegible]um sit aliqua apud deum differentia cha[illegible]uẽtutis aut posterioris ætatis ꝓcessu cre[illegible]

[illegible]uis eũ de quõ in supiori epistola dictum [illegible]i animas intelligat. Epl'a. XIIII.

[illegible]lex ꝓhibuerit mulieres uti ueste uirili:

Ambrosius Irenæo: epistolam ad Ephesios sūmaria ac breui explanatione pstringens. Epistola. XVI.

Ambrosius: clericos quosdam qui ꝓpter leuē aliquā offensionē ab officio desistūt redarguit: & ad constantiā exhortatur. Epla. XVII.

Epistolæ Libri quinti.

Ambrosius Horontiano: eum docens ex Michæa ꝓphēta: quomō anima uetꝰ & infirma a recto itinere deuiās lapsa sit: Quoue ꝓcessu cōuertaē: gradūq; reparet ac reformet: & ut in ꝓposito suo pseueret: admonens: Epla. XVIII.

Ambrosius Horontiano: dissērens quēadmodū animā euangelicā quæ est ecclesiæ filia: dns Iesus primo susceperit: erudierit: atq; cōsummauerit. Epla. XIX.

Ambrosius Horontiano: quæ sit diuina hæreditas definiēs: & cur tanto existimetur: ut ꝓpter eam plæriq; morti se offerant. Epla. XX.

Ambrosius Horontiano: quæstionē de natura & substantia animæ: subtili responsione dissoluens. Epistola. XXI.

Ambrosius Horontiano: superioris quæstionis responsionē latius explanans atq; complens. Epistola. XXII.

Ambrosius Horontiano: dubitationem tollēs: de quo spiritu dictum sit: Quia postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus. Epla. XXIII.

Ambrosius Marcello: narrans se causam ueternosi iurgij inter illum & fratrem ac sororē componēdi tanq̄ arbitrum suscepisse: rationēq; huiusce modi compositionis exponēs. Epla. XXIIII.

Gratianus augustus: beato Ambrosio: ut ad se docēdū uenire festinet postulās: & ut scripturis atq; argumētis spiritūsanctū deū esse cōuincat: rogans. Epla. XXV.

Ambrosius Gratiano augusto: epistolam ipsius plurimum cōmendans: suæq; uoluntati se satisfacturum pollicens. Epla. XXVI.

Ambrosiꝰ Valētiniano impatori: legatiōis suæ expositionē insinuās. Epla. XXVII.

Ambrosius Theodosio imperatori: seipsum excusans: & ut ille facinoris sui pœnitentiā agat: rōnibus atq; exēplis suadēs: rogans: hortās: & admonēs. Epla. XXVIII.

Ambrosius Theodosio imperatori: uindicari iubentē in episcopū & christianos qui synagogā incenderūt: uehemēter eū ob hoc arguens: atq; ut aliā epistolā dictari iubeat: & qđ prius iussum fuerat emendet: exhortans. Epla. XXIX.

Ambrosius Valentiniano: eundē rogans atq; cōueniens ne ad petitionē gentiliū aras eorum imperatorio decreto instaurari iubeat: ostendensq; ex tali decreto: primum deo: deinde patri & fratri iniurias irrogari. Epla. XXX.

Symachi urbis præfecti persuadentis ritus ueteres circa cultū deorū esse seruandos: ad imperatores Relatio.

Ambrosius Valentiniano imperatori: Relationi Symachi respondens: aptissimisque confutationibus eam refellens. Epistola. XXXI.

Ambrosius Valētiniano imperatori: recusans certare cū Auxentio arriano in cōsistorio imperatore iudicaturo: ex eo ꝙ in causa fidei episcopi de laicis in ecclesia: & non laici de episcopis in consistorio debeant iudicare. Epla. XXXII.

Sancti Ambrosij in Auxentiū de basilicis tradendis: inuebētis: suosque ad cōstantiam atq; tolerantiam exhortantis: Oratio.

Ambrosius Marcellinæ sorori suæ: referens illi quid in causa de basilicis tradēdis actum sit: & in quo statu res ipsa nunc consistat. Epla. XXXIII.

Sancti Ambrosij Oratio funebris de obitu Valentiniani imperatoris.

Ambrosius Theodosio imperatori: decessū Valētiniani augusti uehemēter se dolere: aptissimūq; ꝓ sepultura eiꝰ locū præparatū esse insinuans. Epla. XXXIIII.

Sancti Ambrosij Oratio de exitu: uita: ac uirtutibꝰ Theodosij imperatoris: habita in celebritate quadragesimi diei obitꝰ sui: Honorio principe filio eiꝰ assistente.

Ambrosius Eusebio epō: apparitori præfecturæ offensam quā cōtraxerat esse re-

missam:Faustinũq; paruulũ tussi laborãtẽ ad sororẽ uenisse referẽs.Epla.XXXV.

Epistolæ Libri sexti.

Ambrosius Sabino episcopo:eos qui indignum duxerint q̃ Paulinus uenditis facultatibus & sæculo relicto:secretũ quoddã elegerit confutans: & cõprobans q̃ nõ ignominiosum aut turpe:sed gloriosum sit opprobriosum:uilẽ & nudũ fieri p̃ christo: Quid etiã denutatio ipsius Dauid figurauerit exponens.Epla.XXXVI.

Ambrosius Chromatio:ex illo qđ in libro Numeroꝝ a Balaam dictũ esse legitur: Quia nõ mentit' deus:Nec est augurator in israel:discutiens unde habuerit iste qui augur erat ut oraculum dei loqueretur & futura manifestaret.Epla.XXXVII.

Ambrosius Horontiano:rationem huic quæstioni reddens:Cur prius omnia uel uolatilia uel terrestria uel quæ in aquis sunt p̃ducta fuerint: q̃ homo propter quem cuncta illa creata sunt formaretur.Epistola.XXXVIII.

Ambrosius Horontiano:de diuisione p̃phetica quæ operatorem atque opera distinxit:Ratione quoq; sex dierum quibus factus est mũdus:& mysterio septimi atq; octaui numeri subtiliter disserens.Epla.XXXIX.

Ambrosius Sabino:libellos illi mittens atq; rogans:ut scrutanter discutiat:& quæ corrigenda decreuerit:arbitrij sui iudicio corrigat.Epla.XL.

Ambrosius Sabino:ex eo q̃ illi cõplacuit usus epistolaꝝ:spondens se frequẽtius cum scriptis suis:præsertim cum solus sit uelle alloqui:solitudinẽq; plurimũ cõmendans atque suadens.Epla.XLI.

Ambrosius Sabino:de paradiso quid alij senserint referens:& quæ sua de mystico paradiso sit sententia:pulchra expositione declarans.Epla.XLII.

Ambrosius Sisynnio:pietatem illius cõmendans q̃ filio ignouerit:qui eo incõsulto uxorem acceperat.Epla.XLIII.

Epistolæ Libri septimi.

Ambrosius Constãtio:in suscepto ecclesiæ gubernamine illũ cõfortans: ac diligẽti cõmonitione instituens qualẽ se debeat corã plæbe dñi exhibere:loquẽdo:docẽdo:admonẽdo:hortando:psuadẽdo:obsecrãdo:ut uitijs & terrenis cupiditatib⁹ renũciẽt:uirtutes sectent':bonorũq; operꝝ diuitias quærãt:& dño i sobrietate & gra & tota mẽtis sedulitate seruiãt:Demũ eidẽ aliã quãdã ecclesiã cõmẽdãs.Epla.XLIIII.

Ambrosius Sabino:causam reddens:Cur post scripturã prius directam codicem apertius scriptum transmiserit.Cur etiam p̃priam manũ stilo suo affixerit:ad epistolarem inde ludũ eum inuitans:& usum illius exponens.Epla.XLV.

Ambrosius Eusebio:iocunditatem illius in filijs & filiorum benedictionem recensens:Epistola.XLVI.

Ambrosius Irenæo:cõfutans errorẽ cuiusdã maledici apollinaristæ:qui nõ põt audire q̃ dñs noster Iesus christus p̃ nobis seruitutẽ susceperit.Epla.XLVII.

Ambrosius Irenæo:p̃sequẽs illud quod in Hieremia scriptum est: Clamauit perdix:congregauit quæ nõ peperit:naturã istius auis describendo: & eum diabolo ac membris suis adaptando.Epla.XLVIII.

Ambrosius Syricio:narrans illum Prisco aduenienti litteras dedisse: & se eidem reuertenti alias reddidisse.Et quia utrũq; eorum officio remuneratus sit: etiam eius officij preciũ incrementa debere adipisci gratiæ.Epla.XLIX.

Ambrosius Attico:scribens litteras suas Priscum sibi:& se illi alias reddidisse:Priscum dilectioni suæ amplius cõmendans.Epla.L.

Ambrosius Fœlici:significans tuberum sibi missorum partẽ amicis direxisse:Et illum q̃ se tamdiu nequaq̃ reuisarit arguens.Epla.LI.

Ambrosius Romulo: quæstioni illius:Cur uidelicet deus dixerit: Ponam cælum æreum:& terram ferream:satisfaciens.Epla.LII.

Ambrosius Titiano:illi congaudens q̃ a Rufino liberatus sit: quem sibi grauiorẽ

iudicem in negocio cũ nepte ſua arbitrabatur. Epl'a. LIII.

Ambroſius Syricio: gratũ ſibi aſſerens cũ & ab ipſo litteras accipiat: & ille aliquos de cõſeruitio ſuo dirigat: eoſq; ſe diligere cõteſtans qui nõ patiunt ſe a ſuo munere diutius abeſſe: & ad ſequendũ dominũ Ieſum ſuadens. Epl'a. LIIII.

Ambroſius Fœgadio & Delphino epiſcopis: inſinuans Polibium ut utriq; eorum ſcriberet popoſciſſe: ac poſt datam epiſtolam utriuſq; nomine conſcriptam: alteram exegiſſe: & ei ſe illam dediſſe.. Epl'a. LV.

Ambroſius Romulo: de eo ꝙ Aaron populo poſcẽti ſibi deos fieri aurum detraxerit: & ꝙ eo auro figuratũ ſit uituli caput: & ꝙ Moyſes tam dure indignat⁹ ſit ut iuberet quẽq; inſurgere in necẽ ꝓximi ſui: quid ipſe ſentiat exprimẽs. Epl'a. LVI.

Ambroſius Seuero epiſcopo: ſcribens cõpreſbyterum ſuum Iacobũ Campaniæ ſibi ad requieſcẽdum littora ubi oratioⁿi uacet & deo ſeruiat elegiſſe: ſe uero in medio omniũ moleſtiarum freto uerſari conquerens. Epiſtola. LVII.

Ambroſius Studio: pia illi ꝓſuaſione reſpondens: quid in cauſa cuiuſdam crimino ſi potius agere debeat. Epl'a. LVIII.

Ambroſius: ſacerdotibus quibuſdã & omni clero plæbis Theſſalonicenſium: de obitu: uita: uirtutibus & cõuerſatione ſancti uiri Acholij. Epl'a. LIX.

Ambroſius Anyſio: ſancti Acholij ſucceſſorem: de ſucceſſione eius congaudens: uitãque ſancti Acholij commendans: & illius adoleſcentiã: iuuentutem atq; ſenectutem benedicens. Epl'a. LX.

Ambroſius Candidiano: ſplendorem ſermonis & fulgorem affectus eius cõmendans: illiq; benedictionem optans. Epl'a. LXI.

Epiſtolæ Libri octaui.

Ambroſius Irenæo: quæſtionem: Cur dominus deus mãna pluerit populo patrũ & nunc non pluat: diſſoluens. Epl'a. LXII.

Ambroſius Iuſto: diſſerens ꝙ ueteres quos plæriq; ꝑm artem ſcripſiſſe negãt: ꝑm gratiam quæ ſuper omnẽ artem eſt ſcripſerint: de quorum tamẽ ſcriptis ij qui de arte ſcripſerunt artem inuenerunt. Epl'a. LXIII.

Ambroſius Syagrio Veronenſis eccleſiæ epiſcopo: litteris illius reſpondens: eũq; uehementer arguens de iudicio attemptato in cauſa cuiuſdam uirginis per turpes quaſdam ꝑſonas accuſatæ: Et cur cauſam iſtam ad ſe reuocauerit: & qualẽ in ea ſententiam ꝓnunciauerit exponens. Epl'a. LXIIII.

Ambroſius Syagrio: ꝓ caſtitatis cõtumelia dolentem querelã faciens: atq; ex ſcripturis ſanctis oſtẽdẽs quantũ maiores noſtri reuerẽtiæ detulerint caſtimoniæ: quã tũue ultionis ſtudiũ aduerſum temeratores pudicitiæ fuerit. Epl'a. LXV.

Ambroſius Paterno: eundẽ quia filio neptem ex filia copulare uoluit redarguẽs: & ut ab ea diſcedat intentione cõmonens. Epiſtola. LXVI.

Ambroſius Quinegio: illũ de cõſultione ſua cõmendans. Epl'a. LXVII.

Ambroſi⁹ Antonio: amorẽ ei⁹ in ſe & ſui animũ in illũ cõmemorãs. Epl'a. LXVIII.

Ambroſius Alipio: litteras illius ſibi eſſe redditas: & ſe ſuis reſpondiſſe litteris: ſignificans. Epl'a. LXIX.

Epiſtolæ Libri noni.

Ambroſius Vigilio: inſtituens eum quomõ plæbem docere debeat: ac inter cætera ut coniugia ex alienigenis refugiant: Samſoniſq; exemplo comprobans q̃ pniciosum ſit alienigenæ mulieris copulam aſciuiſſe. Epl'a. LXX.

Ambroſius Irenæo: occaſione eius quod in Apoſtolo ſcriptũ eſt: Lex enim iram operat': & cætera. quæſtionẽ cur lata ſit lex abſoluens. Epl'a. LXXI.

Ambroſius Irenæo: cauſam reddẽs: cur plæraque in lege præcepta ſint: quæ per euangeliũ uacuata uidentur: ut eſt circũciſio corporalis: & obſeruatio ſabbati: aliaq; plura huiuſmodi: Cur etiã lex pædagogus dicatur. Epl'a. LXXII.

Ambrosius Clemẽtiano: uim apostolicæ disputationis in supiori epistola notatæ aperiens: simulq; ostendẽs iudæũ nõ esse ſm adoptionẽ hæredẽ. Epl'a. LXXIII.

Ambrosius Horontiano: ex eo qđ ab Apostolo cõmemoratum est: Abraam credidit deo: & reputatũ est ei ad iusticiam: & cætera. colligens ꝙ ij magis Abraæ filij q̃ ex fide hæredes sunt: ipsam quoq; fidem plurimũ cõmendans. Epl'a. LXXIIII.

Ambrosius Bellicio: exponens quid sibi uelit illud ꝙ dñs Iesus uidens a generatione cæcũ: expuit & fecit lutum & superunxit oculos cæci: & cætera. Epl'a. LXXV.

Ambrosius Studio: quæstionẽ ab eo ꝓpositam quã in quadã epistola superius ad eundẽ scripta absoluit: latius ac plenius ꝓtractans & absoluens. Epl'a. LXXVI.

Ambrosius Constantio: causam reddens: Cur circũcisio ueteris testamenti auctoritate quasi utilis impereť: & noui testamenti magisterio quasi inutilis repudieť: aduersantiũq; abiectiones arguta responsione dissoluens. Epistola. LXXVII.

Epistolæ Libri decimi.

Ambrosius Theophilo: dolenter cõquerẽs de statu causæ discordiarũ inter Euagriũ & Flauianum: & quid eũ in hac re agere uelit exponens. Epl'a. LXXVIII.

Ambrosius Theophilo & Anysio: excusans se de iudicio ferẽdo inter Bonosum episcopum & accusatores eius: illisq; causam istã cõmittẽs: Eosdem præterea approbãs merito abhorruisse blasphemiã quorundã qui inuiolatã uirginẽ Mariam plures peperisse filios mentiuntur. Epl'a. LXXIX.

Syricius papa: Mediolanensi ecclesiæ: narrans quid actũ sit cõtra hæreticos q̃ sub uelamẽto pij nominis serpentino sermone catholicã ueritatẽ corrũpere: ac fideles christianos sauciare moliti sunt: admonensq; ut ab illis se custodiãt. Epl'a. LXXX.

Ambrosius: Bassianus & cæteri: Syricio papæ: pastoralem illius sollicitudinẽ circa ouile christi custodiendũ: & lupos arcendos cõmendantes: uirginitatẽq; contra istorum dementiã coniugio præferentes. Immaculatã præterea christi genitricem Mariam: ratione: testimonijs: figuris & exemplis astruentes in partu uirginẽ pmansisse. Præconia denicq; uiduitatis attexentes: ac tandem louinianũ & reliquos hæreticos esse damnatos insinuantes. Epl'a. LXXXI.

Ambrosius Vercellensi ecclesiæ: & eis qui inuocant nomẽ dñi nostri Iesu christi: dolenter cõquerens ꝙ ipsa sola adhuc sacerdotẽ nõ habeat: illosq; admonens ut parentũ exempla sequant' ad postulandũ sacerdotẽ. Eorum præterea errorẽ qui nullũ dicunt esse abstinẽtiæ meritũ uel uirginitatis fructũ: rationib⁹: scripturis & exemplis cõfutans: uoluptatẽ quoq; condẽnans: & ieiuniũ: abstinentiã: tẽperantiã ac uirginitatẽ excellẽter cõmendans. Vercellẽses deinceps ad cõstantiã & alias uirtutes exhortans. Q2q; maxime in epi petitiõe abesse debeat malignitas. Ac tandẽ qualis in episcopũ eligẽdus: qualesue & ipsi esse debeant exponens. Epl'a. LXXXII.

Ambrosiu[illegible]: episcopis per Aemiliam cõstitutis: eos de celebritate paschali instruens. Epistola. LXXXIII.

Ambrosius: sacræ uirgini Demetriadi: magnis præconijs ueram humilitatẽ exaltans: aduersantẽq; illi supbiam digna uituperatione cõfundens: Ac ꝓ hoc ipsam ad elationẽ cauendã & præsidio sincæræ hũilitatis armãdã psuadẽs. Epl'a. LXXXIIII.

Sancti Ambrosij Mediolanensis epi: Liber primus Epistolarꝝ incipit.

Sancti Ambrosij ad Iustū: exponētis quid significet illud didrachmū: cuⁱ dimidium hebræus præcipiť offerre ꝓ redemptione animæ sue: Epla. I.

AMbrosius Iusto. Pulchre admones frater: ut epistolares fabulas & sermonē absentium ad interpretationē cōferamus oraculi cælestis: interrogans me quid significet illud didrachmū cuⁱ dimidiū hebræus præcipiť offerre ꝓ redēptione animæ suæ. Quid em̄ tā consociabile: q̄ de diuinis rebⁱ sermonē cōtexere? Est aūt dimidiū didrachmi drachma. Redēptio aūt animæ fides. Fides ergo drachma: quā illa mulier in euāgelio: ut legimus: amissam diligēter requirit: lucernā accendēs: & immūdans domū suā: & si inuenerit cōuocat amicas & uicinas: petēs congratulari eas secū: ꝙ inuenerit drachmā quā ꝓdiderat. Magnū em̄ damnū animæ: si quis fidē amiserit: uel gratiā: quā fidei precio acqsiuit sibi. Et tu ergo accēde lucernā tuā: Lucerna tua oculus tuⁱ est: ille interior oculus scilicet mētis. Istā lucernā accēde: quæ accipit oleum spirituale: & lucet i tota domo sua. Quære drachmā: redemptionē animæ tuæ: quā qui amiserit: turbať: qui inuenerit: exultat. Est & redēptio aīæ misericordia. Redēptio em̄ aīæ bois diuitiæ eiⁱ sunt: quibus utiq; fit misericordia: quæ sūptu paupes iuuat. Fides igiť gra: gra misericordia: misericordia redēptio ē aīæ: quæ drachma: hoc est integro ꝓcio sūmæ plenioris expēdiť. Sic em̄ scriptū ē dicēte dño ad Moysen: Qđ si acceperis cōputationē filioꝝ israel in uisitatione iꝓoꝝ: & dabūt singuli redemptionē animæ suæ dño: & nō erit in his ruina in uisitatiōe eoꝝ. Et hoc est qđ dabunt: quotquot pambulant uisitationē: didrachmi dimidiā partē: qđ est ꝑm didrachmū sanctū. Viginti oboli didrachmū. Dimidia autē pars didrachmi illatio dño. Ois qui intrauerit uisitare a uiginti annis & supra: dabūt illationē dño. Qui diues est: nō adijciet: & qui pauper ē: nō minorabiť a dimidia parte didrachmi: cū cœperint dare oblationē domino: & exorare ꝓ animabⁱ suis. Et accipies pecuniā illationis a filijs israel: & dabis illā in opus tabernaculi testimonij: & erit filijs israel legitimū memoriale in cōspectu dñi: & orare ꝓ animabus uestris. Ita ergo deerat uel diues qui plus offerret: uel pauper qui minus haberet: si i pecunia dimidiū didrachmū istud nō in uirtute esset. Vnde aduertendū ꝙ nō materialis ista sed intelligibilis drachma sit: quæ ex æquo ab omnibⁱ cōferēda existimabať. Deniq; etiā de illa cælesti esca (Esca autē & delectatio alimēti cælestis sapiētia est: qua uescebanť in paradiso locati: qui erat indeficiens animæ cibus: quē uocauit māna diuinus sermo) ita legimⁱ distributionē factā ꝓ singulas animas: ut æqualis fieret diuisio: Et collegerūt ꝑm dispositionē Moysi: is qui plurimū & qui minimū: & mensurā fecerūt gomor: & nō abundauit & supfuit ei qui multū: & ei qui minus nō defuit. Vnusquisq; em̄ ꝓ numero animaꝝ q apud se erat in tabernaculis: collegerūt ꝓ singula capita gomor: id est: mensurā uini: sicut habet interꝑtatio. Est autē mēsura sapiētiæ: quæ si supra mensurā sit: nocet: quia scriptū est: Noli esse multū sapiens. Et Paulus docuit ꝑm mensurā dari diuisionem gratiarū: cū dicit: Quia unicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatē: alij sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ ꝑm eundem spiritū: alteri fides in eodē spiritu: alij gratia sanitatū in uno spiritu: & diuidi eam gratiā ꝑm uoluntatē spiritus. Qđ diuidit æquitatis est: qđ aūt ꝑm uoluntatē suā diuidit: potestatis. Vel q̄a id uelit unicuiq; cōferre: qđ ꝓfuturꝝ nouerit. Gomor ergo mēsura est: & mensura uini qđ lætificat cor hois. Quid aūt nisi sapiētiæ potus: iocūditas cordis est? Hoc est illud uinū qđ miscuit in cratere sapiētia: & offert bibendū: ut sumamus nobis sobrietatē & prudētiā: qđ ea æqualitate trāsfundi oportet sensibⁱ & cogitationibⁱ nostris: & oibus motibus: q̄ intra hanc nostrā sunt domū: ut sciamus posse abūdare oibus: deficere nulli. Pleniⁱ autē de sanguine christi intelligiť: cuiⁱ ad gratiā nil minuiť: nihil adaugetur. Et si pa-

Exo. 30. vbi trāslatio hieronymi hz: Dimidium sicli.

Luc. 15.

Exo. 30.

Ibidē. 16.

Eccs. 7.
1. Cor. 12.

rũ ſumas:& ſi plurimũ haurias:eadẽ ꝓfecta eſt oĩbus mẽſura redemptionis. Paſcha quoq; dñi:hoc eſt:agnũ ita patres epulari iubent:ut ꝑm numerũ aiaꝝ epulent ſuarũ. Neq; plures:neq; pauciores:neq; alĳs plus dari:alĳs minus: ſed ꝑm aĩas ſingulorũ:Ne aut fortiores amplius ſumãt:aut infirmiores min⁹. Gratia em̃ æqualis ſingulis diuidit:redẽptio diuidit:donũ diuidit. Neq; plures oportet eſſe:ne quis uacuꝰ ſpei & redemptionis recedat. Plures ſunt qñ aliqui extra numeꝝ ſunt:ſcti numerati ſũt
2.Timoth.2. oẽs & capilli eoꝝ. Cognouit em̃ dñs qui ſunt ipſi⁹. Neq; pauciores:ne magnitudme gratiæ ſit ad recipiendũ infirmior. Et ideo oẽs æqualitate deuotionis & fidei deferre præcepit ad paſcha dñi:id eſt:ad tranſitũ. Paſcha aũt eſt: qñ anima irrationabilẽ deponit paſſionẽ:ſumit autẽ bonã cõpaſſionẽ:ut cõpatiatur chriſto:& tranſitũ eius in ſe ſuſcipiat:ut inhabitet in ea & deambulet:& fiat ei⁹ deus. Gratia itaq; æqualis ꝓ oẽs:uirtus aũt diuerſa in ſingulis. Vnuſquiſq; ergõ portionẽ cõpetentẽ ſuis uiri-
Matth. 20. bus ſumat:ne aut fortior indigeat:aut onereť infirmior. Habes hoc in euãgelio: qa merces æqualis oĩbus ſoluitur in uinea laborãtibus:ſed pauci ad brauiũ:pauci ad co-
2.Timoth.4. ronã pueniunt:pauci dicunt: Repoſita ẽ mihi corona iuſticiæ. Alia eſt em̃ merces liberalitatis & gratiæ:aliud uirtutis ſtipendiũ:laboris remuneratio. Ergo didrachmũ redẽptio eſt:imo dimidiũ didrachmi. Redimit autẽ nos a morte:redimit a ſeruitu-
Matth.17. te:ne ſubiecti ſimus mũdo:cui renũciauimus. Vnde dñs in euãgelio dicit ad Petrũ: ut uadat ad mare:& mittat hamũ: in ore piſcis inuentũ ſtaterẽ ſumat: & det ꝓ dño & ꝓ ſe:exigentibus didrachma. Hoc eſt igiť didrachma qđ exigebaťꝫ ꝑm legẽ:ſed nõ debebat illud filius regis ſed alien⁹. *Quid em̃ ſe chriſtus redimeret ab hoc mundo:qui uenerat ut tolleret peccatũ mundi?* Quid ſe a pctõ redimeret:qui deſcẽderat ut omnib⁹ peccatũ dimitteret? Quid redimeret a ſeruitute:qui ſe exinaniuerat: ut uniuerſis libertatẽ daret? Quid ſe redimeret a morte:q carnẽ ſuſceperat:ut morte ſua omnibus reſurrectionẽ acquireret? Nõ utiq; opus habuit redẽptione redemptor uniuerſoꝝ:ſed ſicut circũciſionem accepit ut legẽ impleret:& ad baptiſmũ uenit ut impleret iuſticiã:ita etiã didrachma exigẽtibus ſolutionẽ nõ recuſauit:ſtatim ſtaterẽ ꝓ didrachmo iuſſit pro ſe & Petro dari. Maluit em̃ ſupra legem ſoluere:q̃ id qđ erat legis negare. Oſtendit autẽ contra legẽ iudæos facere: qui ab uno didrachmum exigerent:cum dimidiũ didrachmi exigendũ Moyſes præſcripſerit. Et ideo & ꝓ ſe & ꝓ Petro tanq̃ ſingulas drachmas in ſtatere ſolui mãdauit. Bonus autẽ cenſus chriſti:qui ſtatere ſoluit:qa ſtatera iuſticia eſt:iuſticia aũt ſupra legem. Deniq; fi-
Ro.10. nis legis chriſt⁹ eſt:ad iuſticiã omni credẽti. Hic ſtater in ore piſcis inuenit:illius piſcis quẽ capiũt piſcatores hoĩm:illi⁹ piſcis qui ponderat ſermones ſuos: ut igne examinatos ꝓferat. Hunc ſtaterẽ neſcierũt iudæi:quẽ ꝓditori dederũt. Lex autẽ dimidiũ didrachmi ꝓ redẽptione aiæ exigit:quã drachmã deo deputat:qa totum didrachmũ uẽdicare nõ poterat. Vix em̃ in iudæo uel portio deuotionis poterat iuſtigari. Qui aũt uerus eſt liber:uer⁹ hebræus:tot⁹ eſt dei:totũ qđ habet:libertatis ẽ.
Exo.21. Nihil habet illi⁹:qui libertatẽ recuſat dicens: Dilexi dñm meũ:& uxorẽ: & infantes: nõ abibo liber. Qđ nõ ſolũ ad dñm ſed etiã ad eius referť infirmitatẽ:qui ſe ſubiecerit mundo:ꝙ diligat mundũ uel mentẽ ſuã:id eſt:nõ huius auctorẽ uolũtatis. Nec ſolum ad uxorẽ ſed etiã ad delectationẽ refertur:quæ domeſticã non illã æternã curã ſuſcipit. Huic ergo ad limẽ & oſtiũ ſuũ dñs ſuus aurẽ ꝑtundit: ut meminerit ſermonis ſui quo ſeruitutẽ elegit. Et ideo tu chriſtiane iſtũ ne imiteris: qa tibi ſcriptũ eſt:
Matth.19. nõ ut didrachmi dimidiũ (ſi tñ uis ꝓfectus eſſe) deo offeras:ſed ut oĩa tua uendas:& des pauperib⁹. Nec ut portionẽ ſeruitutis mundo reſerues:ſed ut totũ te abneges: & dñi crucẽ tollas:& ſequaris eum. Cognouimus itaq; ideo dimidiũ didrachmi lege poſtulari:quia dimidiũ generi hui⁹ mundi ſeruabaťꝫ:id eſt: cõuerſationi ſæculari: & uſui domeſtico:& poſteritati reſeruabatur:quib⁹ neceſſe erat & ſortem ex ſorte: id eſt:tranſmiſſionis deputari. Vnde & dñs tentantib⁹ ſe phariſæis ſubdola interro-
Ibidem.22. gatione::utrũ ſuaderet cẽſum dari cæſari:reſpondit: Quid me tentatis hypocritæ? oñdite mihi nũmiſma cẽſus. At illi obtulerũt ei denariũ: in quo erat imago cæſaris.

Ait illis: Reddite quæ sunt cæsaris: cæsari: & quæ sunt dei: deo. Ostendēs illos ita eē impfectos: qui sibi pfecti uiderenť: ut prius cæsari q̄ deo soluerēt. Quibus em̄ prior esset cura mundi: ab ijs pri⁹ soluendū foret qđ erat mūdi. Vñ & ait: Reddite: id est: uos reddite quæ sunt cæsaris: apud quos figura & imago iueniť cæsaris. Illi ergo hebræi pueri Annanias Açarias Misael: ille Daniel sapiētior: q non adorauerūt imagi- Daniel.1.
nē regis: qui nō receperūt eā: qui nihil de illa mēsa regis accipiebāt: nō tenebanť ad solutionē tributi. Nihil em̄ eoꝝ quæ sub rege terreno erant possidebant. Ergo eorū imitatores nō soluunt tributū: quibus portio deus est. Ideo dñs ait: Reddite: id est: uos reddite qui ꝓtulistis imaginē cæsaris: apud quos inuenit́: ego autē nihil debeo cæsari: qa nihil hui⁹ mundi habeo. Venit em̄ huius mūdi princeps: & in me inueniet Joh.14.
nihil. Nihil debet Petrus: nihil apli mei: qa nō sunt de hoc mundo. Et si in hoc mundo sunt: ego misi eos in hūc mundū. Sed iā nō sunt de hoc mundo: quia mecū sunt supra mundū. Ergo qđ diuinæ legis est: solui iubeť: nō qđ cæsaris: Et tñ & ipum pfectus: id est prædicator euāgelij iam nō debebat: qui plus prædicabat. Non debebat filius dei: nō debebat & Petrus in adoptionē a patre astitus ꝓ gratiā: sed ne scandaliçenť inquit: Vade ad mare & mitte hamū: & eū piscē qui primus ascenderit tolle: Matth.17.
& aperto ore ei⁹ inuenies ibi staterē: illū sumens da ijs ꝓ me & te. O magna mysteria: dat dimidiū didrachmi qđ lex iubebat: & non negat qđ legis est: quasi factus ex muliere sub lege: factus ꝑm incarnationē locutus sum. Ex muliere ꝑm sexū: mulier sex⁹ est: uirgo species: sexus generis: uirgo integritatis. In quo ergo uenit sub lege: in eo factus est ex muliere: id est: in corpore. Et ideo didrachma solui iubet ꝓ se & Petro: quia uterq; sub lege generati. Iubet ergo ꝑm legē solui: ut eos q sub lege erāt redimeret: Et tñ staterē dari iubet: quo uectes imponerent ori suo: ne ex multiloqo peccatū admitterēt. Et iubet dari in ore piscis repertū: ut agnoscerēt uerbum. Qui em̄ qđ legis est exigebāt: cur qđ legis est nesciebāt? Verbū em̄ dei ignorare nō debebāt: qa scriptū est: Prope ē uerbū in ore tuo: & i corde tuo. Totū igiť didrachmū Deut.30. Ro.10.
deo soluit qui sæculo nihil reseruauit. Deo em̄ iusticia soluiť: quæ ē mētis sobrietas. Deo soluiť sermonis custodia: quæ est sermonis sobrietas. Corde em̄ crediť ad iusticiā: ore aūt cōfessio fit ad salutē. Pōt aūt & drachma ꝓ ueteri testamēto accipi: didrachmū ꝓ utriusq; testamēti precio: quia ꝑm legē unusquisq; ꝓ legē redimebatur. Qui aūt ꝑm euangeliū redimiť: soluit drachmā ꝑm legē: sanguine redimitur christi ꝑm gratiam: geminā habens redēptionē & deuotionis & sanguinis. Nec em̄ fides sola ad pfectionē satis est: nisi etiā baptismatis adipiscať gratiā: & sanguinē christi redēptus accipiat. Bona ergo drachma quæ deo soluiť. Nō est drachma denarius sed diuersum est. Deniq; in denario imago cæsaris ē: in drachma imago dei. Quia unius est dei: ad imitationē ipsi⁹: ab uno incipit: & in infinitū diffundiť. Et iterū de infinito numero in unū q̄si in finē oia reuertunť. Quia de⁹: & principiū: & finis oīm est. Vñ nec numerū monada: sed elementū numeri quib⁹ ea cura ē appellauerūt. Et ꝓpterea diximus: qa scriptū est: Ego sum α. & ω. prim⁹ & nouissimus: Et audi israel: Dñs Apoc.1.
deus tu⁹ dñs unus est. Et tu ergo ad similitudinē dñi unus esto atq; idē. Nō hodie Deut.6.
sobrius: cras ebriosus: hodie pacific⁹: crastina die litigiosus: hodie frugi: crastina die incontinens. Mutať em̄ unusquisq; moꝝ uarietate: & fit alter in quo nō agnoscitur qđ fuit: & icipit esse qđ nō fuit sui degener. Graue est em̄ mutari in pei⁹: sed esto sicut imago in drachma imutabilis eundē habitū seruās. Quotidie uidēs drachmā: at tēde imaginē: hoc est uidēs legē: attēde in lege imaginē dei christum. Quia ipe imago dei inuisibilis & incorruptibilis: luceat tibi uelut in speculo legis. Confitere eum in lege: ut eum in euangelio recognoscas. Si cognouisti in mandatis: recognoscis in operibus. Vale: & si nō infructuose didrachmū istud commissum mihi arbitraris: iterū si quid habes: cōmittere ne dubitaueris.

Sancti Ambrosij ad Simplicianū: explicātis qd sibi uelit ꝙ Moyses post oblatū sacrificiū & immolatas dño salutares hostias: dimidiā partem sanguinis in crateras miserit: dimidiā autem ad altare fuderit: Epistola: II.

Exo.24. AMbrosius Simpliciano. Motũ te cũ legeres: significasti mihi: quid sibi uelit: ꝙ Moyses post oblatũ sacrificiũ & imolatas dño salutares hostias dimidiã partẽ sanguinis in crateras miserit: dimidiã aũt ad altare effuderit. Sed q̃d est ꝙ ipse dubites: & a nobis reqras: cũ fidei & acqrẽdæ cognitiõis diuinæ gra to tũ orbẽ pagraueris: & quotidianæ lectiõi nocturnis ac diurnis uicib⁹ oẽ uitæ hui⁹ tps deputaueris: acri præsertim igenio etiã itelligibilia cõplectẽs: Vtpote q̃ etiã philoso phiæ libros q̃ a uero sint deuij demõstrare soleas: & plæros ꝙ tam ianes esse: ut pri⁹ scribentũ in suis scriptis sermo q̃ uita eorũ defecerit. Tamen quia collatio sermonis ut pecuniæ: magno est usui: atq; ea maximus in cõmune emolumẽtũ negociatõis ꝓfect⁹ parat: ꝙ mirabilis sit ista sanguinis diuisio: reticere nõ queo. Pars em̃ ei⁹ moralẽ sapiẽtiæ disciplinã uidet significare: pars mystica. Illa quæ i crateras mittit: moralis ẽ: hæc quæ ad altare effundit: mystica: eo ꝙ diuino munere & aspiratiõe q̃dã humanis infundat mẽtibus: ut cõueniẽtia & fidei plena de deo sentiãt. Deniq; qui locuti sunt de ei⁹ maiestate & de cælestib⁹: uel apli: uel sancti ꝓphetæ: nõ nisi ex reue
2.Cor.12 latione demõstrata sibi loqui ausi sunt. Vñ Paulus & raptũ se in paradisum: & audiſſe se uerba quæ nõ licet hõi loqui: in epla sua testificat⁹ est. Stephan⁹ quoq; uidit cæ
Act.7. los aptos: & Iesum ad dexterã dei stantẽ: Et Esaias ꝓphęta uidit sedentẽ. Nam de
Esa.6. Moyse quid loquar: de quo dicit scriptura: ꝙ non surrexit amplius ꝓphęta in israel
Deut.34. sicut Moyses: qui uidit dominũ facie ad faciẽ in oĩbus signis & ꝓdigijs: quæ fecit in terra ægypti. Mystica ergo deo libant: q̃ splẽdore diuinæ sapiẽtiæ: cui⁹ pater & genitor est: inflãmat animæ uigorẽ: ac mentẽ illuminat. Sapiẽtia aũt dei christus: in cuius pectore recũbebat Iohãnes: ut de principali illo secretoq; sapiẽtiæ hausisse diuina ꝓderet mysteria. Deniq; ipe cõscius muneris hoc scripsit: qui sibi qđ accepat uẽdicare: & suo assignare ingenio reformidabat. Sed & ipe dñs dicebat aplis os suum
Joh.20. aperiẽs: Accipite spiritũ sanctũ: quo declarauit se esse: qui Moysi dixerat: Ego aperi
Exo.4. am os tuũ: & istruã te q̃d debeas loqui. Ergo hæc sapiẽtia diuina inenarrabilis: ipmixta atq; incorrupta sanctoꝝ animis sui infundit gratiã: & cognitionẽ reuelat: ut speculent ei⁹ gloriã. Illa aũt moralis sapiẽtiæ disciplina est: quæ mittit in crateras: & ex illis ꝓcipitur atq; haurit. Crateres igit sensuũ receptacula. Crateres oculi sunt duo: aures sunt: nares sunt: os quoque & aliæ partes cõueniẽtes muneri. Oculi em̃ usum recipiũt & ministrãt: auditũ aures: odorẽ nares: ora gustatũ: & cætera. In istos crateres uerbũ illud in quo est principat⁹ sacerdotij uel ꝓphæ: effundit sanguinis sui partes: ut uiuificet atq; animet irrõnabiles portiões: & faciat rationabiles. Deniq; ubi legis diuinæ præcepta numerauit atq; annũciauit ppło: theoriã postea iutelligibilis illius arcæ testimonij uel cãdelabri uel thymiamatis locutur⁹ imolauit hostias & libauit: sanguinis partẽ infundẽs altarib⁹ sacris. partẽ autẽ infudit crateribus. Fit ergo diuisio mysticæ illius: hoc est: diuinæ moraliſq; sapiẽtiæ. λογος enim diuisor est animarũ atq; uirtutũ. λογος autẽ uerbũ dei ualidũ & acutum q̃d ꝓtransit & penetrat usq; ad diuisionẽ animæ: uirtutes quoq; distinguit & diuidit: cuius minister Moyses diuisione sanguinis uirtutũ genera distinxit. Et qa nihil præ cæteris in lege: nisi christi aduẽtus annũciat: atq; eius præfigurat passio: uide ne ista sit hostia salutaris: quã uerbũ deus in semetipo obtulit: atq; i suo imolauit corpore: Qđ primo moralẽ i euãgelio sed etiã in lege docuit disciplinã: & in sua patientia atq; in ipso actu & ope monstrauit: tanq̃ in crateras ita in mores nr̃os sensusq; trãsfundẽs: uelut substantiã quandã & uitalia ipsa sapiẽtiæ: quib⁹ mẽtes hoĩm uiuificauit ad uirtutis seminariũ & instituta pietatis: deinde accedẽs ad altare effudit hostiæ suæ sanguinẽ. Itaq; siue ita hæc accipias: pius ut arbitror sensus est: siue ſm Salomonẽ uelis: concurrit æque. Vt qa sanguinẽ misit in crateras Moyses ꝓphęta: cognoscas ipsum esse sanguinẽ: de quo
Prouer.9. scriptũ est: qa sapiẽtia miscuit in cratere uinum suũ dicens: ut relinquerẽt insipientiã & quærerẽt sapientiã. Haurit ergo de cratere sapiẽtia: haurit disciplina: hauritur intellect⁹: hauritur correctio: haurit uitæ emẽdatio: hauritur morũ & consiliorũ tẽperatio: pietatis gratia: uirtutis incrementũ: fons ubertatis. Qđ uero ad altare ef-

fundit sanguinē: itelligere licet ablutionē mūdi: remissionē omniū pc̄ōr. Item̄ sanguinē illū ad altare quasi hostiā effūdit ad multor̄ exhauriēda pc̄a. Agn⁹ eī hostia est: sed agn⁹ nō irrōnabilis naturæ sed diuinæ potētiæ: de quo dictū est: Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit pc̄m mūdi. Nō solū em̄ mūdauit sanguie delicta uniuersor̄: sed etiā diuina p̄tāte donauit. An nō tibi uideť effudisse sanguinē suū: de cui⁹ latere supra ip sū passiōis altare aqua cucurrit & sāguis? Vale & nos parētis affectu dilige: ut facis. Joh. 1.

Sancti Ambrosij ad Simplicianū: causam reddens Cur moyses ꝓphēta maxim⁹: inueniať magis Aaron fratris consiliū q̄ suū ꝓbasse: Cur etiam tā difficile tanq̄ rarū sit pœnitentiam peccati gerere in hac uita homini: Epistola. III.

AMbrosius Simpliciano. Quātus sit unusquisq̄ in suo munere: exēplo debet esse lectio: quæ iure te mouit: qđ Moyses ille quo nemo præsenti⁹ deū uidit: neq̄ surrexit ampli⁹ in israel ꝓphēta q̄ deū facie ad faciē sicut Moyses uideret: ille qui q̄draginta dieb⁹ cū deo iugiter & noctib⁹ fuit: cū legē acciperet in mōte: ille inquā cui de⁹ dabat quos loqueretˉ sermones: inueniť magis Aaron fratris cōsiliū q̄ suū ꝓbasse. Fuit ergo quisq̄ hoim Moyse prudētior & instructior? Atq̄ ipsū Aaron postea cū Maria circa æthiopissæ p̄sonā legim⁹ errasse: sed hoc ipsū diligēter discute: ubi Moyses sciētia præpōderet: ubi Aaron cōsilio. Moyses magn⁹ ꝓphēta q̄ de christo dixit: Sicut meipsum audietis: & de quo ipse dn̄s ait: Si Moysen & ꝓphetas nō audiūt: nec si quis ex mortuis ad illos abierit credent. Ergo in causa ꝓphetiæ præferť Moyses sicut ꝓphēta: Vbi aūt causa & munus & officiū sacerdotij est: præfertur Aaron sicut sacerdos. Tractemus ergo ipsum locū. Immolatus erat byrcus ꝓ peccato: & oblatus in holocaustū. Quæsiuit eū postea Moyses: & cōbustus erat. Et iratus est Moyses ad filios Aaron Eleaçar & Ithamar: qui supfuerāt: dicēs: Quare nō māducastis qđ oblatū est ꝓ peccato in loco sancto? Q̄nquidē sanctasanctorū sunt hæc uobis manducare: ut auferatis peccatū synagogæ: & int⁹ manducandū esse: sicut mihi præceptū est: ait. Cū ergo iratū eum uidisset Aaron: placide respondit dit ei: Si hodie obtulerint ꝓ peccato suo holocausta sua cōtra dn̄m: & acciderint mihi talia. manducabo qđ ꝓ peccato hodie obtulerūt? nūquid placebit dn̄o? Et audiuit Moyses & placuit illi. Quid ista significēt cōsideremus. Nihil peccare: soli⁹ est dei: emēdare sapiētis est: & corrigere erratū: & pœnitentiā gerere peccati. Id tn̄ est difficile in hac uita hominū. Quid em̄ tam rarū q̄ ut inuenias uirū: qui seipsum coarguat: & factū cōdemnet suū? Rara itaq̄ cōfessio de peccato: rara pœnitentia: rara in hominib⁹ uerbi eius assertio. Repugnat em̄ natura: repugnat uerecūdia. Natura: qa oēs sub peccato: & qui carnē gerit culpæ obnoxi⁹ est. Ergo repugnat natura carnis & illecebra sæculi innocētiæ integritatiq̄. Repugnat etiā uerecūdia: quia erubescit unusquisq̄ ꝓpriā culpā fateri: dū præsentia magis q̄ futura cogitat. Stupebat autem Moyses peccati uacuā reperire aiam: ut exuuias erroris deponeret: & nuda culpæ sine ullo sui pudore discederet. Sed nō inuenit: qa cito impet⁹ irrationabilis præuenit: & flāma quædā celerrimi mot⁹ aiam depascit: atq̄ exurit ei⁹ innocētiā. Præponderāt em̄ futuris præsentia: & uiolēta moderatis: & plura pauciorib⁹: & iocunda serijs: & asperis mollia: & tristibus læta: & illecebrosa rigidiorib⁹: & præpropera tardioribus. Velox em̄ est iniqtas: quæ ad nocendū occasiōes suggerit: qa ueloces pedes ei⁹ ad effundendū sanguinē. Lenta aūt uirtus oīs & diuturna cūctatrix añ iudicat: & adoriēda incipit. Ita mēs boni: speculatrix cōsilior̄ suor̄ est: priusq̄ examinat qđ decor̄ atq̄ honestū: iniqtas uero ope cogitationē anteuertit. Pigra igitˉ & uerecūda est pœnitētia: qa præmitˉ & reuocatˉ præsentiū pudore. Solˉ em̄ itēdit futuris: quor̄ spes sera: tardior fruct⁹: & ideo petitio ipsa tardior. Inter hæc spei & uirtutis molimina præcurrit ipudētia: & specie præsentiū pœnitētia excludiť: & tāq̄ exuriťˉ affectus eius: & hmōi aboleť in uitijs. Quærit eā lex: & nō inuenit. Ambusta est em̄ feruore & fumo iniqtatis: & indignatio quædā legis moueť. Dicit Moyses: deuorādā fuisse pœnitētiā in sanctissctor̄: sacerdotes q̄si segniores increpat. Respōdit Aarō: puidū debere esse iudiciū sacerdotale: nec facile male sanæ cōsciæ cōmittēdū id muneris:

ne fiat error deterior priore. Vase em̃ fœtido uel oleũ uel uinũ facile corrũpit᷑ ac deteriorat᷑. Quõ aũt poterat: ubi ignis alienus erat: peccatũ exuri: & hoc sub cõspectu dñi cui & occulta sunt cognita? Nũquid põt placere dño si quis cũ adhuc uerset᷑ in iniquitatibus: & iniustitiã corde inclusam teneat: dicat se agere pœnitentiã? Simile est ac si qs æger se sanũ simulet: magis ægrotabit. Quia nihil ei ꝓdesse p̃t simulatio sanitatis: cũ uerbo adumbret᷑: nõ ullo fulciat᷑ subsidio uirtutis. Ignis itaq; alienus est libido. Ignis alienus est omne iniustæ incendiũ cupiditatis. Ignis est alienus omnis ardor auariciæ. Hoc igni nemo mundat᷑ sed exurit᷑. Nam ubi iste ignis alien⁹ est: si qs
Leuit. 10. in cõspectu se offerat dñi: ignis eũ cælestis absumit: sicut Abiud & Nadab quos exussit ignis cælestis: pariter cũ ijs quæ ꝓ peccato sacris fuerãt oblata altaribus. Qui ergo uult mũdare peccatũ suum: ignẽ a se remoueat alienum: Illi soli igit᷑ se offerat qui
Matth. 3. culpam non hominẽ exurit. Qui sit iste ignis: audi dicentẽ: Quia Iesus baptiçat in spiritusancto & igni. Hic est ignis qui siccauit hæmorroisse per duodecim annos san
Luc. 19. guinẽ pfluentẽ. Hic est qui peccatũ Zachæi abstulit dicẽtis: Q̃ dimidiũ bonoꝝ suorum daret pauperib⁹: & si cui quicq̃ abstulit: redderet quadruplũ. Hic est ignis q̃ ab
Luc. 23. sterfit culpam latronis. Ignis em̃ cõsumens est qui dixit ei: Hodie mecũ eris in paradiso. Illos itaq; sanauit: in quib⁹ simplicẽ & purã repperit cõfessionẽ: nihil malignũ: ni
Matth. 27. hil fraudulentũ. Deniq; Iudas ad remediũ puenire nõ potuit: cũ diceret: Peccaui ꝙ tradiderim sanguinẽ iustũ. Qui alienũ ignem uoluebat in pectore suo: qui eũ inflã mauit ad laqueũ. Indignus em̃ remedio fuit: qa nõ intimo mentis cõuersus ingemuit: & sedulo gessit pœnitentiã. Tantæ em̃ pietatis est dñs Iesus: ut & ipsi donaret ueniam: si christi expectasset misericordiã. Hanc ergo culpam sacerdotes nõ auferũt: neq; peccatũ ei⁹ qui in dolo se offert: & adhuc in studio delinquẽdi ẽ. Nõ em̃ possũt epulari in eo qđ plenũ fraudis & serpẽtis interius cicatricis est. Cibus em̃ sacerdotis
Iob. 4. est in peccatoꝝ remissiõe. Vnde ait princeps sacerdotũ: Me⁹ cibus est ut faciã uolũtatẽ patris mei qui in cælo est. Quæ est uolũtas dei: nisi ea: cũ cõuersus ingemueris: tũc salu⁹ eris. In illo ergo subdolo cib⁹ nullus est. Deniq; nec ipse epulãdi suauitatẽ cape põt: in quo nõ sincæra & pura cõsciẽtia ẽ. Amaritudo em̃ fraudis epulãdi suauitatẽ obducit: nec ꝓmittit mala cõsciẽtia: ut reficiat & pascat obnoxiũ animũ pœnitẽtia. Ideo ergo talis affect⁹: talis petitio: talis pœnitẽtia nõ est usui aut uoluptati sacerdotibus. Meritoq; hirc⁹ ille q̃ ꝓ peccato oblatus est in holocaustũ: qa nõ fuit sincæra hostia: exust⁹ est: qa in ei⁹ sacrificio ignis alien⁹ reptus est. Nõ est itaq; cõplacitum & acceptũ sacrificiũ deo. Nõ est em̃ acceptũ nisi qđ fuerit i diuitijs sincæritatis & ueri-
Leuit. 10. tatis ꝓbatũ. Ideo & alibi legis duos byrcos: unũ in quo sors dñi: alterũ transmissiõis: Illũ in quo sors dñi: offerri atq; imolari ꝓ peccato: illũ uero in quo sors trãsmissionis:
Matth. 24. dimitti in desertũ: ut accipiat ppli iniqtates: uel alicui⁹ peccatoris. Sicut em̃ duo sunt in agro: & unus eoꝝ assumit᷑: ali⁹ derelinquit᷑: ita sunt duo byrci: un⁹ qui ad sacrificiũ est utilis: alius q̃ in desertũ dimittit᷑. Hic nulli usui neq; edẽdus neq; epulãdus a sacerdotũ filijs. Sicut em̃ ex ijs quæ alimentoꝝ sunt: qđ bonũ est edit᷑: qđ inutile aut malũ: ꝓijcit᷑: Ita & bona opa epulatoria dicimus: quæ sunt esui. Nõ placebit ergo dño: si mãducet sacerdos sacrificiũ in quo fraus sit oblatõis: nõ sedulæ cõfessiõis sincæritas. Et ideo bircus iste in desertũ dimittẽdus est: ubi errauerũt pres nostri: errauerũt in eo & nõ potuerũt ad resurrectionis terrã puenire: sed interijt a terra memoria eoꝝ.

Deniq; quæ sint epulatoria opa audi. Et erũt sabbata terræ nobis escæ. Epulatoria em̃ & refectoria reqes in deo: quæ facit animi tranquillitatẽ. Vnde & nos etiã in sermone requiescamus. Vale: & nos ut diligis dilige: qa nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Irenæũ: declarãtis quõ intelligendũ sit qđ in Exodo legit᷑: Abominãda apud ægyptios imolem⁹ deo? Qualib⁹ præterea ductorib⁹ & qua uia ad ecclesiã christi pueniat᷑: Qui illã ingrediant᷑: & qd eis in ipsa sit agendũ: Epla. IIII.

Exo. 8. Ambrosius Irenæo. Moueri te significasti mibi eo ꝙ legeris: Abominanda
a apud ægyptios imolem⁹ deo? Sed habuisti quo istud solueres: quia in Gene
Gen. 46. si scriptũ est: ꝙ ægyptij pastorẽ pecorum abominabant᷑. Non utiq; ꝓpter

hominẽ sed ꝓpter pecora. Illi enĩ aratro terrã inuertebant. Abraam autẽ & Iacob & postea Moyses: Dauid: pastores fuerũt: regalẽ quandã in hoc munere disciplinã induẽtes. O derãt ergo ægyptijs imolata sacrificia: id est: pfecta studia uirtutũ & plena disciplinæ. Qđ ergo uitiosi oderũt: hoc apud bonos sincærũ ac piũ est. Opus uirtutis detestaẽ luxuriosus belluo: refugit ægyptius: ita corpus qđ illecebras diligit: aduersaẽ animæ uirtutes: abominaẽ imperiũ: refugit uirtutũ disciplinas: & oĩa opera quæ hmõi sunt. Quæ ergo ægyptius refugit: ægyptius ille & nõ homo: hæc tu amplectere: qui habes hũanitatis sciẽtiã. Illa aũt declina: quæ illi sequunt̃ atq; eligũt: qm̃ sibi duo ista cõgruere nõ possunt: prudentia & insipiẽtia. Itaq; sicut ijs quæ in quodã censu imprudẽtiæ atq; intẽperantiæ sunt abdicat se prudentia: abdicat cõtinentia: ita eoꝝ exors omnis insipiẽs est atq; incõtinens: quæ in bonis atq; in hæreditate sapientis uiri sunt & cõtinentis. Deniq; sanctæ illæ tali cõiugio Lia & Rachel: una laboriosa: altera aspiratio fortis: refugientes nõ generis necessitudinẽ sed morum discrepantiã: cũ uiri exerciti Iacob sermone edoctæ essent ꝙ uellet discedere: ut Laban & filiorũ eius inuidiã declinaret atq; ignauiã: respõderũt: Nũquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris nostri: & nõ sicut alienæ existimamur eis? Vẽdidit enĩ nos & deorauit preciũ nostrũ. Ecce primũ qa ignauꝰ & inuidus laboriosam & disciplinæ tenacẽ alienat a se ac defugit: seseq; cupit separare. Qm̃ eas oneri esse cernit sibi & putat se lucꝝ feciſſe qđ alienauit eas: & hoc esse suũ preciũ iudicat: eũq; fructũ uoluptatis suæ. Nunc audiamus: quomõ quæ habet uirtus: nõ habeat ignauia. Aiunt enĩ omnes diuitiæ & gloria: quã tulit deꝰ patri nostro: nobis erit & filijs nostris. Merito deo arbitro dicunt esse sublata: qa ipse est auctor bonorũ: cuiꝰ gratia ignaui exuunt̃: qa decorẽ hæreditatis diuinæ capere improbi atq; infirmi nõ quæunt: succedit aũt intẽtus: & spiritũ in se fortis habens. Quis aũt fortis nisi solus deꝰ: qui oĩa coercet & regit? His ergo debeẽ hæreditas dei. Vnde & Esaias dicit: Est hæreditas credẽtibus in dño. Et pulchre ait: Est hæreditas: ipsa enĩ sola hæreditas est: alia nõ est. Neq; enĩ cæcꝰ thesaurꝰ hæreditas est: neq; caduca oĩa hæreditatis habẽt cõmodum. Sola est illa hæreditas: in quibꝰ est portio deꝰ. Vnde sanctꝰ domini dicit: Portio mea dñs. Et alibi: Hæres factus sum testimonioꝝ tuorũ. Videas quæ possideat iustus: mandata deꝰ: oracula eiꝰ: præcepta eiꝰ. In his diues est: his pascit̃: in his delectaẽ quasi in omnibus diuitijs. Hæc ergo possidẽtes Lia & Rachel: patrias opes nõ requirebãt: in quibus erat pecunia adultera: irrationabilis spẽs: & spũalis expers uigoris: Deniq; q̃si diuites & liberæ nõ eũ diuitẽ sed egentẽ arbitrabant̃. Omnis enĩ bonaꝝ & liberaliũ consors disciplinaꝝ neminẽ insipientiũ diuitẽ putat: sed inopẽ atq; egenũ: abiectum quoq; & si regalibus diuitijs affluat: & supbus auro suã iactet potentiã. Fugienda igitur est taliũ societas: & si aliqua generis copulẽt̃ necessitudine. Noxiæ enĩ sũt cõuersationes cũ insipiẽtibus: & inficiunt sobriã mentẽ ac decolorant. Quia sicut adhærens sancto sanctꝰ eris: ita cũ puerso puersus eris. Frequẽter enĩ accidit ut quis cõtra ꝓpositũ suũ intẽperantẽ audiens cũ uelit ipse cõtinentiæ disciplinã tenere: fuco insipientiæ colorẽt̃: meritoq; cõtrariæ sibi sunt: & repugnantes disciplina atq; insolẽtia. Vnde cũ uir exercitatus eaꝝ sententiã quæreret: uocẽ emittunt ꝓbatæ iam diutur no exercitio uirtutis. Nũquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris nostri? Id est: consulis nos utrũ uelimus ab eo recedere? Quasi uero non cognoueris ꝙ nullam habeamus cupiditatẽ eius societatis: neq; nos dulcis pluribus sæcularium diuitiarum cupiditas teneat: aut lætitia luxuriæ. Hæc sunt quæ nos miseria aliena nobis duximus. Hæc sunt quæ plena inopiæ atq; egestatis arbitramur. Adijciunt etiam causam successionis: quia ueram gloriã & boni thesauri copias amisit Laban: in quibus maximus uigor datus est mentis: & bona moneta imaginis dei & similitudinis: quia spiritualem monetã amisit: quia splendida magis sæculi elegit q̃uera & utilia uitæ suæ: quorum decor expertem diuinorũ bonorum præterit. Quoniã ille quæ putat pulchra: in ijs se fallit ipsum & decipit. Vnde audi eius uerba & iudicia. Secutus sanctum Iacob & filias suas: ne forte apud eas suorum uitiorũ reperiret aliq̃d: & re-

Gen. 31

uocandi ad se baberet auctoritatem: coarguēs iustum: cum ratione esset redargutus: & nibil respondere ac referre posset: quo eū deberet tenere: Si annūciasses inquit mibi: emisissem te. In quo ꝓdidit quid iustus fugerit: ne eū ꝓsequereť: ne deduceret: ne tali comitatu stipatus ꝓcederet. Primū ꝙ multoꝝ dn̄oꝝ mancipio se subijcere nō debuit: ut ab eo tanq̄ seruulus dimittereť. Deinde quia uir exercitio intentꝰ & quærēs uerā uiā ad uirtutē ꝓsequi: nō hominē deductorē sed oracula quæsiuit cælestia: Quæ me inquit binc præceperūt abire: & nunc comitanť uiantē: Sed quomō me dimisisses? An cū lætitia tua: quæ plena est mœstitudinis: cum tympanis scilicet atq̄ organis īmoderata modulātibus: & sonis tibiaꝝ suauibus insuauia resultātibus: sonis dissonis: crepitibus discrepātibus uicibꝰ multis: cymbalis animā feriētibus. His me delectari posse credidisti? bis reuocari? Hæc sunt quæ ego fugi: nec uereor uerborum tuorū inuidiā. Fugi: ne me talia sequerenť: ne quid de tuis accipiens abirem.

Nō em̄ talibus deductoribꝰ ad ecclesiam christi pūenieť: ad quā tendebat Iacob: ut eo deduceret populoꝝ copias: inueberet nationū diuitias: posteritatē infunderet: fugiens umbrā inaniū rerū: præferēs insensibilibus simulacris uirtutū spirantē decorē: plausibilibus præponēs seria. Vides em̄ quēadmodū cōuiuia gentiles adornent: festa annūcient: sed ea pijs mentibꝰ infestiora sunt: qa ijs plæriq̄ decipiunť: dulcibus capiunť epulis: capiunť saltantiū choris: dū ieiunia nostra fugiunt: dū ea sibi aspera putant: dū corpori noxia & molesta arbitranť. An opinatꝰ es qa aurū tuū desiderarem? Sed nō habes aurū igiť examinatū quo iusti ꝓbanť. An quia argentū cuperē? Sed nō habes argentū: qui nō habes splendorē alloquij cælestis. Sed fortasse speraui qđ adijceres mihi ad obsequiū seruulos tuos. Ego nolo: liberos quæro: fugio seruos peccati. Sed forte comites itineris & duces uiarū necessarij fuerūt. Vtinā sequi possent: ego illis monstrarē dn̄i uias. Sed qui deū nescitis: uias eius quomō nouistis?

Vias eiꝰ ingrediunť electi a dn̄o. Nō quicūq̄ eas intrāt: sed tn̄ nemo excludiť. Sequať qui paratus est: ingrediať uiā quæ ducit ad mesopotamiā: ut qui eā petit: ꝑ aq̄s transeat: aquas tigris atq̄ euphratæ: fortitudinis atq̄ iusticiæ: ꝑ lachrymas pœnitentiæ: baptismū gratiæ. In ea est uirtꝰ exercitꝰ dei. Omnes em̄ qui sibi in ecclesia: deo militāt. In ea est grex ille insignis diuersarū uirtutū: quē iacob sibi elegit. Ois em̄ sine signo anima: indocta & inerudita est: disciplinaꝝ nescia: quæ autē insignita: eadē diues operū: & gratiarū opima. Ad eā qui uenit: iratū fratrē recōciliet priꝰ: Ad eā qui ueuit: sichimā p̄ciosam illā & actuosam inhabitet uirtutū officinā: ubi læsæ castitatis grauis ultio: Ad eā qui uenit luctet cū deo: ut ad imitationē eius se exerceat: ad humilitatē christi & passiones eius congrediať. Tollat crucē suam & sequať christum. Denicq̄ bonus cōgressor nō æmulatur: nō inflať: īmo etiā benedicit cōgredientē sibi tali munere. Sequamur ergo sanctū Iacob & uias eius: ut pueniamus ad eas passiones: ad eas cōgressiones: pueniamus ad murū: pueniamus ad patientiā matrē fideliū: & ad patrē Isaac: id est: iocūditatis capacē: lætitiæ redundantē. Vbi iam patientia: ibi lætitia: qa post tribulationes patientia: patiētia autē ꝓbationē operať: in qua est spes: de qua nō cōfundimur: quoniā qui nō fuerit cōfusus crucē christi: nec christus confundetur in eo. Vale fili & nō erubescas patrē interrogare: qui nō erubescis in passionibus christi gloriari.

Sancti Ambrosij ad Fœlicē Comēsem epm̄: se & lectione sermonis illiꝰ: & spe futuri aduētus refocillatū asserētis: simulq̄ ut uenire nō negligat adhortātis: Epla. V.

AMbrosius Fœlici comēsi episcopo. Et si habitu corporis minꝰ ualebā: tamē ubi sermonē unanimis mihi pectoris tui legi: nō mediocrē sumpsi ad cōualescēdū gratiā quasi quodā tui alloquij pulegio refotus: simul qa celebrē utriq̄ nostrum annūciasti diē affore: quo suscepisti summi gubernacula sacerdotij: de quo ante momentū cū fratre nostro Bassiano loquebar. Ortus em̄ sermo de basilicæ quā cōdidit apostolorū nomine: dedicatione: dedit huic sermoni uiam: siquidē significabat qđ sedulo tuæ quæreret sanctitatis præsentiā. Tum ego nostris fabulis intexui diem natalis tui: qui foret in exordio ipo kalendarum nouēbriū: eūq̄ (si nō falleret)

appropinquasse: & crastina celebrandũ die: unde posthac nõ excusaturũ. Promisi ego de te: qm̃ & tibi id de me licet. Promisi illi: exegi mihi. Præsumptũ em̃ habeo ꝙ affutur⁹ sis: qa debes adesse. Nõ ergo te magis meũ ꝓmissũ tenebit q̃ tuũ institutũ q̃ id in animũ indueris: ut qđ oportet facias. Aduertis itaq; qa nó tã ꝓmissi audax: q̃ tui cõscius fratri spopondi. Veni igitur ne duos sacerdotes redarguas: te qui non affueris: & me qui tã facile ꝓmiserim. Natalẽ aũt tuũ ꝓsequemur nostris oratiõib⁹: & tu nostri in tuis uotis nõ obliuiscaris. Te noster spũs comitabit̃: tu quoq; cũ ingredieris secũdũ tabernaculũ qđ dicit̃ sanctasanctoꝝ: facito nostro more: ut nos quoq; tecũ inducas cũ spũ. Adolens aureũ illud thymiamaterion: nos ne intermiseris. Iꝑm est em̃ qđ in secũdo tabernaculo est: de quo plena sapiẽtiæ: oratio tua sicut incẽsum dirigit̃ ad cælestia. Ibi arca testamẽti undiq; auro tecta: id est: doctrina christi: doctrina sapiẽtiæ dei. Ibi doliũ aureũ habẽs mãna: receptaculũ scilicet spũalis alimoniæ: & diuinæ ꝓmptuariũ cognitiõis. Ibi uirga Aaron insigne sacerdotalis grãæ aruerat añ: sed in christo refloruit. Ibi cherubin sup tabulas testamẽti: lectionis cognitio sacræ. Ibi ꝓpitiatoriũ: supra qđ in excelsis de⁹ uerbũ ẽ: imago iuisibilis dei: qđ tibi dicit: Loquar tecũ desup ꝓpitiatoriũ: de medio duoꝝ Cherubin. Sic em̃ loquit̃ nobiscũ: ut nos ei⁹ sermonẽ intelligamus: uel quia nõ mundana sed intelligibilia loquit̃: sicut ait: Aperiã in parabolis os meũ. Vbi em̃ christ⁹: ibi oĩa: ibi doctrina eius: ibi peccatoꝝ remissio: ibi gratia: ibi separatio mortuoꝝ ac uiuẽtiũ. Et Aaron q̃dẽ semel stetit ĩ medio eoꝝ obijciens se: ne mors trãsiret ad uiuentiũ agmina a funerib⁹ mortuoꝝ: Hic aũt quasi uerbũ sp̃ stat ĩ singulis: quẽ nos nõ uidem⁹ intra nos: separãs rõnabiles uirtutes a cadauerib⁹ passionũ lætalium & pestilentiũ cogitationũ. Hic stat quasi qui in hunc mundũ uenerit: ut aculeũ mortis bebetaret: deuoratoriũ eius obstrueret: uiuentib⁹ æternitatẽ gratiæ daret: defunctis resurrectionẽ cõcederet. Huic tu militas bonam militiã: huius depositũ custodis: hui⁹ pecuniã fœneras: ꝑm qđ scriptum est: Fœnerabis gẽtibus. Bonũ fœnus spiritualis gratiæ: qđ ueniens dñs cũ usuris exiget: & cũ te bene dispensasse inuenerit: dabit tibi plura ꝓ pauciorib⁹: eritq; mihi fructus dulcissimus: qđ meũ in te iudiciũ cõprobabit̃. Ordinatio non reꝓhendit̃ quã accepisti ꝓ impositionẽ manuũ mearũ & bn̄dictionẽ in noie dn̄i Iesu. Fac ergo bonũ opus: ut in illo die mercedẽ inuenias: & ego in te: & tu in me requiescamus. Multa messis christi: sed pauci operarij: & difficile reperiunt̃ qui adiuuent. Verum hoc uet⁹: sed potens est dominus qui mittat operarios in messem suam. Certe in illo ordine Comensiũ iam plæriq; cœperunt credere magisterio tuo: & doctrina tua uerbũ dei receperunt: sed qui dedit credentes: & adiutores dabit: quo & tibi excusandi auferatur necessitas: qđ serius nos inuiseris: & mihi crebrior tuæ præsentiæ refundatur gratia. Vale & nos dilige ut facis.

Sancti Ambrosij ad Irenæum: pythagoricũ mandatũ cõmemorantis: quo ille discipulos suos cõmunẽ atque usitatã populo uiam ingredi ꝓhibuit: Et ut idẽ a sacerdotibus obseruet̃: multiplici ratione ꝓsuadẽtis: Epla. VI.

AMbrosius Irenæo. Pythagoricum mandatũ in aliquorũ scriptis prædicari inuenim⁹: ꝙ ille discipulos suos cõmunẽ atq; usitatã populo ꝓhibuerit ingredi uiã. Sed hoc unde assumpserit: nõ est ĩcognitũ. Nam cũ ex populo iudæorum (ut plæriq; arbitrant̃) genus duxerit: ex ei⁹ disciplina deriuauit etiã magisterij præcepta: meritoq; magnus apud philosophos habit⁹ æqualẽ (ut aiunt) uix reperit. Legerat itaq; in Exodo: Moysi diuino præceptũ esse oraculo: Solue calciamentum pedum tuorũ. Id etiã præceptũ Iesu naue uidelicet: ut detritæ & popularis uiæ deponerẽt puluerẽ: qui uiã dn̄i ambulare desiderarẽt. Legerat præceptũ eidẽ Moysi: ut montẽ cũ sacerdotib⁹ ascẽderet: pp̃lus aũt deorsũ staret. Separauit igit̃ sacerdotes a pp̃lo: & postea ip̃m Moysen intra nubẽ introire præcepit. Vides diuisiões? Nihil ĩ sacerdotib⁹ plæbeiũ reqrí: nihil pp̃lare: nihil cõe cũ studio atq; usu & moribꝰ incõditæ multitudinis? Sobriã a turbis grauitatẽ: seriã uitã: singulare põd⁹ dignitas sibi uẽdicat sacerdotalis. Quõ em̃ põt obseruari a pp̃lo q̃ nihil habet secretũ a pp̃lo

Psa. 77.

Deut. 15.

Exo. 3.

dispar a multitudine? Quid em̃ in te miret: si sua in te recognoscat: si nihil in te aspiciat: qđ ultra se inueniat: si quæ in se erubescit: in te quē reuerēdū arbitrat offendat?

Supegrediamur igit plæbeias opiniões: & strata quædā regalis cōuersatiōis detritæ uiæ orbitas declinem⁹: ac uulgaris semitæ solū: quā currit ille: cui⁹ uita leuior cursore: de quo dicit: Trāsiuit & nō uidit: Sed quæram⁹ nobis uiā iaccessā sermōib⁹ insolentiū: inuiā opib⁹ iperitor̄: quā null⁹ maculosus deterat: maculosus scilicet ignauiæ suæ sordib⁹: & fumo iniqtatis oblitus: tenebrisq; & parietinis qbusdā aīæ ruinosus: q nullā uirtutis suauitatē gustauerit: aut certe limis eā spectādā magis q̄ directo affectu: & apto sinu mētis suscipiēdā arbitrat⁹ sit: & quā plæriq; amāt: q sibi faceti atq; urbani uident: pulchritudinē sapiētiæ in dedec⁹ uersutiæ trāsfigurantes: uerā nō intuēs grām: tāq̄ in nocte posit⁹ nō credit in die uiuētib⁹. Quia de numero themanor̄ & sa-
Job.6. bæorū est deficiētiū & auertētiū se a ueritate: de quib⁹ dicit Iob: Videte uias themanorū & semitas sabæor̄: qa cōfusionē incidēt q in ciuitatib⁹ & diuitijs spem habent. Ita & uos insurrexistis i me sine misericordia: unde uiso uulnere meo timete. Has igit deuias semitas declinātiū: & illū deficiētiū puluerē: q ꝓpt suā appetētiā ceciderūt sæpe in deserto: derelinq̄m⁹. Cōuertamur aūt & seq̄mur sapiētiæ uiā quā nō calcauerūt filij glorificātiū se & iactātiū: interit⁹ ignorat: mors nescit: qa deus direxit eā:
Job.28. Abyssus dixit nō est in me: mare dixit nō est mecū. Sed si quæris uiā sapiæ & disciplinæ: colere deū atq; ei subditū eē: sapiētia est: abstinere aūt a pctis disciplina ē. Quid igit nobiscū isti⁹ sæculi uia: in q̄ est tētatio: imo ipsa uita bois tētatio ē: & exilior q̄ sermo fabularū: habitare in luteis domib⁹: dies & noctes in lucris ponere: & de lucris sp cogitare: & sicut mercēnari⁹ diurnā mercedē quærere: atq; ut cicadas aiūt: aura q̄dā pasci cupiditatū? Vere sicut cicadas: qa de die in diē uiuūt: q̄stuq; rūpūt suo. Quid em̃ sunt aliud homies nulli⁹ pōderis: null⁹ disciplinæ: nisi ut uideant sicut cicadæ ad mortē nati diurnā: strepētes magis q̄ loquētes? Qui sub ardore feruētiū cupiditatū se mulceāt cātu sibi noxio statimq; occidāt: nullū fructū ferētes: nihil habētes gratiæ.

Hor̄ igit uiæ noxiæ tortuosæq; serpentiū: qui uenenato lapsu corpis sese trahunt: atq; in spirā neq̄ciæ sese colligūt: & erigere nō quæūt ad cælestia. Ingrediamur aūt portas dñi: portas iusticiæ: quos iust⁹ q fuerit ingressus cōfitet dño. Sed hæc pauco
Matth.7. rū ingressio. Vnde dñs ait: Quia angusta porta & arta ē uia quæ ducit ad uitā: & pauci sūt q inueniūt eā. Lata aūt porta & spacioſa uia quā multi gradiunt: ad mortē dirigit: & uiatores suos eo ducit. Sit ergo uia nra angustior: uirt⁹ exuberātior: trames præssior: fides sublimior: calles artior: uigor mentis exundās: semitæ erectæ: qa inflexibilia sunt uirtutū uestigia. Vnde Salomon: O qui dereliquerunt semitas rectas sit gressus ad superiora: qa melius est ascendere q̄ descēdere. Deniq; sicut lectū est bo-
Esa.31. die: Væ ijs qui descendūt in ægyptū. Nō utiq; transire in ægyptū: criminosū est: sed transire in mores ægyptior̄: trāsire in eor̄ ꝓfidiā: escæ cupiditatē: luxuriæ deformitatē: q eo trāsit descēdit: q descēdit cadit. Declinem⁹ itaq; ægyptiū hoiem & nō deū. Vitijs em̃ sum etiā ipse rex ægyptior̄ in ptātē est dat⁹: cui⁹ cōparatione Moyses de⁹
Exo.7. existimat⁹ est: imperās regnis: subijciēs sibi ptātes. Vnde ei dictū legimus: Facia te in deū regi Pharaoni. Vale & nos ut facis: quasi fili⁹ dilige.

Liber Secundus.

Sancti Ambrosij ad Simplicianū: eleganter de uera libertate ac etiā seruitute disputātis: fortissimisq; argumētis solū sapientē uera libertate gaudere: & oēm insipiētē seruū esse cōprobantis: atq; ad illā amplectendā plurimū cohortātis: Epla. VII.

AMbrosi⁹ Simpliciano. Proxime cū ueteris amoris usu familiaris inter nos sermo cæderet: delectari te insinuasti mihi: cū aliqd de Pauli apli scriptis corā ppl'o ad disputandū assumerē: qđ eius ꝓfundū in consilijs uix cōprehendat: sublime in sentētijs audientē erigat: disputantē accēdat: tum qa in plærisq; ita seipse suis exponat sermonib⁹: ut is qui tractat: nihil inueniat qđ adijciat suū: ac si uelit aliquid dicere: grāmatici magis q̄ disputatoris

fungatur munere. In eo tñ tum qm̃ & ueteris affectũ amicitiæ: & qđ plus est: paternæ gratiæ amorẽ recognosco: nã uetustas habet aliquid cũ pluribus cõsociabile: patrius amor nõ habet: tũ quia nõ ieiunũ me feciſſe iam: qđ postulas arbitratus es: parebo uoluntati tuæ: admonitus præsertim & ꝓuocatus exemplo meo: qđ mihi nõ difficillimũ: quia nõ magnum aliquẽ sed meipsũ imitabor: cũ in meos nõ magnos aliquos usus reuertor. Et de cõsilijs qdẽ: cũ beatæ uitæ imago atq; effigies nr̃o sermone exprimeret: putamus eam factã cõplexionẽ: ut pluribus fortasse alijs: tibi certe amanti nostri nõ improbemur: licet difficilius sit tuo iudicio q̃ plurium nõ displicere. Sed iudicij pondus affectu ableuas: eoq; mihi blandior. Hæc aũt epistola qm̃ te absentẽ offendit: de sentẽtijs Pauli est apli: qui nos a seruitute in libertatẽ uocat dicens: Precio empti estis: nolite fieri serui hominũ: ostendẽs libertatẽ nostrã i christi esse sapiẽtia. 1.Cor.7. Quæ sentẽtia magno a philosophis fluctuata atq; iactata est disputationis molimine: dicẽtibus: quia oĩs sapiens liber: omnis autẽ insipiẽs seruiat. Sed multo hoc prius Dauid filius dixit: qui ait: Stultus sicut luna mutat. Sapiẽs em̃ nõ metu frangit: nõ ptãte mutatur: nõ attollit ꝓsperis: nõ tristibus mergit. Vbi em̃ sapientia: ibi uirtus animi: ibi cõstantia & fortitudo. Sapiẽs ergo idẽ est animo: nõ minuitur: nõ auget: rex; mutationibus: nec ut paruulus fluctuat ut circũferat omni uẽto doctrinæ: sed manet ꝓfectus in christo: fundat9 caritate: radicatus fide. Sapiẽs ergo defectus rex; ignorat: & uariũ animũ nescit: sed fulgebit sicut sol iusticiæ: qui i regno patris sui fulget. Vñ tamẽ hoc pleni9 hauserit philosophia: de qua patrũ disciplina & prudentia: cõsideremus. Nõne prim9 Noe cũ aduertisset qa insipiẽter fili9 suus Cham riserat nudatũ patrẽ: maledixit ei dicens: Maledictus Cham: seruus domestic9 erit fratribus suis: & præposuit ei fratres eius dños: qui sapiẽter patris senectutẽ honorandã putarũt. Gen.9. Nõne etiã fons ille disciplinarũ oĩm Iacob: ubertatẽ disputationis huius oĩm pectorib9 infudit: qui sapiẽtiæ merito prælatus est fratri seniori? Deniq; pater pius qui iter duos filios affectu certaret paterno: sed discrepare iudicio (Affectus em̃ necessitudine fert: meritis autẽ iudicia formant) cum diuideret alteri gratiã: alteri misericordiã. sapiẽti gratiã: insipienti misericordiã: quia ad uirtutẽ se ꝓprijs uiribus erigere nõ poterat: nec spontaneũ gressum attollere: bñdixit eũ ut seruiret fratri suo: & esset ipsius seru9: ostendẽs ita deteriorẽ esse seruitute insipientiã: ut remedio ei seruitus sit: quia stult9 regere se non põt: & nisi moderatorẽ habeat: præcipitat ꝓprijs uolũtatibus. Diliges ergo pater & cõsulens: seruũ eũ fratris sui fecit: ut eius regeret cõsilio. Ideo incõsultis pplis sapientes quiq; adhibentur rectores: qui plæbeiam insipientiã uigore ꝓprio regãt: ut potẽtiæ specie dñentur. Quo uel inuitos auctoritate ptãtis subijciãt ad obediendũ prudentioribus: & obsequẽdũ legibus. Imposuit igit insipienti uelut indomito iugũ: & cui in gladio suo uiuendũ dixerat: libertatẽ negauit: ne temeritate laberet: præfecit ei fratrẽ: cuus auctoritate & moderatione subiectus ꝓficeret ad cõuersionẽ. Et qa seruitus habet discretionẽ (Est em̃ necessitatis infirmior: uoluntatis fortior: qa pulchrius est bonũ qđ nõ ex necessitate fit: sed ex uolũtate) ideo primo ei iugũ iposuit necessitatis: postea benedictionẽ ei uoluntariæ subiectiõis ipartiuit. Nõ igitur natura seruũ facit sed insipiẽtia: nec manumissio liberũ: sed disciplina. Deniq; Esau liber natus est: & seruus fact9 est. Ioseph uẽditus in seruitutẽ est: & electus ẽ ad ptãtem: ut suis emptoribus imperaret. Nõ dedignabat tñ obsequiũ sedulitatis: sed tenebat uirtutis fastigiũ: cõseruabat libertatẽ innocẽtiæ: integritatis auctoritatẽ. Vñ pulchre Psalmista ait: In seruũ uenũdatus est Ioseph: bũiliauerũt in cõpedibus pedes eius. In seruũ inq̃t uenũdatus est: nõ seruus factus. Humiliauerũt pedes ei9: nõ aiam eius. Quomõ em̃ bũiliata est aia: de qua dicit: Ferrũ ptransiuit aĩa eius? Nã cum aliorũ aia: scilicet peccatũ transeat (Ferrũ em̃ peccatũ est qđ est penetrabile) Ioseph sancti aĩa ita non patuit pctõ: ut magis peccatũ ipsa penetraret. Deniq; nec berilis illecebræ flexus est delinimẽto: nec imerito flãmas nõ sensit libidinis: quia maiorẽ diuinæ flagrabat ardorẽ gratiæ. Vñ & hoc pulchre de eo dictũ est: Quia eloquiũ dñi ussit eũ: quo re- Ps.104.

ſtrinxit ignitas diaboli ſagittas. Quomõ hic ſeruꝰ: qui erudiuit principes ppli in illa frumẽtaria diſpenſatiõe: ut futuræ inopiæ cõſulerẽt & declinando ꝓuiderent? Aut quomõ ſeruꝰ: qui totã terrã acqſiuit: & uniuerſũ populũ ægyptioꝝ in ſeruitutẽ redegit? Nõ ut cõditione ſeruitij ignobilis irrogaret: ſed ut tributũ cõſtitueret: præt poſ ſeſſionẽ tñ ſacerdotalẽ quã a tributis imunẽ reſeruauit: ut apud ægyptios quoq; iuiolabilis haberet religio ſacerdotalis. Nõ fecit igit eum ſeruũ uenditio. Nã utiq; negociatoribus erat ueditus. Verũ ſi preciũ ſpectes: multos iuenies: q emerũt ſibi puellas formæ elegãtioris quarũ amore capti turpi ſeruitio ſeſe dederũt. Videbatur
3. Eſdre. 4. Apeme cõcubina Darij regis ſedens ad dexterã eius: auferẽs de capite eius diadema: & ſuo imponens uertici: palmis faciẽ eius ſiniſtra manu uerberãs: quã rex aperto ore intuebat gaudẽs ſi qñ arrideret ei mulier: q ſi ea indignaret: miſerũ ſe atq; afflictũ putaret: ut ptãte ſubmiſſa blãdicias obtexeret & conſiliari eã ſibi depcaretur.

Sed quid iſta magno allegamus ambitu? Nõ uidemus plærũq; in ptãtem piraticã uelimaniũ barbaroꝝ redactos parẽtes a filijs redimi? Nũquid leges pecuniæ potiores q̃ leges naturæ? Nunqd in ſeruitute accreſcit pietas? Plæriq; emptores leonum ſunt & tñ nõ dñantur leonibus: ſed ita ſubijciuntur uerſa uice: ut ſi exaſperatos eos excutere ceruice toros uiderint: fugiant & deliteſcant. Nihil ergo præiudicat pecunia: quæ plærũq; ſibi dños emit: nihil tabulæ auctionales: qbꝰ emptor frequenter adiudicat atq; addicit: cõtractus nõ mutat genus: nec ſapiẽtiæ libertatẽ adimit. Deniq; famulo ſapienti multi (ut ſcriptũ eſt) ſeruiũt liberi: & eſt ſeruus intelligens q regat dños ſtultos. Quẽ ergo magis liberũ cenſes? Sola eſt ſapiẽtia libera: quæ diuitibꝰ pauperes præficit: & quæ ſeruos ꝓprijs fœnerare dñis facit: fœnerare non pecuniã ſed intellectũ: fœnerare talentũ illius dñici æterniq; theſauri: qui nũq̃ corrũpitur: cuius & uſura pcioſa eſt: fœnerare illud intelligibile eloquiorũ argentũ cœleſtium: de
Deut. 15. quo lex dicit: Fœnerabis gentibus: tu autẽ non mutuaberis. Q hebræus fœnerauit gentibus: ipſe aũt nõ accepit a populis doctrinã: ſed tradidit: cui aperuit dñs theſaurũ ſuum ut gentes pluuia ſermonis ſui faceret humeſcere: & fieret princeps gentiũ: ipſe autẽ ſupra ſe principẽ nullũ haberet. Liber eſt ergo qui ſapiens eſt: pcio emptꝰ oraculorũ cæleſtium: illo auro: illo argento emptus ſermonis diuini: pcioq; emptus ſanguinis: non em minimũ eſt emptorẽ agnoſcere: pcio emptus gratiæ: qui audiuit
Eſa. 55. & intellexit dicentẽ: Qui ſititis: ite ad aquã: & quicũq; non habetis argentũ: ite emite & bibite & manducate. Liber eſt ille qui ꝓgrediens in bellũ: ſi uiderit mulierẽ bonam aſpectu: & deprædatus opes inimicoꝝ ſuoꝝ: reptã illic cõ cupierit eã: dẽptis ſuperfluis & indumẽto captiuitatis detracto: in uxorẽ eam ſibi copulauerit: iã non ſeruam ſed liberã. Intelligit em famulatui prudentiã & diſciplinã non ſubiacere. Ideoq; lex dicit: Nõ uenũbabitur pecunia. Omne em pcioſum nõ eſt dignũ. Et Iob dicit: At
Job. 28. trahe ſapiẽtiã in interiora. Nõ illi cõparabit æthiopiæ topaçion: qd auro habet argẽtoq; precioſius. Sed nõ ille ſolũ liber qui dñm licitatorẽ nõ ptulit aut tollentẽ digitum nõ uidit: ſed ille magis liber: qui intra ſe liber eſt: qui legibus naturæ liber eſt: legem ſciens naturæ præſcriptã eſſe moribꝰ nõ cõditionibus: & menſura officiorũ conſentaneã nõ hoĩs arbitrio: ſed nec diſciplinis. Vtrũ igitur iſte liber tibi tm̃modo: an quidã cenſor uidet & præfectus moribus? Vnde uere ait ſcriptura: Quia pauꝑes diuitum præpoſiti erunt: & priuati utiq; adminiſtrantiũ. An tibi liber uidet qui pecunia ſuffragiũ ſibi emit? Qui plauſum magis ppli q̃ iudiciũ requirit prudentiũ? Ille ergo liber eſt q populariꝰ auris mouet? Ille qui reformidat ſibilũ uulgi? Sed nõ iſta libertas: quã manumiſſus accipit: & palma lictoris donatus acquirit. Nõ em munificentiã ſed uirtutẽ libertatẽ eẽ arbitror: quæ nõ ſuffragijs deferẽt alienis: ſed magnanimitate ꝓpria uendicat ac poſſidet. Sapiens em ſemp liber: ſemp honoratus: ſemper is qui præſit legibus. Deniq; iuſto nõ eſt poſita lex: ſed iniuſto. Iuſtus em ipſe ſibi
1. Timoth. 1. lex eſt: nõ habẽs neceſſe lõgiꝰ ſibi arceſſere formã uirtutis quã corde incluſã gerat: ſcriptũ habens opus legis in tabulis cordis ſui: cui dictum ſit: Bibe aquã de tuis uaſis:
Prouer. 5. & de puteoꝝ tuoꝝ fontibꝰ. Quid em nobis tam ꝓximũ q̃ dei uerbũ? Hoc eſt uerbũ

in corde nostro & in ore nostro qđ nō uidemus & tenem⁹. Sapiens ergo liber: qm̄ qui ea facit quæ uult: liber est. Sed nō oīs bona uolūtas: sed sapientis est: oīa quæ bona sunt uelle. Odit em̄ malū quia qđ bonū est elegit. Ergo si qđ bonū est elegit: arbiter electionis & eligēs operationis liber est: quia qđ uult facit. Liber ergo sapiēs. Sapiens oīa quæ facit: bene facit. Qui aūt bene facit oīa: recte facit oīa. Qui uero recte facit omnia: utiq; inoffense & irrep̄hensibiliter & sine damno & cōmotiōe sui facit oīa. Cui igit̄ hoc subest: ut inoffense faciat: faciat irrep̄hensibiliter: faciat sine cōmotione sui: sine dāno: nihil insipiēter facit: sed sapienter oīa. Qui autē sapiēter facit: nihil habet qđ metuat: Metus em̄ in peccato ē. Vbi aūt nulla formido: ibi libertas: ubi libertas: ibi ptās faciendi qđ uult. Solus ergo sapiens liber est. Etem̄ qui neq; cogi potest: neq; ꝓhiberi: is nequaquā seru⁹. Sapiētis autē est neq; cogi neq; ꝓhiberi. Nō est igit̄ seruus sapiens. Prohibet̄ em̄ qui nō fungitur ijs quæ desiderat. Quæ autē desiderat sapiens nisi ea quæ uirtutis & disciplinæ sunt: sine quib⁹ esse nō potest? In ipso em̄ sunt: nec diuellunt̄ ab eo. Q̄ si diuellunt̄: iā non sapiēs: qui sit sine uirtutis usu ac disciplina: quibus ipse se fraudet: si nō sit uolūtarius uirtutis interpres. Q̄ si cogitur manifestū est ꝙ inuit⁹ faciat. In oībus aūt factis aut a uirtute correctiōes sūt: aut a malicia ꝓlapsiones: aut media aut indifferētia uirtutis. Nō coactus sed uolūtarius executor est sapiens: qm̄ oīa quæ placēt agit: maliciā fugitās: nec somniū eius admittit. Differētibus ita nō mouet̄: ut nullis momētis sicut uulgus hominū huc atq; illuc inclinet̄: sed tanq̄ in statera mens ei⁹ æqua lance pēdeat: ut neq; ad uoluptaria ꝓpendat: neq; oīno ad ea quæ sunt aduersanda: uel leuiter studiū inclinet suū: sed imobilis maneat affectu. Vnde liquet qa nihil inuit⁹ facit sapiens: neq; cogit̄: quia si seru⁹ esset: cogeretur: liber igit̄ est sapiens. Apostol⁹ quoq; sic definit dicēs: Nō sum ergo liber: nō sum apl'us. Sed adeo liber: ut cū subintrassent quidā tentare libertatē eius nec ad horā ipse (ut ipse ait) cederet subiectiōi: ut ueritas euāgelij prædicaret̄. Qui ergo nō cessit uolēs prædicauit. Vbi uolūtas: ibi merces uoluntatis. Vbi necessitas: ibi obsequiū necessitatis. Melior ergo uolūtas q̄ necessitas. Velle ergo sapientis est: parere & seruire insipiētis. Hæc etiā apl'i definitio dicentis: Si em̄ uolens hoc ago: mercedē habeo: si aūt inuitus: dispēsatio mihi credita est. Sapiēti igit̄ merces defertur: sapiēs autē ex uolūtate facit. Liber itaq; ꝑm apl'm sapiēs. Vñ & ipse clamat: Vos em̄ in libertatē uocati estis: tm̄ ne libertatē in occasionē carnis detis. Sequestrata lege: christianū ne inuitus uideat̄ legi succūbere: uocat in euāgeliū: qđ uolētes & prædicāt & operāt̄. Iudæus sub lege: christianus ꝑ euangeliū. In lege seruit⁹: in euāgelio libertas: ubi cognitio sapientiæ. Ois ergo qui christū recipit sapiēs: qui autē sapiens liber: omnis igitur christian⁹ & liber & sapiens. Docuit me tamē apostolus ꝙ ultra ipsam libertatē sit: ut & seruire libertas sit. Cū liber inquit essem oīm me seruū feci: ut plures lucrifacerē. Quid est ultra libertatē nisi habere spiritū gratiæ: caritatē habere? Libertas em̄ liberū facit oībus: caritas amicū deo. Vnde ait christ⁹: Vos aūt dixi amicos. Bona caritas: de qua dicit̄: Per caritatē spūs seruite inuicē. Seruiuit & christus: ut oēs liberos faceret. Manus ei⁹ in cophino seruierūt: qui nō rapinā arbitratus esse se æqualē deo formā serui accipit: & oīa oībus factus est: ut oībus salutem afferret. Cui⁹ imitator Paulus: & quasi sub lege erat: & quasi sine lege uiuebat ꝑ eoꝝ utilitate quos cupiebat lucrari: & infirmis uolēs fiebat infirm⁹: ut eos cōfirmaret: & curebat ut cōprehenderet: & corpus suū castigabat: ut ptātes aereas in christo triumpharet. Est ergo sapiēti & seruire libertas. Vnde colligit̄: quia stulto & iperare seruitus est: & qđ pei⁹ est: cū paucioribus præsit: plurib⁹ dñis & grauiorib⁹ seruit. Seruit em̄ ꝑprijs passionibus: seruit cupiditatib⁹ suis: quarū dñatum nec nocte pōt fugere nec die: qa intra se dños habet: intra se seruitiū patitur intolerabile. Gemina em̄ seruitus est: altera corporis: aīaꝝ altera. Domini aūt corporis quidē hoies: animaꝝ aūt malicię & passiones: a quibus sola animi libertas sapientē uendicat: ut seruitio ei liceat exire. Quæramus igitur illū uere sapiētē: uere liberum: qui q̄is sub plurium hominū dominatu degat: libere dicit: Quis est qui mecū iudicio cōtēdat? Tu solus

1.Cor.9.

Ibidem.

Gal.5.

1.Cor.9.

Joh.15.
Gal.5.
Ps.80.
Phil.2.
1.Cor.9.

Ibidem.

manum tuã a me abstine: a cuius cõspectu nõ potero me abscõdere: & timor tu⁹ nõ
Ps.50. me pcellat. Quem secutus Dauid rex ait: Tibi soli peccaui. Regali em̃ subnix⁹ fasti-
gio quasi legũ domin⁹ legibus reus nõ erat: soli deo obnoxius tenebaꝫ: qui domin⁹
1.Cor.4. est potestatũ. Aliũ audi liberũ: Mihi autẽ ꝑ minimo est ut a uobis dijudicer: aut ab
humano die: sed neq; meipsum dijudico. Nihil em̃ mihi sum cõscius: qui autẽ dijudi
cat me: dn̄s est. Vera libertas spiritualis hominis: quia dijudicat oia: ipse aũt a nemi-
ne dijudicatur: nec a quacunq; creatura participe: sed soli deo se subditũ nouit: qui
solus sine peccato est. De quo dicit Iob: Viuit domin⁹: qui sic me iudicat. Solus em̃ il
le põt iudicare iustũ: cuius in cõspectu cælũ nõ est mundũ: nec stellarum pura & cla
ra lumina. Quis est qui sophoclea in mediũ ferat carmina dicentia: Iuppiter mihi
præest: nullus aũt hominũ? Quãto antiquior Iob: quãto uetustior Dauid? Agnoscãt
ergo de nostris se habere quæcũq; præstantiora locuti sunt. Quis igiꝫ sapiens nisi
qui ad ipsa puenit diuinitatis secreta: & manifestata sibi cognouit occulta sapiẽtiæ?
Solus igiꝫ sapiens qui duce deo usus est ad cognoscẽda ueritatis cubilia: & mortalis
homo imortalis dei hæres & successor est factus ꝑ gratiã & quidã iocũditatis parti-
Ps.44. ceps: sicut scriptũ est: Propterea unxit te deus de⁹ tuus oleo læticiæ præ cõsortibus
tuis. Si quis igiꝫ ꝓprius ipsa introspiciat rerũ negocia: cognoscet quãta sapiẽti adiu
menta: & quãta in ip̃is insipiẽti refragia sint: quid huic adiumẽto libertas: illi impedi
mento seruit⁹ sit. Insurgit em̃ sapiẽs quasi uictor debellatis a se ac triũphatis libidini:
timori: ignauiæ: mœstitudini: cæterisq; uitijs: donec ea de possessiõe suæ mẽtis elimi
net: & oibus terminis finibusq; suis ꝓpulset atq; arceat. Q̃m dux cautior nouit excur
sus cauere latrocinantiũ & quædã furta belli: quæ iniquissimi animæ nostræ aduer-
sarij ignitis sæpe ptentãt spiculis. Sunt em̃ nobis quædã & in pace prælia: & in bello
2.Cor.7. pax. Vñ & ait ille: Foris pugnæ: int⁹ timores. Sed in his omnib⁹ supamus ꝓpter eũ q̃
dilexit nos. Dicit qa neq; angustijs neq; psecutiõib⁹: neq; fame: neq; periculo mortis
terreꝫ. Qui uero hæc timet: qui mortẽ reformidat: quomõ nõ seru⁹? Seruit ꝓfecto
& miseram quidẽ seruitutẽ. Nihil em̃ sic animam ad omnem seruitutem deijcit: quõ
formido mortis. Quomõ em̃ se erigat abiect⁹ & uilis sensus atq; ignobilis demersus
Gen.4. in omnẽ infirmitatis uoraginẽ uitæ huius cupiditate? Vide q̃ seru⁹: Abscõdã me in-
quit & ero gemens & tremẽs sup̃ terrã: & erit: omnis qui inuenerit me: occidet me.
Itaq; quasi seruus signũ accepit: nec sic tn̄ necem potuit euadere. Seruit igiꝫ pecca-
tor formidini: seruit etiã cupiditati: seruit auariciæ: seruit libidini: seruit maliciæ: ser-
uit iracũdiæ: & uideꝫ huiusmodi sibi liber? Sed magis seruit q̃ si sub tyrãn[illegible] posit⁹. Illi
autẽ liberi sunt: qui legibus uiuũt. Lex aũt uera sermo rectus: lex uera nõ insculpta
tabulis nec ære incisa: sed imp̃ssa mentibus atq; infixa sensib⁹: qn̄ sapiens nõ sub lege
sed ipse sibi lex est: opus legis in corde suo cõtinẽs: naturali sibi stilo & quadã inscri-
ptione formatũ. T̃m ne igitur cæcitatis est: ut nõ uideam⁹ manifestas rerũ exp̃ssio-
nes: & uirtutũ imagines. Et q̃ indignum: ut populi integri obediãt humanis legibus:
quo sint libertatis participes: Sapientes aũt uerã legẽ naturæ exp̃ssã ad imaginẽ dei
uerãq; rationẽ signiferã libertatis negligãt & derelinquãt: cũ in ea tãta libertas sit: ut
paruuli seruire uitijs nesciamus: alieni ab ira: exortes auariciæ: ignari libidinis. Q̃ mi
serum igitur ut qui nascimur in libertate: moriamur in seruitute. Sed hoc fit leuitate
animi atq; infirmitate morũ: quia curas inanes uoluimus: & operamur supuacua. Sa
pientis autẽ cor actũq; & op⁹ radicatũ esse decet atq; imobile. Hoc docuit Moyses:
Exo.17. quãdo manus ei grauiores fiebant: ita ut uix sustineret eas Iesus naue: Ideoq; uince-
bat populus: qn̄ nõ pfunctoria gerebanꝫ opera sed plena ponderis atq; uirtutis: nõ
nutãtis animi nec titubãtis affectu: sed fundatæ mentis stabilitate. Ergo sapiens extẽ
Eccs.4. dit manus suas: stultus autẽ cõtrahit: sicut scriptũ est: Quia stultus cõplexus est ma-
nus suas: & uorauit uiscera sua: carnalia magis cogitãs q̃ spiritualia: At nõ filia iudæ:
Daniel.13. quæ expãdẽs manum clamauit ad dominũ: Tu scis quia falsum testimoniũ aduersũ
me dicunt. Melius est arbitrata nõ peccare & incidere in calũnias accusantiũ: q̃ pec
catũ subire sub impunitatis uelamine. Ea ergo cõtemptu mortis seruauit innocentiã.

Sed nec filia Iepte quæ uotum patris de immolatione sua ꝓprio atq; hortatorio fir Judic. 11.
mauit assensu. Non em̃ ego de cõtemptu mortis libros philosophorũ depromo: aut gymnosophistas indoꝝ: quorum præ cæteris Calani laudat̃ respõsum Alexandro: cum eum iuberet sequi. Qua me inquit laude dignum græciã petere poscis: si possum cogi facere qd̃ nolo? Et uere plenus auctoritatis sermo: sed magis mẽs libertatis. Denique & epistolam scripsit Calanus Alexandro. Amici psuadent tibi: manus & necessitatem inferre indorũ philosopho: nec in somnijs uidentes nostra opera. Corpora enim transferes de loco ad locum: animas non coges facere qd̃ nolunt: nõ magis q̃ saxa & ligna uocem emittere. Maximus ignis uiuentibus corporib⁹ dolorem inurit & gignit corruptionẽ: super hunc nos sumus: uiuẽtes enim exurimur. Non est rex neq; princeps qui extorqueat nobis facere qd̃ non ꝓposuimus. Nec similes sumus græciæ philosophorum: qui uerba ꝓ rebus meditati sunt ad opinionis celebritatem: Nobis res sociæ uerbis: & uerba reb⁹: res celeres & sermones breues in uirtute nobis libertas beata est. Præclara uerba: sed uerba: præclara constantia sed uiri: præclara epistola sed philosophi. Apud nos autem & puellæ: de mortis appetentia sublimes usq; ad cælum erexere uirtutum gradus. Quid Thecla: quid Agnen: quid Pelagiam loquor: quæ tanq̃ nobilia uitulamina pullulantes: ad mortẽ quasi ad immortalitatem festinauerunt? Inter leones uirgo exultauit: & rudẽtes bestias spectauit intrepida. Et ut nostra cum indoꝝ gymnosophistis cõferamus: qd̃ ille uerbis gloriatus est: sanctus Laurẽtius factis ꝓbauit: ut uiuus exureret̃: & flãmis supstes diceret: Versa mãduca. Haud degener abramidarũ & machabæorũ cõcertat⁹ puerorũ: quorũ alij super flammas canebant: alij cum exurerent̃ non rogabant ut parceretur: sed inuebebantur ut amplius persecutor inflãmaretur. Liber igitur sapiens. Quid autem sublimius sancta Pelagia: quæ uallata a persecutoribus pri⁹ q̃ tamen in eorum cõspectum ueniret aiebat: Volens morior: nemo me continget manu: nemo oculo proteruo uiolabit uirginẽ. Mecum feram pudorem: mecũ incolumem uerecũdiam. Nullum prædones lucrum suæ capient insolẽtiæ. Pelagia christum sequetur: libertatem nemo auferet: nemo captiuã uidebit liberam fidem: insignemq; pudicitiam & ꝓsapiam prudentiæ. Quod seruum est: hic manebit nullos in usus debitum. Magna igitur piæ uirginitatis libertas quæ septa agminibus psecutorum: inter maxima pericula integritatis & uitæ nequaquã inclinata est. At non ille cui dominatur ira: subijcit̃ em̃ iugo peccati. Non em̃ iracundus peccatũ effodit. Qui autem peccatũ facit: seruus est peccati. At nõ ille liber qui seruit auariciæ. Nõ Job. 8.
potest em̃ possidere uas suum. Nõ ille liber qui seruiens desiderijs & uoluptatib⁹ uago fluitat errore. Non ille liber qui curuatur ambitu: seruit em̃ alieno imperio: Sed ille liber qui potest dicere: Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar pote 1. Cor. 6.
state. Esca uentri: & uenter escis. Ille liber qui ait: Quid enim libertas nostra iudica- Ibidẽ. 10
tur ab infideli cõscientia? Libertas igitur sapienti non insipienti cõuenit. Quoniã Prouer. 26.
qui deligat lapidem in fundibulo: similis est ei qui dat imprudenti claritatẽ: seipsum uulnerat: atque sibi potius dũ intorquet iaculum: affert periculum. Certe sicut tormento acerbatur & geminatur malũ saxi ruina: sic insipiẽtis in libertate ruina uehementior est. Recidenda igit̃ insipienti potestas: nõ adijcienda libertas est. Seruitus em̃ ei cõuenit. Ideoq; addidit: Spinæ nascuntur in manu ebriosi: seruitus autẽ in Ibidem.
manu imprudẽtis. Quia sicut ille suis uulneratur poculis: ita insipiens suis factis. Ille bibendo se peccato inserit: iste operando se culpæ adiudicat: & factis suis trabit̃ in seruitutem. Videbat se Paulus in captiuitatẽ trahi a lege peccati: & ideo ut liberare Roma. 7.
tur: confugit ad libertatis gratiã. Non sunt igitur liberi insipiẽtes quibus dicitur: Ps. 31.
Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus nõ est intellectus. In freno & chamo maxillas eorum cõstringe qui non appropinquant tibi. Multa flagella peccatorum: Quia multis flagellis opus est ut eoꝝ imprudentia coerceatur. Disciplina hoc exigit: non inclemẽtia. Denicq; qui parcit baculo suo: odit filiũ suum: simul quia unusquisq; graui Prouer. 13.

us ſuis peccatis flagellat. Grauia em̃ delictorum põdera: grauia criminũ uerbera: ſicut onus grauantur graue: & infligunt animæ cicatrices: & putreſcere faciunt mentis ulcera. Deponamus igitur tam graue ſeruitutis ſarcinã: renunciemus luxuriæ ac delicijs: quæ nos quibuſdam aſtringunt nexibus cupiditatũ: & uinculis ligant. Nihil enim ꝓſunt deliciæ ſtulto. Et quicũque a pueritia dederit ſe delicijs: manebit in ſeruitute: ut uiuens mortuus ſit. Recidatur ergo luxuries: deliciæ reſecentur. Et ſi quis fuit luxurioſus: ualedicat ſuperioribus. Reciſa enim uinea fructũ affert: ſemiputata frõ deſcit: neglecta luxuriat. Ideoque ſcriptũ eſt: Tanq̃ agricultura homo imprudens: & tanq̃ uinea homo egens ſenſu: ſi reliqueris eum deſertus erit. Colam⁹ ergo corpus hoc noſtrũ: caſtigemus illud: redigamus ad ſeruitutem non illud deſpiciamus. Sunt enim membra noſtra arma iuſticiæ: ſunt & arma peccati. Si eleuentur arma iuſticiæ ſunt: ut peccatum in ijs nõ dominetur: ſi mortuum fuerit peccato: nõ regnabit in eo culpa: & erunt membra noſtra a peccato libera. Non obediamus
Ro. 6. igitur cupiditatibus eius: neque exhibeamus mẽbra noſtra arma iniquitatis peccato. Si uideris mulierem ad cõcupiſcendum eam: mẽbra tua arma peccati ſunt. Si locutus es ad ſollicitandã eam: lingua tua & os tuum membra peccati ſunt. Si abſtuliſti terminos a patribus poſitos: membra tua arma peccati ſunt. Si feſtinaſti uelocioribus pedibus ad effundendum innocẽtium ſanguinem: membra tua arma iniquitatis ſunt. Contra: ſi uidiſti egenum: & induxiſti in domũ tuam: membra tua arma iuſticiæ ſunt. Si eripuiſti iniuriam accipiẽtem: uel eum qui ducebatur ad mortem: ſi ſcidiſti chirographũ debitoris: mẽbra tua arma iuſticiæ ſunt. Si cõfeſſus es chriſtũ (Arma enim intellectus labia ſapientiæ) labia tua membra iuſticiæ ſunt. Qui poteſt
Job. 29. dicere: Oculus eram cæcorum: pes claudorũ: pater infirmorum: membra eius mẽbra iuſticiæ ſunt. Ergo liberati a peccato quaſi precio empti ſanguinis chriſti non ſubijciamur ſeruituti hominum uel paſſionum. Non erubeſcam⁹ peccatũ noſtrum fateri. Vide q̃ liber qui poterat dicere: Non reueritus ſum multitudinem populi: ut non annũciarem in conſpectu omniũ peccatum meum. Qui enim confitetur
Prouer. 18. domino exuitur a ſeruitute. Iuſtus enim accuſator eſt ſui in principio ſermonis. Nõ ſolum liber: ſed etiam iuſtus: ſed iuſticia in libertate eſt: & libertas in cõfeſſione. Si-
Ps. 31. mul enim confeſſus quis fuerit abſoluit. Deniq; Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſticiam meam domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Mora ergo abſolutionis in confitendo eſt: confeſſionẽ ſequitur peccatorũ remiſſio. Sapiens eſt igitur qui confitetur: Liber cui peccatũ dimiſſum eſt: nulla iam trabens æra peccati. Vale & nos dilige ut facis: quia & ego te diligo.

Sancti Ambroſij ad Fauſtinum: eundẽ propter obitum germanæ acerbo dolore mœrentem: conſolantis: Epiſtola. VIII.

AMbroſius Fauſtino. Acerbo te doliturum dolore obitũ germanæ tuæ non ignorabam. Non tamen ut a nobis te ablegares: ſed ut nobis redderes. Nam & ſi minus iocunda ſolatia mœrentibus: tamẽ nõnunq̃ neceſſaria ſunt. Tu autem abiſti in ſecreta montium: & inter ferarum diuerſaris ſpelæa omni humanæ conuerſationis uſu abdicatus: & qđ grauius eſt: iudicio tuo. Tantũne de te cõmeruit germana tua: ut propter quam excellere apud te debuit cõditio humana: quæ tam egregiã fœminã tulit: propter eam apud te minoris prærogatiuæ ſit? Illa certe uita excedens hoc ſe mulcebat ſolatio: ꝙ te ſibi ſuperſtitem dereliqueret: parentem nepotibus: præſulem parũulis: auxiliatorem deſtitutis. Tu ita te & nepotibus & nobis abnegans: ut conſolationis illius fructum non ſentiam⁹. Illa te cara pignora uocant non ad dolendum ſed ad conſolandũ: ut cum te uident: matrem ſibi non credant obiſſe: In te eam recognoſcant: in te eius præſentiam tene

ant: in te uitam ei⁹ sibi manere arbitrentur. Sed doles ꝙ dudum florētissima repē-
te occiderit. Verum hoc nobis cōmune: non solum cū hominibus: sed etiā cum ci-
uitatibus terrisque ipsis est. Nempe de bononiē si ueniens urbe a tergo claternam
ipsam bononiam: mutinā: regium derelinquebas: in dextera erat brixillum: a fron
te occurrebat placētia: ueterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans: ad leuam
apœnini inculta miseratus & florentissimorū quondam populorum castella consi
derabas: atque affectu relegebas dolenti. Tot igitur semirutarum urbium cadaue-
ra terrarūque sub eodem conspectu exposita funera non te admonent unius san-
ctæ licet & admirabilis fœminæ decessionem consolabiliorem habendam: præser-
tim cum illa in perpetuū prostrata ac diruta sint: Hæc autem ad tempus quidē ere
pta nobis meliorem illic uitam exigat: Itaq; non tam deplorandam q̄ prosequendā
orationibus reor. Nec mœstificandam lachrymis tuis: sed magis oblationibus ani-
mam eius domino cōmendandam arbitror. Verum forte asseras securum te de
meritis eius ac fide: nequire tamen ferre desiderium ꝙ eam iam nō uideas ſm car-
nem: idque tibi summo dolori sit. Nec illud te mouet apostolicum qđ ait: Quia ne- 2. Cor. 5.
minem nouimus ex hoc ſm carnem: & si cognouimus ſm carnem christū: sed nūc
iam non nouimus. Caro enim nostra perpetua esse ac diuturna non potest: neces-
se est occidat ut resurgat: necesse est resoluatur ut requiescat: ut fiat quidam finis
peccati. Et ideo multos cognouimus ſm carnem: sed nunc iam non nouimus. Ipsū
dominum Iesum cognouimus (inquit Apostolus) secundū carnem: sed nunc iam
non nouimus. Iam enim carnis deposuerat exuuias: iam specie hominis non uide-
batur: iam pro omnibus mortuus erat: & omnes in illo mortui: sed ut per ipsum re-
nouati & uiuificati spiritu iam non sibi sed christo uiuerent. Vnde & alibi ait idem
apostolus: Viuo autem iam non ego: uiuit autē in me christus. Meritoque qui an- Gal. 2.
te cognouerat secundū carnem christum: iam operationes eius inuisibiliter agno-
scens: iam non carnem eius sed potentiam scrutans: qui ante persecutor discipu-
los hominis & pedisequos carnis infestis odijs urgebat: postea doctor gentium fa-
ctus ueneratores maiestatis eius ad prædicationem euangelij instruere atque in-
formare cœperat. Et ideo addidit: Si quis in christo noua creatura: id est: qui perfe 2. Cor. 5.
ctus in christo noua creatura est: quoniam qui caro est: imperfectus est. Denique
ipse dominus ait: Non permanebit spiritus meus in istis hominibus: quoniam car- Gen. 7.
nes sunt. Carnalis itaque non est in christo: sed si quis in christo est: noua creatura
est: non naturæ nouitate formatus sed gratiæ. Vetera itaque quæ secūdum carnē
erant: transierunt: facta sunt noua omnia. Quæ illa? nisi quæ scribadoctus in regno
cœlorum nouit: similis illiuſ patrisfamilias qui profert de thesauro suo noua & uete Matth. 13.
ra: neque uetera sine nouis: neque noua sine ueteribus. Ideo & ecclesia dicit: Quia Cant. 7.
noua & uetera seruaui tibi. Sed transierunt uetera: id est: legis mysteria abscondi-
ta in christo: facta sunt omnia noua. Hæc est noua creatura: de qua Apostolus ad
Galatas ait. In christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque præputium Gal. 5.
sed noua creatura. Per quam iam renouata caro floret: & fructum inuenit gratiæ:
quæ ante inueterati flagicij spinas habebat. Quid ergo est ꝙ mœreamus: si iam ad
animam dicitur: Renouabit sicut aquilæ iuuentus tua? Quid est ꝙ ingemiscamus Psa. 102.
pro mortuis: cum iam reconciliatio mundi apud deum patrem facta sit per domi-
num iesum? Quoniam ergo christi beneficia tenemus: cū apud omnes: tū apud
te ꝓ christo legatione fungimur: ut noueris irreuocabilia eius esse dona: ut credas
qđ semper credidisti: nec nimio mœrore tuam in dubium adducas sententiā: quia
ideo peccatum factus est dominus Iesus: ut tolleret peccatū mundi: & essemus in il
lo omnes iusticia dei: iam non culpæ obnoxij: sed iusticiæ remuneratione securi.
Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Bellicium: graui ægritudine priusq̄ i dominū Iesum crederet

iactatum: postea autē reualescere incipientē: illum ex diuinæ uisitationis pietate in fide christi confortantis: & ad aliorum sacramentorum perceptionem exhortantis: Epistola. IX.

AMbrosius Bellicio. Iactatū te graui ægritudine significasti mihi credidisse in dominū Iesum: etiā cœpisse reualescere. Ad salutē igitur ea infirmitas fuit: plus aculei q̄ periculi ferens: quia diu p̄missum remordebas. Hoc ē quod
Deut. 32. ait: Percutiā & sanabo. Percussit infirmitate: sanauit fide. Vidit em̄ interiorē affectū tuum nō uacuum piæ cupiditatis sed executi dilationibus. Et ideo admonere maluit: ita ut salutē non læderet: deuotionē excitaret. Quomō em̄ saluti noceret qui so-
Matth. 8. let dicere: ut legimus in euangelio: Ego ueniā & curabo eum? Ergo & cū a tuis inuitaretur: ut inuiseret domū tuam: sine dubio dixit: Ego ueniā & curabo eum. Et si nō audisti eum: ille tn̄ quasi deus insensibiliter locut⁹ est. Et si nō uidisti eum: ille tn̄ q̄ te incorporaliter inuiserit dubitari nō potest. Sed uidisti eū qui credidisti ei: uidisti eū qui recepisti eū hospitio tuæ mentis: uidisti eum spiritu: uidisti eū oculis interiorib⁹.
Act. 17. Tene ergo hospitē nouum diu expectatū sed sero susceptū: in quo & uiuimus & sum⁹ & mouemur. Gustasti igitur fidei prima exordia: nō fiat uerbū occultū in corde tuo. Hæc omnis gratia est: hoc omne mun⁹. Nemo em̄ penetralia dom⁹ de ingressu æstimat. Si quidē omnis fructus in interiorib⁹ est. Neq̄ em̄ sapiētis est a fenestra respicere in domū: & stulticia hominis audire p̄ ostium. Alia sunt sacramēto-
Esa. 64. rum p̄fectoq̄ mysteria: quæ oculus nō uidit nec auris audiuit quæ præparauit deus
1. Cor. 2. diligētibus eum: ut dixit scriptura. Alia sunt illa quæ de gloria futura annūciarūt p̄phetæ: quib⁹ reuelatū est: & euangeliçarūt sancti: spiritu dei misso de cælo in quæ
1. Petri. 1. cōcupiscunt & angeli uidere: ut ait apostolus Petrus. Alia sunt illa: in quib⁹ est mū di redemptio: peccatorū remissio: gratiarū diuisio: sacramentorū participatio: quæ cū acceperis: tunc mirabere tantū donatū esse homini: ut illud manna qđ miramur fluxisse de cœlo iudæis: nec tantæ operationis iudices ad salutē fuisse. Illud em̄ qui-
Numeri. 32. cūq̄ acceperūt: in deserto mortui sunt præter Iesum naue & Caleph. Hoc sacramē tum quicunq̄ gustauerit: nō morietur in æternū: Sanet te dn̄s Iesus. Vale.

Liber Tertius.

Sancti Ambrosij ad Simplicianū: pulchre de ueris diuitijs ac cōtraria paupertate differentis: & q̄ omnis solusq̄ sapiens uere diues: atque insipiens pauper sit demonstrantis. Epistola. X.

AMbrosius Simpliciano. Videbamur p̄xime in disceptationes incidisse philosophiæ: cum de apostoli Pauli epistola sumētes exordium: tra-
1. Petri. 3. ctaremus: q̄ omnis sapiens liber. Verū postea cū Petri apostoli epistolam legerem aduerti: q̄ omnis sapiens etiā diues. Nec sexum excepe-
rit: qui fœminas ornatum omnē nō in preciosis monilibus sed in bonis moribus habere scripserit. Non enim inquit sit extrinsecus capillorū implicatio: aut auri circūpositio: aut habitus uestimentorum ornamentū: sed ille absconditus cordis homo. Duo sunt igitur & esse hominē in homine: & illum esse diuitem: qui sibi nullarum diuitiarū usum requirat. Pulchre autē cordis hominem dixit: eo q̄ totus sapientiæ sit absconditus sicut ipsa sapientia quæ nō uidetur sed intelligitur. Ne-
mo ante Petrum tali expressione usus est: ut diceret cordis hominem. Exterior em̄
Ibidem. homo plurima in se membra habet. Interior autem cordis homo totus sapientiæ est: plenus gratiæ: plenus decoris. In incorruptione inquit quieti & modesti spiritus qui est ante deum diues. Et uere diues qui in conspectu dei potest diues uideri: in cuius conspectu terra exigua: mundus ipse angustus est. Sed solum illum deus diuitem nouit qui sit diues æternitati: qui non opum sed uirtutum fructus recondat.

Quis autem ante deū diues niſi quietus & modeſtus ſpiritus qui nunq̄ corrumpitur? Nōne tibi uidetur diues qui habet pacē animi: tranquillitatē quietis: ut nihil cōcupiſcat: nullis exagitetur cupiditatū procelliſ: nec uetera faſtidiat: & noua quærat: & ſemp deſiderando fiat in ſummis diuitijs inops? Ea eſt pax uere diues quæ ſuperat omnē mentē. Diues pax: diues modeſtia: diues fides. Fideli em̄ totus mūdus poſſeſſio eſt. Diues ſimplicitas. Sunt em̄ & diuitiæ ſimplicitatis quæ nihil diſcutit: nihil contractū: nihil ſuſpectum: aut fraudulētum putat: ſed puro ſe fundit affectu. Diues bonitaſ: quam ſi quis ſeruauerit: paſcitur in diuitijs cæleſtis hæreditatis: & ut antiquioribus exemplis ſcripturæ utamur: beatus inquit uir quē arguit domin⁹. Admonitionē aūt dei ne recuſaueris. In fame liberabit te a morte: i prælio de manu ferri liberabit te: & a flagello linguæ te abſcondet. Feræ beſtiæ pacificæ erūt tibi: & ſcies ꝙ in pace erit domus tua. Mitigatis em̄ carnis huius paſſionibus: quæ militare aduerſum animā ſolent: tabernacula tua ſine pturbatione erunt: domus ſine offenſione: ſemen ſine defectu: poſteritas ſicut odor agri pleni: ſepultura ſicut meſſis. Si quidem quādo alij ſuum defectū arbitrantur: tunc aceruus tritici ſui ſupernis maturus infertur apothecis. Merito iuſtus ſemp fœnerat: iniqu⁹ indiget. Ille iuſticias fœnerat mandatū dei pauperibus & egenis: At uero inſipiens & qđ putat ſe habere: nequaquā poſſidet. An putas illū poſſidere qui theſauro ſuo die ac nocte incūbans auara & miſera torquet̄ ſollicitudine? Ille uero eget: & ſi alij diues uidet̄: ſibi paup eſt: qui nō utitur eo qđ habet: qui adhuc alia rapit: alia deſiderat. Vbi em̄ null⁹ cupiditati modus: qui fructus diuitiarū? Nemo eſt diues: qui qđ habet ſecū hinc auferre nō poteſt. Quod em̄ hic relinquitur: non noſtrū ſed alienum eſt. Diues Enoch qui qđ habuit ſecū tranſtulit: & omnē illum bonitatis ſuæ cenſum cœleſtibus intulit receptaculis: qui ideo raptus eſt: ne cor ei⁹ malicia mutaret. Diues Helias qui uirtutū ſuarum theſauros curru igneo ſublimīs ſedibus æthereis inuexit. Et tamē iſte nō mediocres diuitias hæredi reliquit quas ipſe nō amitteret. Quis hunc pauperē uel tunc dixerit: cū uictus quotidiani indigens alimonia: mitteret̄ ad uiduā: ut paſceretur ab ea: quādo ad eius uocē cœlum claudebat̄ & aperiebat̄: quādo ad eius uerbum hydria farinæ & uas olei nō deficiebat̄ per trienniū ſed abūdabat: nec minuebatur uſu ſed replebat̄? Quis illum pauperē dixerit: ad cuius uoluntatē deſcendebat ignis: quē in uia flumina nō concludebāt: ſed in ſuū fontem recurrebāt: ut ſiccoꝑbeta tranſiret pede? Duos finitimos uetus hiſtoria deſcribit: regē Achab & pauperem Nabuthan: quē horum pauperiorem: quē ditiorem credimus? Alter regali fulcro diuitiarū prædītus inexplebilis inſatiabiliſq; opibus ſuis: exiguā pauperis uineam deſiderauit. Alter aſpiciens animo βάσιλευομ τας πολυχρύσους τύχας imperialeſq; gaças: ſuo erat cōtent⁹ palmite. Nōne uidetur hic magis diues: hic magis rex: qui ſibi abundabat: ſuas regebat cupiditates: ut nihil alienū concupiſceret: Ille aūt egētiſſimus: cui auꝛ ſuum uile: alienus palmes p̄cioſiſſimus exiſtimabatur?

Sed qua ratione egentiſſimus cognoſce. Quia diuitiæ iniuſte congregatæ euomūtur: radix autem iuſtorum manet: & palma floret. An nō egentior paupere is qui tanq̄ umbra præterit? Hodie impius exaltatur: cras nō erit: nec iuenietur aliquis locus eius. Quid eſt itaque diuitem eſſe niſi abundare? Quis autem abundat qui ſit animo contractior? Qui autē animo contractior utiq; anguſtior. Quæ igitur in anguſtijs abundantia? Non ergo diues qui nō abūdat. Vnde pulchre Dauid: Diuites inquit eguerunt & eſurierunt. Quoniam cum haberent ſcripturaꝛ theſauros cæleſtium eguerunt qui nō intellexerunt: & eſurierunt qui nullum ſpiritualis gratiæ guſtarunt cibum. Nihil igitur affectu ſapientis ditius: nihil inſipiētis egentius. Nam cum regnū dei pauperū ſit: quid eſſe locupletius poteſt? Et ideo præclare apoſtol⁹: O altitudo inquit diuitiaꝛ ſapientiæ & ſcientiæ dei. Præclare etiā Dauid: qui in uia teſtimoniorū cæleſtium quaſi in omnib⁹ diuitijs delectabatur. Expreſſe Moyſes qui ait: Neptalin ſatietas accipientiū. Neptalin: abūdantia ſignificatur latina interp̄tatione uel dilatatio. Ibi ergo abūdātia ubi ſatietas. Vbi aūt fameſ cupiditatū: ubi in-

Gen. 5.
4. Reg. 2.
3. Reg. 17.
3. Reg. 21.
Ps. 33.
Ro. 11.
Ps. 118.
Deut. 33.

explebilis appetētia: ibi utiq; pauptas. Sed qa uix ulla rei pecūniariæ uel mūdi hui⁹ cupiditas satietatē habet: ideo addidit: Et replebit benedictione. Secūdū hæc Pe-
1. Petri. 3. trus apostolus definiuit nō in auro & argento & indumētis fœminarū esse ornamē-tū: sed in occulto cordis hoie atq; abscōdito: unde nulla se exuat cultū pietatis: orna tum gratiæ: uitæ æternæ hæreditatē. Vale & nos dilige qa nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Irenæū: uersiculū illū: Speciosus forma. & cætera. græco ser-mone annotatū uoluētis: pluribusq; rationib⁹ & exemplis nos ꝓuocātis: ut illi sūmo bono qđ est dominus Iesus: quo nihil est speciosius: animo intēdamus: illud quæra-mus: illud intueamur: illud teneam⁹: in illo uersemur: illi adhæreamus: & in eo pasca mur: Epistola. XI.

AMbrosius Irenæo. Inter legendū cū paululū requieuissem aio: qa lucubra-tione destiterā: uersiculū illū mecū cœpi uoluere: quo uesperi in uigilijs usi fueramus. ῥώσιος καλλος παράτοῦ υἱοῦ τῶμ ἀνθρωπῶμ ὡς ὡράιοι κολλὲς εὐαγγελίζαμ τῶμ αὐτομ. Et uere nihil speciosius illo summo bono: cuius etiā prædicatio speciosa est nimis: & maxime pseuerantis sermonis ꝓcessus: & quæ-dam apostolicæ prædicationis uestigia. Sed illa qui possunt? Quib⁹ donauit de⁹: nō solum ut christū annunciarēt sed etiā ꝑ illo paterent. Nos quātū possumus in-tendamus illo animū: & in illo simus: illud animo teneam⁹ qđ est pulchr̄: decor̄: bo num: ut fiat illuminatione & fulgore eius speciosa aia nostra: & mēs dilucida. Nā si oculi nostri cū aliqua obducūtur caligine: pascunt agror̄ uiriditate & specie nemo-ris uel collis herbosi: omnē inæqualitatē ægrescētis obtut⁹ repellunt: & quadā salu-bri specie pupillæ ipsæ atq; orbes colorari uident: quātomagis hic mētis oculus: cū illud summū intuet bonum: & in eo uersat atq; eo pascitur: splēdescit atq; enitet: ut
Ps. 62. fiat illud qđ scriptū est: Tanq̄ adipe & pinguedine repleat aia mea. Deniq; qui scīē ter agnoscit aias gregis sui: curā adhibet herbis campestrib⁹: ut sint ei pascua pluri-ma. Herbis em̄ suauiorib⁹ & agni pinguiores fiunt: & succus lactis salubrior: quibus pascuis usi sunt diuites illi qui mādducauerunt & adorauerūt. Sunt em̄ bona fidei pa scua: in quib⁹ collocat sanctus dei. Est ergo & fœnū quo alunt greges ouium: qui emittunt uellera sapientiæ & dant amictum prudētiæ. Et fortasse hoc est fœnū mō-tanum in qđ uerba descēdunt ꝓphetæ sicut nix sup fœnū. Et qđ diligenter colligit sapiens: ut sint ei oues ad uestitū spiritualis utiq; uelaminis. Habet ergo cibū suum
2. Petri. 1. & amictum anima quæ illi summo bono adhæret: qđ est diuinū: qđ apostol⁹ Petrus suadet quærendū: ut ꝑ eius cognitionis acquisitionē diuinæ simus cōsortes naturæ.

Huius cognitionē aperit sanctis suis de⁹ bonus: & donat hoc de thesauro suo bo-
Deut. 28. no: sicut testificat lex sacra dicens: Quia iurauit dn̄s patribus tuis dare tibi & aperi-re thesaur̄ suū bonū: de quo thesauro cælesti dat pluuiā terræ suæ benedicere om-nia opera manuum tuar̄. Hæc est pluuia eloquiū legis qđ irrorat aiam illam fæcun-dam & fertilē bonor̄ operum: ut habeat humorē gratiæ. Huius boni cognitionē
Ps. 26. quærebat Dauid sicut ipse significat dicens: Vnam petij a domino: hanc requirā ut inhabitem in domo domini omnes dies uitæ meæ: & uideam delectationes domi-ni: & considerem templū eius. Denique hoc esse summū bonum: subtexuit statim
Ibidem. in eodem psalmo: Credo uidere bona domini in terra uiuētium. Hic em̄ quæritur: il lic facie ad faciem plene uidetur. Hoc bonū in domo dei est: in illo secreto eius ac
Ps. 64. recessu. Vnde iterū ait: Replebimur in bonis domus tuæ. Alibi quoq; hanc summā
Ps. 127. esse benedictionis expressit dicens: Benedicat te dn̄s ex syon: & uideas quæ bona sunt hierusalē. Ideo beatus qui illic habitat in ingressu fidei hospitioq; mētis: deuoti-onis habitaculo: cōuersatione uirtutis. In illo igit sim⁹: atq; in eo maneam⁹: de quo
Esa. 52. & Esaias dicit: Q̄ speciosi pedes euāgeliçantiū pacē: euāgeliçantium bona. Qui sunt qui euangeliçāt nisi Petrus: nisi Paulus: nisi oēs apostoli? Quid euāgeliçāt nobis nisi dn̄m Iesum? Hic ē pax nr̄a: hic est bonū illud sūmū: qa ipse bon⁹ ex bono. Ex arbore em̄ bona bon⁹ fruct⁹ legit. Deniq; & spūs ei⁹ bon⁹ q ex ipo accipit & deducit dei ser-
Matth. 20. uulos in uiā rectā. Quis aūt habes spm̄ dei i se: neget bonū: cū ipe dicat: An ocul⁹ tu⁹

nequã est qa ego bonꝰ sumꝫ Hoc bonũ ueniat in aiam nostrã: in nr̃æ mẽtis uiscera qđ ꝓpitius deus dat petẽtibus se. Hic est thesaurus noster: hic est uita nostra: hic est sapiẽtia nostra: iusticia nostra: pastor noster & pastor bonꝰ: hic est uia nostra. Vides quãta bona: in uno bono. Hæc bona nobis prædicãt euangelistæ. Hæc bona reqrẽs Dauid ait: Quis oñdit nobis bonaꝫ Et ostẽdit ipsũ esse bona: subiiciẽs: Signatũ est in nobis lumen uultus tui. Quis autẽ lumẽ uultus patris nisi splẽdor gloriæ & imago inuisibilis dei: in quo & uideꝫ & clarificaꝫ pater: sicut ipse clarificat filiũ suũꝫ Ps̃. 4.

Ipse est ergo dñs Iesus bonum summũ qđ nobis annũciatũ a ꝓphetis: prædicatũ ab angelis: ꝓmissum a patre: euãgeliçatum est ab aplis. Qui nobis tanq̃ maturitas aduenit: Nec solũ tãq̃ maturitas sed tãq̃ maturitas in mõtibus adest: ut nihil acerbũ: nihil imaturũ in nostris cõsilijs sit: nihil imite: nihil asperum in operibꝰ ac moribꝰ: qui primus euãgeliçãs bona affuit. Vnde ait ipse: Qui loquebar adsum: id est: q loquebar in ꝓphetis: adsum in corpore qđ suscepi ex uirgine: adsum interior imago dei: character substãtiæ. & adsum ut homo: sed qs cognoscit meꝫ Hominẽ em̃ uiderũt: sed operibꝰ supra hominẽ crediderũt. An nõ ut homo: cũ laçarum fleret: & rursus supra hominẽ cũ eum resuscitaretꝫ An nõ ut homo: cũ uapularet: rursus supra hominẽ: cũ totiꝰ mundi pctm̃ tolleretꝫ Ad illũ igitur ꝓperemus: in quo summũ est bonum: qm̃ ipse est bonitas: ipse patiẽtia israel: qui ad pœnitentiã te uocat: ne uenias in iudiciũ: sed accipias peccatoꝝ remissionẽ. Agite inquit pœnitẽtiã. Ipse est de quo clamat Amos ꝓpheta: Exquirite bonũ. Ipse est summũ bonũ: qui nullius indiget: & abundat oibus. Facile abundat: in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Facile abundat: de cuius plenitudine oẽs accepimus: & in illo repleti sumus: ut dicit euãgelista. Hoc igitur uerum & summũ bonũ si illo cõcupiscibili suo & delectabili anima gustauerit: & duabꝰ bis hauserit affectionibꝰ excludens dolorẽ & formidinẽ: incredibiliter exæstuat. Osculata em̃ uerbũ dei modũ nõ capit nec expleꝫ dicens: Suauis es dñe: & in iocũditate tua doce me iustificationes tuas. Osculata dei uerbum: cõcupiscit sup oẽm decorẽ: diligit sup oẽm læticiã: delectaꝫ sup omnia aromata: cupit frequẽter uidere: fæpe intẽdere: cupit attrahi: ut sequi possit. Vnguentũ inquit examinatũ est nomẽ tuũ: ꝓpterea te diligimꝰ adolescẽtulæ: ꝓpterea certamꝰ: sed cõprehendere te nõ possumus. Attrahe nos: ut possimus currere: ut unguẽtoꝝ tuoꝝ odore accipiamus uirtutẽ sequẽdi. Festinat etiã interna mysteria uidere: ipsam requiẽ uerbi: ipsam boni illiꝰ summi habitationẽ: & lucẽ eius & claritatẽ: In illo sinu ac recessu primo festinat audire sermones eius: & cũ audierit: sup omnẽ suauitatẽ accipit. Doceat te ꝓpheta qui gustauit & ait: Q̃ dulcia faucibus meis uerba tua: sup mel & fauũ ori meo. Quid em̃ aliud desideret anima quæ semel suauitatẽ uerbi gustauerit: quæ semel claritatẽ eius uiderit: Moyses in monte positus: quadraginta diebus legẽ accipiens: cibũ corporis nõ requirebat. Helias ad illã festinãs requiem rogabat ut acciperet a se anima sua. Petrus aspiciens & ipse in monte dominicæ resurrectionis gloriam: nolebat descendere dicẽs: Dñe bonũ est nos hic esse. Esa. 52. Exo. 34. 3. Reg̃. 19. Matth. 17.

Quãta igitur illa diuinæ substantiæ gloria: quãta uerbi bona: in quæ cõcupiscũt & angeli ꝓspicere: Aia igiẽ quæ illud uidet: corpus hoc nõ requirit: minimãq; sibi familiaritatẽ cũ eo debere esse intelligit: renũciat sæculo: abducit se a uinculis carnis: exuit oibus uoluptatũ istaꝝ nexibꝰ. Deniq; Stephanus Iesum uidebat: & lapidari nõ formidabat: imo cum lapidareꝫ: nõ ꝓ se sed ꝓ illis a quibus perimebaꝫ rogabat. Act̃. 7.

Paulus quoq; raptꝰ usq; ad tertiũ cœlũ: cũ corpore esset an sine corpore nesciebat. Raptus inq̃ in paradisum: usum ꝓprij iã non sentiebat corporis: & audiẽs uerba dei quomodo ad corporis infirmitates descẽderet erubescebat. Itaq; sciẽs quid uidisset in paradiso uel qd audisset clamabat dicẽs: Quid adhuc uelut uiuẽtes de hoc mũdo decernitis: Ne tetigeritis: ne attaminaueritis: ne gustaueritis quæ sũt oia ad corruptelã ipso usu. Volebat em̃ nos in figura esse isti mũdi nõ in possessiõe atq; usu: ut ita utamur hoc mundo tanq̃ non utamur: tanq̃ prætereuntes nõ tanq̃ residentes: ambulantes tanq̃ in imagine sæculi nõ in cupiditate: ut uelocissima disputatiõe ipsã 2. Cor̃. 12.

imaginẽ huius mundi transeamus. Denicꝙ ipse fide ambulãs nõ specie pegrinaba
tur a corpore aderat dño: & cũ esset in terris: nõ in terrenis sed in cælestibus cõuer
sabatur. Ergo anima nostra quæ deo uult appropinquare: eleuet se a corpore: sem
per illi summo adhæreat: illi bono qđ est diuinũ: qđ est semp: & qđ erat ab initio: &
Act. 17. qđ erat apud deũ: hoc est dei uerbum. Ipsum est illud diuinũ: in quo uiuimus & su-
mus & mouenmur: ipsum est qđ erat in principio: ipsum est qđ est. Dei em̃ filius
Iesus christus in nobis inquit est: in quo nõ fuit est & nõ: sed est in illo: fuit. Ipse dixit
Exo. 3. Moysi: ut diceret: Qui est misit me. Cũ hoc igit̃ anima nostra sit: & sit (si fieri põt)
Ps. 118. semp: ut & nostrũ possit qs dicere: Anima mea in manibus tuis semp. Erit aũt: si non
in carne sit sed in spiritu. Erit: si se terrenis nõ misceat. Cum em̃ ad carnalia reflectit̃:
tunc ei illecebra obrepit corporis: tunc ira & indignatione exæstuat: tunc mœsticia
afficitur: tunc supinatur p arrogantiã: tunc dolore affligit̃. Hæ sunt ægritudines
animæ graues: quibus plærũqꝫ ad mortẽ cogitur: dũ oculi eius cæcant̃: ut nõ uideãt
ueræ lumen gloriæ & diuitias æternæ hæreditatis. Q2 si eos ad deũ semp intẽdat:
accipiet a christo fulgorẽ sapientiæ: ut illuminatũ in agnitione dei habeat obtutum:
ut uideat illã spem nostræ uocationis: aspiciat illud qđ est bonũ & placitũ & pfectũ.
Qđ em̃ bonum cõplacitũ patri: qđ complacitũ: pfectum: sicut babes in euãgelio: ubi
Luc. 6. dicit dñs: Diligite inimicos uestros: ut imitemini patrem qui pluit sup iustos & iniu-
Ibidem. stos: qđ est utiqꝫ bonitatis. Et postea cõcludit dicens: Estote pfecti sicut pater uester
qui in cælis est: pfectus est. Caritas em̃ pfecta est: denicꝙ plenitudo legis est. Quid
autẽ tã bonũ q̃ caritas quæ malũ nõ cogitat? Et iõ terras fugito: in qbus inuidia est:
ubi ambitio: ubi cõtentio. Boni ergo illius capacẽ se anima tua præbeat: ut supra
nubes uolet: sicut aquila renouetur: sicut aquila pẽnas emittat: ut renouatis alarum
remigijs alta petere nõ reformidet: banc habitationẽ relinquat. Terrenũ em̃ habi-
taculum grauat animã: exuat uetera: abijciat erroris desideria: abluat oculos suos ut
uideat illũ fontem ueræ sapientiæ: illũ fontem uitæ æternæ: qui affluit atqꝫ exundat
Ro. 11. omnibus: nullius indigẽs. Quis em̃ dedit illi: cũ ex ipso & p ipsum & in ipso oia sint?
Vitæ igitur fons est summũ illud bonũ: & quo uiuẽdi substãtia ministrat̃ omnib9.
Ipsum aũt in se habet uitã manentẽ: a nullo quasi inops accipit. Largit̃ bona alijs: nõ
Ps. 15 aliunde assumit sibi. Neqꝫ em̃ nostri indiget. Vnde & ait ex pſona bois: Qm̃ bonoꝝ
meoꝝ nõ indiges. Quid ergo pulchrius q̃ ei approqinquare: ei adhærere? Quæ
maior uoluptas est: q̃ qꝫ is qui uiderit & de fõte aquæ uiuæ gratis gustauerit? Quid
põt aliud desiderare? quæ regna? quas potestates? quã pecuniã: cũ aduertat q̃ mise
ræ etiã hic regũ cõditiones sint: q̃ mutabiles imperij status: q̃ exigua uitæ huius spa-
cia: quãta in ipso imperio seruitia: cũ ad aliorum nõ ad suũ uiuant arbitriũ? Quis
autẽ peculiatus ad uitã æternã transit: nisi uirtutũ fultus pecũlio: qđ receptũ omni-
bus: solis diuitibus impossibile ꝓnunciat̃? Nõ ergo bis uti beatũ est: sed illud uide-
re quo ista despicias: & uana ueri refellas: atqꝫ inania & cassa iudices: illã nudæ ueri-
tatis pulchritudinẽ diligas: quæ bas sæculi fucocissimas uanitates redarguat. Eri-
Cant. 4. ge igitur oculos anima tuos: illos de quib9 tibi uerbum dei dicit: Corde nos cepisti
soror mea sponsa: corde nos cepisti uno ab oculis tuis. Ascende in palmã: uince sæ
culũ: ut teneas uerbi altitudinẽ. Imaginẽ istam mũdi foris relinque: foris maliciam:
introduc autẽ mentis bonitatẽ: quæ habet gratiã in ligno uitæ: si lauerit stolam suã:
& ingrediat̃ in ciuitatẽ: quæ uera ẽ patria sanctoꝝ: in qua est dei tabernaculũ: circa
qđ scribæ dñi prætẽdũt: ubi nõ dies aut sol aut luna lumẽ ministrant: sed ipse dñs lu
Joh. 8. men est totã illam ciuitatẽ illuminans. Est em̃ lux mundi. Nõ utiqꝫ lux uisibilis: sed
animarũ quæ in hoc mundo sunt: intelligibilis claritudo: quib9 se splendẽti lumine
rationabilis infundit prudentiæ: & ut prædicat̃ in euãgelio: incorporeæ uirtutis in-
flãmans uapore secreta mentiũ animorũqꝫ penetralia. Si quis igit̃ incola esse cœ-
perit illius ciuitatis supnæ: incola uidelicet cõuersatione ac moribus: nõ discedat ab
ea: nõ exeat: nõ reflectat uestigiũ: nõ corporis dico sed mentis uestigiũ. Nõ reuerta
tur retro. Retro luxuria: retro impuritas est. Denicꝙ ascendẽs ad mõtẽ Loth: retro

reliquit ſodomitana flagicia. Quæ aũt reſpexit retro: nõ potuit ad ſupiora euadere. Nõ ergo pedes tui retro ſed mores reuertant. Nõ fiant manꝰ tuæ remiſſæ: & deuotiõis tuæ ac fidei genua diſſoluta. Nõ fiat uolũtatis tuæ recidiua infirmitaſ: nõ ullus intercurſus criminũ. Si ingreſſus es: mane: pueniſti: cõſiſte: ſaluans ſalua animã tuam Aſcendẽs directũ attolle gradũ: nullus inde tuto redit. Hinc uia: inde ruina eſt. Hinc aſcenſus: inde præcipitiũ. Aſcendẽdi quidẽ labor: ſed deſcendẽdi periculũ.

Sed potẽs eſt dñs: qui te fundatũ illic cuſtodiat: ſeptũ ꝓphetícis muris & apoſtolicis turribꝰ. Ideo tibi dicit dñs: Intrate: calcate: qa aſſiſtit uindemia. Intꝰ nõ foris ſimꝰ. Et in euãgelio dei filius dicit: Qui eſt in tecto: nõ deſcẽdat uaſa ſua tollere. Nõ utiq; de hoc tecto dicit: ſed dicit de illo: Extẽdit cœlũ ſicut camerã. Intus ergo eſto intra hieruſalẽ: intra aiam tuã pacificam: mitẽ atq; tranquillã. Nõ exeaſ de ea: neq; deſcendas uas tuũ iſtud aut honoribꝰ aut diuitijs aut arrogantia attollere. Intus eſto: ut ꝑ te alienigenæ nõ trãſeãt. Peccata aiam tuã nõ trãſeãt: uanæ opationes & cogitationes inanes nõ trãſibunt: ſi ſuſcitaueris bellũ ꝓ deuotiõis & fidei cartamine: ꝓ ueritatis ſtudio aduerſus paſſionũ illecebras: & ſũpſeriſ arma dei aduerſum ſpũales nequicias & aſtutiã diaboli: qui ꝓtẽtat ſenſus noſtros fraude ac dolo: quẽ mãſuetus bellator facile ꝓterit: qui nõ ſerat iurgia: ſed ſicut decet ſeruũ dñi: cũ modeſtia fidem doceat: & eos qui aduerſant redarguat. De hoc dicit ſcriptura: Qui mãſuetus eſt: bellator exurgat: & infirmus dicat: Oia poſſum in eo qui me cõfortat. Hac fide fretus etiã qui infirmꝰ eſt prævalebit: & erit ſancta aia eius: & ſtillabũt ei montes ꝓphetici uel apoſtolici dulcedinẽ: & colles fluent lac: q̃ls ille collis qui lactis potũ Corinthijs dabat: & fluent ei aquæ de ſuis uaſis: & puteoꝝ ſuorũ fontibꝰ: uel de uẽtre eiꝰ aquæ uiuæ: ſpirituales uidelicet quas fidelibꝰ ſuis ſpũſanctus miniſtrat: qui etiã aiam tuam dignetur rigare: ut abundet in te fons aquæ ſalientis in uitam æternã. Vale & nos ut filius dilige: quia nos te ut parentes diligimus.

Philip. 4.

Sancti Ambroſij ad Irenæũ: ꝓſequẽtis illud uerbũ Aggei ꝓphetæ: Si tẽpus uobis eſt ut habitetis in domibꝰ cælatis? multo ex hoc nos ſermone cõmonẽtis: ut in ſuperioribus domibus & nõ in ualleſtribus & ſubterraneis habitemꝰ: taleſq; domos noſmetipſos domino ædificemus: Epiſtola. XII.

AMbroſius Irenæo. Vbi ſuperiorẽ abſolui epiſtolã: & ꝓferendã tibi tradidi: uenit in mentẽ illud qđ dñs in manu Aggei ꝓphetæ locutus eſt dicẽs: Si tps uobis eſt: ut habitetis in domibus cælatis? Quid ergo iſtud eſt: niſi in ſuperioribus habitandũ nõ in ualleſtribꝰ & ſubterraneis habitaculis? Qui em̃ infra terrã habitant: nõ poſſunt ædificare templũ dei & dicũt: Nõ uenit tẽpus ut ædificetur domus dñi: ſimul qa luxurioſoꝝ eſt hypogea quærere captantiũ frigus æſtiuũ: eo ꝙ reſoluti delicijs æſtus aliter ferre ac tolerare nequeãt. Et ideo requirãt umbroſa penetralia: uel ꝙ deſidioſi ignaua ſub terris agãt ocia: deinde ꝙ tenebroſa illos & opaca delectẽt magis: quibuſ operiri flagicia ſua credãt: ſm illud: Tenebræ circũdãt me & parietes: quẽ uereor? Sed fruſtra hoc ſperãt: cũ ꝓfunda abyſſi & abſcondita deꝰ cernat: & oia depꝫhendat anteq̃ fiant. At nõ Helias in hypogeis: nõ Heliſæus habitabant? Deniq; alter mortuũ uiduæ filiũ tulit ad ſupiora: in quibꝰ conſueuerat ſedere: & ibi eũ reſuſcitauit: Alteri quoq; ſunamitis illa magna mulier (ut ſcriptura teſtificatur) in ſupioribus hoſpitiũ parauit: & ibi cõcipiendæ ſobolis: qa nõ habebat: meruit prærogatiuã: eiuſdẽq; reſuſcitati pignoris uidit miracula. Quid de Petro dicã qui ad horã ſextã aſcendens in ſupiora baptiçãdarũ gentiũ cognouit myſteria? At uero paricida Abſalon in ualle ſibi regis titulũ ſtatuit: & in foſſam proiectus eſt: cũ eſſet pemptus. Ergo ſancti aſcendũt ad dñm: flagicioſi ad uitia deſcendũt: Sancti in mõtibus: criminoſi in uallibꝰ. Deus em̃ montiũ eſt: & nõ deus ualliũ. Qui ergo illic id eſt: in domibus habitabãt ualleſtribus: in quibꝰ nõ habitat deꝰ: domũ dei in ſe habere nõ poterant. Hãc em̃ dñs quærebat ab illis domum: ut ſemetipſos ædificarẽt: atq; intra ſe dei templũ uiuis fidei lapidibus attollerẽt. Neq; em̃ terrenoꝝ parietum cõſtructiones: & ſilueſtriũ ligna culminũ deſiderabat: quæ cũ fuiſſent: manus dirue-

Aggei. 1. Tranſlatio hieronymi habet Laqueatis

Eccl. 23.

3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Act. 10. 2. Reg. 18. 3. Reg. 20.

rat hostilis: sed illud templū quærebat qđ in hoim conderet mētibus: quib⁹ dicēdū
2. Cor. 6. foret: Vos estis templū dei: in quo habitaret dns Iesus: & unde ad redēptionē uniuersoꝝ ꝓcederet: ut in utero uirginis sacra reperiret aula: in qua rex habitaret cælestiū: & corpus humanū fieret dei templū: qđ etiā cū solutū esset: in triduo resuscitaret. Sed hanc domū luxuriosi nō ædificāt: qui cælatas inhabitāt domos: & cælato argēto delectant. Sordet em illis purū argentū: ita & istis sordet simplicis habitationis loc⁹. Sinautē spacia domoꝝ: & adiiciēdo adiiciunt: cōiungentes domū ad domū & uillā ad uillā: effodiunt terrā: ut elementū quoꝙ eoꝝ cedat habitaculis: & q̄si terræ filij intra eius recōdantur uterū: & abscondant aluo. Isti plane sunt de quib⁹
Hiere. 22. dicit Hieremias: Væ qui ædificāt domū suā nō cū iusticia. Qui em cū iusticia ædificat: nō in terrenis ædificat sed in cælestibus. Aedificasti inquit domū: metire superiora eius: ꝑflatilia distincta fenestris: & cōtignata cedro & illita minio. Metit autē superiora: qui cōtemplatus iudiciū dei: iudicat iudiciū hūilis & iudiciū pauperis. Qui autē in auariciā intendit & in sanguinē innocentis: ædificat supiora cum iudicio: nec mēsurā tenet: quia nō habet christū: nec aspirare sibi diuinæ flatus explorat gratiæ: nec pleni luminis splēdorē requirit: nec illita minio habet cœnacula: Cui nō pōt di-
Cant. 4. ci: Sicut resticula coccinea labia tua. Nō sepelies inquit hmōi. Qui em uiuum se sub terrā infodit: & tāq̄ in sepulchro sepeliuit: eripuit sibi mortuo requiē sepulturæ. Depositus itaq̄ in ualle corporaliū delectationū: nō inuenit sepulchrū de quo possit resurgere. Huiusmodi ergo uir nec templū deo ædificat: quia nō nouit tēpus correctionis suæ. Quō em possunt tales boies templū ædificare: qui quasi feræ ac bestiæ in spelæa ferarū & bestiarum latibula sese receptant: atq̄ in foueas se serpentiū more demergūt: & cōsuetudine fraudulentæ uulpis infodiūt? Sed nec sepulchrū sibi
2. Timoth. 5. condit qui ante tēpus morit. Viuens em mortuus est: nec audit uocē Aggæi: id est:
Ps. 41. epulātis: ut iuterptatio declarat. Qm nō ingreditur tabernaculū dei in uoce exultationis & cōfessionis sonus epulātis. Quō em uocē ei⁹ audit qui opera eius nō uidet? Nā si uideret audiret uerbū qđ in eius manu factū est: delectatus ei⁹ actibus quibus pulsauit & apertū est ei: & descendit in ei⁹ animā: ut epulet in eo sinceritatis & ueri
Aggei. I. tatis cibus. Ergo quia nō audiuit: fit iterū in manu Aggæi uerbū & dicit: Surgite de cælatis & depressis malicia domib⁹: & ascendite in montē scripturarū cælestium: & cædite lignū sapientiæ: lignū uitæ: lignū conditionis: & dirigite uias uestras: ordinate actus uestros ut habeant ordinē suū debitū: qui necessarius & utilis est ad ædificādam dni domū. Nam si nō feceritis: nec cælū dabit rorem suū: id est: sermo cælestis qui sicut ros descendit sup fœnū: nō tēperabit feruidos corporaliū motus passionum: nec ignita restinguet diuersarū spicula cupiditatū: nec terra eius: id est: aia fructus dabit: eo ꝙ arescat: nisi repleatur irriguo uerbi dei: & ꝑfundatur a rore cælesti spiritualis ubertate gratiæ. Et qa sciebat desides esse habitātes in hypogeis & uoluptatū gurgustijs: Excitabo inquit illis spiritū zorobabel de tribu iudæ & Iosedech
Ps. 126. sacerdotē magnum: ut incitētur ad ædificationē diuinæ domus: Nisi em dns ædificauerit sibi domū inuanū laborauerūt qui ædificant eā. Ipse ē Zorobabel iugis re
Ro. 11. dundātia: utpote fons uitæ & uerbū dei: ꝑ qđ omnia & ex quo omnia & oia in ipso.
Joh. 7. Hæc dicit redūdantia: Si quis sitit ueniat ad me & bibat. Hoc est ꝑfluuiū indeficientis meatus. Profluuiū quoꝙ nocturnū legimus qđ est zabulon: id est: ꝓphēticū: sed etiā & ipsum hui⁹ fluenti infusione resplēduit: ꝑ qđ euanuit illud ꝑfluuium uanita-
4. Reg. 9. tis in Iezabel: quæ inimica ueritati & aduersaria ꝓphetarum eloquijs: ita dilacerata est canū morsibus: ut nullū eius supesset uestigiū: sed toto corpore suo: cū oībus posteritatis suæ insignib⁹ extingueret. Ipse igitur Zorobabel ex tribu iudæ: ipse Iesus magnus sacerdos & tribu designatus & nomine: duo significari uidētur: & unus exprimitur. Quia idē quasi potens natus ex potente: quasi redēptor ortus ex uirgine: in utriusq̄ idem naturæ diuersitate diuiduæ: uni⁹ filij dei ueritatē gigas salutaris im-
Aggei. 2. pleuit. Excitaturus itaq̄ a mortuis Zorobabel sanctū ait: Adhuc ego semel moue
Exo. 14. bo cælū & terram. Et maria & desertū mouerat ante hæc: cum de ægypto liberaret

populũ ſuũ: qñ in cælo colũna erat ignis: terra inter fluctus: murꝰ in mari: uia in aqua: in deſerto meſſis quotidiana frugũ cæleſtiũ multiplicabatur: petra ſoluebat in fontes aquarũ. Sed mouit & poſtea in paſſione dñi ieſu: qñ cælũ tenebris obductum: ſol refugit. petræ ſciſſæ: tumuli aperti: mortui reſuſcitati: draco uictus in fluctibus ſuis uidit piſcatores hominũ: nõ ſolũ nauigantes in mari: ſed etiã ambulantes in periculo. Deſertũ quoq; motũ: qñ infructuoſus nationũ populus in meſſem cœpit deuotionis & fidei flaueſcere. & eouſq; deſerti & gentiũ cõmotio facta eſt: ut apoſtolorũ quos direxit ad gentes uocãdas: tanta eſſet & tã uehemẽs prædicatio: ut: In oẽm terrã exiret ſonus eoꝝ: & in fines orbis terræ uerba eoꝝ. Tanta inquã cõmotio deſerti: ut plures filij fierent deſertæ q̃ eius quæ habebat uirũ. Et floreret deſertũ ut lilium: introirent electa gentiũ ad reſiduos populi: quo reliquiæ ſaluæ fierẽt ꝓ electionem gratiæ. Et replebo inquit domũ banc argento meo & auro eloquijs cæleſtibꝰ quæ ſunt ſicut argentũ igne examinatũ: & ueri claritate luminis: ſicut auro ſpirituali in ſanctoꝝ occultis mentibꝰ refulgente. Has diuitias cõfert eccleſiæ ſuæ qbus intelligibiles theſauri replent. Et gloria auget domus ſup priorẽ gloriam: quã populꝰ habuit electus. Pax em̃ & tranquillitas animæ ſup omnẽ domus gloriã eſt: quia pax ſuperat omnẽ ſenſum. Hæc eſt pax ſup pacem: quæ dabit poſt tertiã cõmotionẽ cæli: maris: terræ: deſerti: qñ deſtruet oẽs poteſtates & principatus. Cælũ em̃ & terra tranſibũt & oĩs iſtius mũdi figura: & unuſquiſq; in romphæa inſurget ad fratrẽ ſuum: id eſt: uerbo penetrãte medullas animæ: ut deſtruat quicqd eſt contrariũ: currus ex ephren & equus ex bieruſalẽ: ut zacharias dixit. Et ſic erit pax ꝓ oia: ut nullis obſiſtẽtibus corporis paſſionibꝰ aut incredulæ mẽtis impedimentis: fiat iu oĩbus chriſtus: ſubdita patri exhibens corda uniuerſoꝝ. Vñ & ad ipſum ſolũ myſtice dicitur: Sumã te Zorobabel: & ponã te ſicut ſignaculũ qa te elegi. Etem̃ cũ fuerit anima noſtra pacifica: ut dicat ei: Cõuertere cõuertere ſunamitiſ: qd pacifica ſignificat: & ut tuo nomine utar: Irenicen: tũc accipiet in ſe ſicut ſignaculũ chriſtũ: id eſt: imaginẽ dei: ut ſit ad imaginẽ. Qm̃ qualis cæleſtis: tales & cæleſtes. Et oportet nos portare imaginẽ cæleſtis: id eſt: pacẽ. Atq; ut ſciamus uerũ eſſe: habes in Cãticis: in ultimo: iã ꝓfectæ animæ dici: qd & tibi dicat dñs ieſus: Pone me ut ſignaculũ in brachium tuũ: ut luceat pax in corde tuo: & in operibus tuis chriſtꝰ: & formet in te ſapientia & iuſticia & redemptio. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Ibidẽ. 16 & 17
Matth. 27.
Pſ. 18.
Eſa. 54.
Aggei. 2.
Philip. 4.
Matth. 24.
Zacharie. 9.
Aggei. 2.
Cant. 6.
1. Cor. 15.
Cant. 8.

Liber Quartus.

Sancti Ambroſij ad Irenæũ: banc quæſtionẽ Vtrũ ſit aliqua apud deũ differentia caritatis eorũ qui a pueritia: & eorum qui iuuẽtutis aut poſterioris ætatis ꝓceſſu crediderint: diſſoluentis: Epiſtola. XIII.

AMbroſius Irenæo. Differentia caritatis utrũ ſit aliqua apud deũ: eorũ qui a pueritia crediderint: & eorum qui iuuẽtutis aut poſterioriſ ætatis ꝓceſſu: prudẽter requirendũ putaſti. Nã hoc quoq; ſcriptura diuina nõ prætermiſit: neq; intactũ reliquit. Siquidẽ dñs deꝰ noſter ad Iobel ꝓphetã nõ ocioſe ait: Lamẽtare ad me ſup ſponſam præcinctã ſaccũ in uirum eius uirginalẽ: dolens ſynagogã quæ antea uirginitate ſua deſponſata dei uerbo foret: uel animã certe quæ de bonis meritis decidiſſet: ita offendiculũ incidiſſe peccatoꝝ flagicijs: ut odia contraberet: & inquinamẽto impietatis ac ꝓfidiæ obſoleta ſordibus miſerabili eſſet deſpectui: longe mutata ab illius ſponſæ gratia: quæ ante meruerat audire: Sponſabo te mihi in fide & iuſticia & miſericordia. Nec imerito lamẽtabilis ꝓnunciatur: quæ tantorũ munerũ amiſerat preciũ: & uirtutũ dotalium tã graue ſubierat diſpendiũ: ut ei uirginalis ſponſus eriperet. Noſtris em̃ meritis uerbũ dei nobis aut uiuit aut moritur. Nã ſi bona ſtudia atq; opera noſtra ſint: uiuit atq; operat in nobis dei uerbũ: ſi tenebroſæ cogitationes operatiõeſq; noſtræ ſint: occidit nobis ſol iuſticiæ. Et ideo lamentãdum præcipit ꝓ ea animæ. Nã ſicut illis gratulandũ & epulandũ eſt: cũ quibus ſponſus eſt: ita illi animæ lugendũ cui ſpõſus

Iobel. 1.
Oſee. 2.

Matth.9 fuerit ereptus: Sicut de aplis scriptū est in euāgelio: Qm̄ cū auferet ab eis sponsus: tūc ieiunabūt in illis dieb⁹. Ergo & hæc aia habebat añ læticiā & exultationē: cum haberet παρθέμίχομ λογομ. Et iō nō ieiunabat: qa dies erāt epulaꝝ & refectiōis: cū adesset sponsus inuebēs: qbus aderat: ubertatis affluentiā: cælestis alimēti copia uini rigat⁹: quo corda hoim lætificabant: sed posteaq̄ sponsū factis amisit suis: iubet in cilicio agere pœnitētiā pc̄ōꝝ suoꝝ: & deflere semetipsā: qa mortu⁹ est ei crucifixus p ea christ⁹: qui est πάρθεμίχος λογος. Si a prima ætate cōuenit: nec alteri⁹ aia hæc uidet expta copulā: sed a principio uirginalē fidei suæ florē christo dicauit: atq; ipsi primis fœderata pietatis mysteriis sacros iuuencula cultus recepit: Ipsa est israelitica aia ueteris ꝑsapiæ ex genere patriarchaꝝ: quæ si inoffensū fidei seruasset curriculū: magni meriti foret spōsa uerbi uirginalis: tanq̄ illa quæ apprehēdit iusticiā & obuiauit illi q̄si mater & q̄si mulier a uirginitate: suscipiet illā. Altera quoq; ē acq̄sita ex gētibus: & utraq; spōsa uni⁹ uerbi: qd est magnū mysterium. Idq; tibi demon-

1.Reg.25. strat i libro regnoꝝ. Siqdē Dauid duas uxores habuit: Achinaam ieẓraelitē & abigeā acquisitā sibi postea. Illā rigidiorē: istā misericordiæ plenā & gr̄æ: hospitalē ac liberalē aiam: quæ reuelata facie patrē uidit speculata ei⁹ gloriā: quæ suscepit diuinū illū rorē paternæ gr̄æ: ut habet nois iert̄patio. Quid aūt ros p̄is: nisi dei uerbū qd humore fidei atq; iusticiæ infudit corda uniuersoꝝ? Pulchre igit huic aiæ uer⁹ dicit

Ibidem. Dauid: qd illi abigeæ dictū est: Bn̄dictus dn̄s de⁹ israel: q misit te hodie huc obuiā mihi: & bn̄dicti mores tui. Et iteꝝ dicit ei: Ascēde in pace domū tuā: uide audiui uocē tuā: & reueritus sū faciē tuā. Deniq; etiā in Cāticis hæc uerba sūt sponsi ad sponsā:

Cant.2. Ostēde mihi faciē tuā: & isinua mihi uocē tuā. Et tunc qdē dimissa est: qm̄ alteꝝ habebat uirū q dicebat hebraice Nabal: latine īsipiētia: dur⁹: inhospitalis: inhūanus: ingratus: q officia nesciret referre: sed posteaq̄ defunct⁹ est uir eius: solutā a lege uiri accepit eā sibi in uxorē ꝑpheta Dauid. Per cui⁹ copulā eccl'iæ crediturꝝ ex gētibus significāt mysteria: quæ amisso uiro cui añ iūcta fuerat: transiuit ad christū: cēlu pio diues hūilitatis & fidei: misericordiæ quoq; dotata p̄imonio. Sed hoc loco nō ista deplorat: sed illa Achinaam quæ fuit maleformis in fratrē. Et ideo ille frater fact⁹ est

Ps.43. in cōmotionē. Vn̄ ex ꝑsona eoꝝ dictū est: Posuisti nos in parabolā in gētibus: cōmotionē capitis ppl'is. Quā nutantē inueniēs diabolus: sicut leo diruit: & iocūditatem ei⁹ abstulit. Vineā eius & ficū euertit: sub quib⁹ solebat añ requiescere: & arescere fecit fructus ei⁹. Quos aridos miserat⁹ atq; albētes siccitate nimia dicit ad ꝑphetā de-

Joel.1. us: Lamētare ad me sup̄ spōsam præcinctā cilicio & sup̄ uirū eius uirginalē: id est: sup̄ aiæ hmōi: uel synagogæ uirum mortuū. Cui loco alio expostulans dicit: Eo ꝙ oblita præpositi sui: oblita caritatis: imemor gratiæ: de uia disciplinæ: superiorē uxoris affectū amiserit. Meritoq; suis eā sermonib⁹ redarguit: memorās & retexēs eiusdē blandicias & pietatis uocabula. Nō sicut domesticū me uocabas: & patrē & initiatorem uirginitatis tuæ. Ergo huic aiæ cui p̄ intēperantiā ei⁹ mortuū dei uerbū est: & ille πάρθεμίχος λογος occidit: luctū idicit: intercessorē adhibet: ut uocet ad pœnitētiā: quo possit mereri misericordiā. Illa aūt (quæ bona ītellectu & decora in aspectu ualde) sicut abigea acquisita sibi erat in prælio: deuictis aduersarijs & mortuo uiro q uallatus neqcijs spūalibus repugnabat ac resistebat: ne sibi speciosa uxor adimeret: q̄si uictor & diligēs spōsus iocunditatē cōfert & gratiā: emūdans eā ab oīb⁹ pulchritudinis eius ipedimētis: & exuens uestimētis captiuitatis: ut depositis oībus capitis sui capillis: id est: pc̄ōꝝ criniculis: qui q̄si sup̄flui nr̄o in corpe uident: qm̄ si uir comā nutriat: ignominia est illi: in unitate fidei: in uiꝝ pfectū: in mēsurā ætatis plenitudinis christi studeat occurrere: ut oēm deponat animi p̄turbationē: & caritate fūdata au-

Deut.21. geat in dn̄o Iesu: & uniuersa acqrat incremēta corpori. Hæc est aia illa quā lex demōstrat tibi in specie mulieris bonæ: quā uideris in prædā & cōcupieris accipere in uxorē tibi: induces inqt eā in domū tuā: ut tota ei cōmittas interiora dom⁹ tuæ: oīm tuoꝝ uiscerꝝ possessionē: auferas ei⁹ sup̄flua: tōdeas lapsus & nouacula nō satis acuta: ne faciat dolū tuarū exuuias passionū: atq; inanes sensus recidas. Ideo ait: Rades

eius caput: quo nulla obstacula patiant oculi sapientis q sunt in capite ei⁹. Et sedebit inquit triginta dieb⁹ in domo tua: pctā ppriæ deplorans natiuitatis: & cōmēta neqssimi patris diaboli: qui uult cōgregare quæ nō generauit: ut hui⁹ mystici numeri purificatione mūdata: cōiugij claues adipiscat. Et pulchre ait: Postea intrabis ad eā: ut totus ingrediaris in aiam tuā: atq; intra ipsam te colligas: & in ea habites: apud eam cōmorare: in ipsa tibi sit ois cōuersatio ut sis nō in carne sed in spū: & pponas adiungere eā tibi ad cōsortiū uitæ: sciens qm̄ cōmunicabit tecū de bonis: & pfunctus eius gratia dicas: Puer aūt erā ingeniosus: & sortitus sū aiam bonā. Et illa tibi respōdeat: Sap. 8. Assumā te & inducā te in domū matris meæ: & in secretū eius quæ cōcepit me. Bona mater aiaꝝ hierusalē illa quæ in cælo est. Cant. 8. Erit ergo uxor tua: & inueniēs te oscula-bit te. Et si postea displicuerit tibi q castiget corp⁹ suū & seruituti redigat: nō patieris eā seruire: id est: uoluptib⁹ corpis: nec subijcies eā carni: sed liberā pmanere patieris: nec alienabis eā: hoc ē. n. uēdere: nec cōtēnes eā: sed pmittes seruire eā deo suo in castitate fidei & bonoꝝ operꝝ sobrietate. Vale & nos dilige: qa nos te diligim⁹.

Sancti Ambrosij ad Irenæū: errorē remouētis: ne qs eū de quo in supiori epistola dictū est q duas habebat uxores: duas asciuisse sibi aias intelligat: Epla. XIIII.

AMbrosius Irenæo. Superiore epla scripsimus liberādā ab aduersarijs aiam nostrā: & cū ea idissociabilis uitæ subeundū cōsortiū. Et qa sermo iste nobis de Deuteronomio exemplū assūpsit assertionis suæ: quo loci subiectū est de Deut. 21. uiro qui duas uxores habebat: unā odibilē alterā amabilē: nō pfunctorie mot⁹ uideris: ne forte duas aias istū sibi asciuisse aliquis intelligat: qd fieri nequaquā pōt. Verū ipse nō ignoras q interdum scriptura cū allegoriā dicit: alia ad speciē synagogæ: alia ad ecclesiā refert: alia ad aiam: alia ad uerbi mysteriū: alia ad diuersas species & qualitates aiaꝝ: quæ discernit qui dijudicat spū. Vñ sequēti capło legis nō duas aias sed diuersas qualitates unius aiæ cōprehēsas arbitror. Est em̄ amabilis aiæ species: quæ cōcupiscit uoluptaria: quæ laborē fugit: cōpunctiones declinat: iudiciū dei negligit. Ideo amabilis qa dulcis & suauis ad tēpus uidet quæ mentē nō afficiat sed obtectet. At illa altera tristior quæ çelo dei conficiat: sicut uxor seuera scortari cōparē suū nolit: nō patiatur: nō sinat: nihil idulgeat corpori: nihil uoluptati & delectationi relaxet: abdicet occulta dedecoris: dura laboꝝ sequat: grauia periculoꝝ. Si igit Ibidem. peperint ei ambæ: nō poterit inquit primitiuū filiū amabilis in hæreditatis institutione præponere primitiuo filio odibilis: cū sciat odibilis filiū primitiuū esse: i quo nō tam prælationē simpliciter significari puto quasi inter primitiuos duos: q̄ expressionem solū odibilis filiū primitiui habere prærogatiuā. Primitiuus em̄ primogenit⁹ est: sancti aūt primogeniti sunt: qa ois masculus adaperiēs uuluā sanctus dño uocabit. Exo. 13. et 34. Luc. 2. Nō tn̄ ois primogenit⁹ sanctus. Nō em̄ sctūs Esau: qui utiq; primogenitus: sancti aūt primogeniti sunt. Deniq; habes in numeris: Ecce tuli leuitas de medio filioꝝ israel p oi primogenito q aperit uuluā: a filijs israel. Mihi em̄ in quo die pcussi oē primitiuū ægypti: sanctificaui oē primogenitū israel. Ergo leuitas p primogenitis accepit q̄si sanctos. Sanctos em̄ primogenitos esse cognoscim⁹ ex epla ad Hebræos scripta: in qua habemus: Sed appropinquastis syon mōti & ciuitati hierusalē: & decem Heb. 12. milibus angeloꝝ & ecclesiæ primitiuoꝝ. Ergo sicut primogeniti ecclesiæ sc̄ti: sic & leuitæ: qm̄ ipsi quoq; primogeniti. Nō em̄ nascēdi ordine sancti sed sctificationis munere. Leui em̄ terti⁹ filius fuit Liæ: nō primus utiq;. Qui aūt sctificat⁹: ipse aperit uuluam. Quā uuluā? Audi dicentē: Errauerunt pctōres ab utero. Quia intellexisti pri- Ps. 57. mogenitū qui aperit uuluā: intellige uteꝝ bonæ matris a quo nō errāt sancti sed peccatores. Leuitæ aūt auferunt de medio israel: quia nihil habēt cōe cū populo: cuius primogenita sæcularia destruūt. Primogenita em̄ sæculi alteri⁹ matris sunt: a cui⁹ utero segregatus Paulus est: cū ad gratiā uocaret dei. Et ideo de medio populi se- Gal. 1. gregat⁹: uerbū recepit qd est mediū in corde nostro. Vñ & illud dictū est: Medi⁹ au- Joh. 1. tē uestrū stat quē uos nō uidetis. Nō ociosus itaq; nobis a lege in legē excursus fuit: ut primogenitū non esse amabilis illius: id est: remissioris & uoluptariæ filiū dice-

Deut. 21. remus: q̃uis præpoſiti capituli uerba hoc exprimãt dicẽte ſcriptura: Nõ poterit filiũ amabilis primitiuũ præponere: cũ ſciat filiũ odibilis primitiuũ eſſe. Ille eſt uere primitiuus q̃ ſanctæ matris ſ̃ctũs eſt partus: ſicut illa uera mater: a cui⁹ utero nõ errãt ueri filij ſed p̃ctõres. Ergo ille nõ uere matris fili⁹: nõ primitiuus uer⁹: ſed quaſi primitiu⁹ iuuat̃ ſũptu ne egeat: nõ ut diues ſit honorat̃. Hic aũt dupla ex oĩbus accipit

Geñ. 45. ut abũdet. Sicut etiã in Geneſi habes patriarchas a fratre ſuo Ioſeph geminæ ſingulos ſtolæ donatos munere: cũ remitterent̃ ad p̃em: ut ſignificaret̃ fratrẽ repertũ Ioſeph quẽ defũctũ eſſe crediderat pater. Primogenit⁹ itaq̃ hæreditatis accepit præ-

Deut. 21. rogatiuã dicente ſcriptura: Hic eſt initiũ filioꝝ eius: & huic debent̃ primogenitalia.

Apoc. 1. A primogenito igit̃ dei filio primogeniti ſancti: & ab illo initio (qa ipſe eſt initiũ & finis) initiũ ſanct⁹ nũcupat̃: initiũ fili⁹ cui debet̃ primitiaꝝ prærogatiua: ſm illud ad

Geñ. 21. Abraam dictũ: Eĳce ancillã & filiũ eius: Nõ em̃ hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Iſaac. Qd̃ magis ad hæreditatẽ uirtutũ q̃ pecuniæ ſpectare diuino oraculo docet̃: di-

Ibidem. cente deo: Oĩa quæcũq̃ dixit tibi Sara: audi uocẽ eiuſ: qm̃ in Iſaac uocabit̃ tibi ſemẽ. Quæ erat alia i Iſaac: niſi ſ̃ctitatis hæreditas quæ nobilitaret p̃em? Et filiũ qdẽ ãcillæ ſup̃ natiões præfecit q̃ſi ſimpla cõferẽs p̃imonĳ: filio aũt Saræ duplã dedit: cui ñ ſolũ tp̃alia ſed etiã ſup̃na & p̃petua collata ſũt. Vale & nos dilige: qa nos te diligim⁹.

Sancti Ambroſĳ ad Irenæũ: cauſam reddẽtis: Cur lex p̃hibuerit mulieres uti ueſte uirili: atq̃ uiros indui ſtola muliebri: Ep̃la. XV.

Ambroſi⁹ Irenæo. Pertuliſti ad me q̃ſi fili⁹ quæſiuiſſe aliquos de te: qd ſibi uelit q̃ tã ſeuere lex imundos eos dixerit q̃ alieni ſex⁹ uterent̃ ueſtib⁹ uel uiros

Deut. 22. ſcilicet uel mulieres. Sic em̃ ſcriptũ eſt: Nõ erit res uiri ſup̃ mulierẽ: neq̃ induet̃ uir ſtolã muliebrẽ: quia imundus ẽ dño oĩs q̃ fecerit hoc. Et ſi uere diſcutias: incõgruũ eſt qd̃ ipa abhorret natura. Cur em̃ bõ nõ uis uideri eſſe qd̃ natus es? Cur alienã tibi aſſumis ſpem? Cur mẽtiris fœminã: uel tu fœmina uiꝝ? Suis unũquẽq̃ ſexũ induit natura idumẽtis Deniq̃ diuerſus uſus: diuerſus color: mot⁹: iceſſus: diuer-

1. Timoth. 2. ſæ uires. Apl̃s inq̃t: Mulier in ſilẽtio diſcat cũ oi ſubiectiõe. Docere aũt mulieri nõ p̃mitto: neq̃ dñari in uirũ. Q̃ deforme aũt uirũ facere opa muliebria. Ergo & pariant: ergo parturiant qui criſpant comã ſicut fœminæ. Et tñ illæ uelant̃: iſti belligerãtur. Verũ habeãt excuſationẽ qui patrios uſus ſequunt̃ ſed tñ barbaros: ut perſæ: ut gotthi: ut armenĳ. Maior quidẽ eſt natura q̃ patria. Quid de alĳs dicimus: q̃ hoc ad luxuriã deriuãdũ putãt: ut calamiſtratos & torquatos habeãt in miniſterio: ipi p̃ miſſa barba: illos remiſſa coma? Merito illic nõ ſeruat̃ caſtimonia: ubi nõ tenet̃ ſex⁹

1. Cor. 11. diſtinctio. In quo euidẽtia naturæ magiſteria ſũt dicẽte Apl̃o: Decet mulierẽ nõ uelatã orare deũ? Nec ipa natura docet uos. Q̃ uir qdẽ ſi comã habeat: ignominia ẽ illi: mulier uero ſi capillos habeat gl̃ia eſt illi: qm̃qdẽ capilli p̃ uelamine ei ſũt. Hæc ſunt quæ referas req̃rẽtib⁹. Vale & nos ut fili⁹ dilige: q̃a nos te ut parẽtes diligimus.

Sancti Ambroſĳ ad Irenæum: epiſtolã ad Epheſios ſũmaria ac breui explanatione p̃ſtringentis: Ep̃la. XVI.

Ambroſius Irenæo. Poposciſti ut ſũmã ep̃læ quæ ad Epheſios ſcripta ẽ: iucundarem⁹ tibi: quæ obſcurior uideret̃: niſi ei⁹ diſtinctiões colligas: qbus p̃ſuadẽdũ putauit apl̃s de dei regno nobis nõ deſperãdũ. Propoſuit itaq̃ primũ q̃ bonis maximũ ſolet eſſe ad ſtudia uirtutis incitamẽtũ: præmiorũ ſpem: & p̃miſſoꝝ cæleſtiũ hæreditatẽ: quæ i poſſeſſiõe xp̃i & reſurrectõe appropinq̃uerint. Deinde ſubiecit nõ ſolũ in paradiſũ reditũ nobis reformatũ eſſe p̃ chriſtũ: ſed etiã cæleſtis ſolĳ honorẽ p̃ cõſortiũ chriſti corpis carni huic eſſe ip̃artitũ: ut de aſcẽdẽdi poſſibilitate iã nõ dubites: q̃ cõſortia tua in carne chriſti regno cæleſti adhærere recognoſcas: p̃ ſanguinẽ eius recõciliationẽ factã oim quæ uel in terra uel i cælo ſũt. Qui iõ deſcẽdit ut ip̃leret oĩa p̃ apl̃os: pp̃has: ſacerdotes cõfirmationẽ uniuerſoꝝ: & cõgregationẽ gentiũ. Finẽ aũt eſſe ſpei nr̃æ caritatẽ ipſi⁹: ut augeamur in ipſo p̃ oĩa: qa ipſe eſt caput uniuerſoꝝ: ad quẽ oẽs ſm mẽſurã opationis in unũ corp⁹ ædificatione caritatis aſſurgimus. Nõ ergo deſperãdũ q̃ capiti ſuo mẽbra adhæreãt: præſertim cũ in

adoptionē filioꝝ dei ab initio sim⁹ prædestinati p Iesū xp̄m i ipso: quā prædestinatio
nē ꝓbauit asserēs illud qđ ab initio prænūciatū est: Quia reliq̄t hō patrē & matrē: & Gen.2.
adhærebit uxori suæ: Et erūt ambo in carne una: sacramētū christi & eccl'iæ. Si ergo Eph.5.
Adæ & Euæ copula sacramētū magnū ē in christo & in eccl'ia: certū est ꝙ sicut Eua
os de ossib⁹ uiri fuit & caro de carne ei⁹: & nos mēbra simus corpis christi: os de ossi-
bus christi & caro de carne ei⁹. Nulla aūt epl'a tm̄ bn̄dictiōis increpuit in plebē dei
quātū ista: in qua nō solū bn̄dictos nos a deo: sed in oi bn̄dictione bn̄dictos & spūali
& in cælestib⁹ significauit diuinæ locuples grātæ testis: & prædestinatos nos in adop-
tionē filioꝝ: In filio quoq; dei nos cumulatos gratia: abūdasse ea ad cognoscēdū my
steriū æternæ uolūtatis. Tū præterea in plenitudine tēporū: cū pacificarent oia in
christo: & quæ in terra sūt & quæ i cælo: forte nos in ipso cōstitutos: ut quæ legis sūt
iplerent in nobis: & quæ grātæ. Cū etiā ſm legē electi uideremur in iuuētutis ætate:
quæ est uita imaculata: nihil habentes lasciuiæ puerilis & senilis infirmitatis. Docti
quoq; prœlium nō solū aduersus carnē & sanguinē: sed etiam aduersus oēm militiā Eph.6.
spūalis neq; cie: quæ ē in cælestib⁹: uiuidis gerere uirtutib⁹. Itaq; sicut illis sortito obti-
git capta ex hoste terraꝝ possessio: ita nobis cecidit sors grātæ: ut simus possessio dei
qui renes possidet nr̄os: id est: seminariū castitatis & tēperātiæ. Quæris hanc sortē
agnoscere: recordare illā quæ cecidit sup̄ Matthiā: ut in duodecimū apl'oꝝ numerū Act.1.
subrogaret. Sed etiā ꝓphęta Dauid ait: Si dormiatis iter medias sortes: Eo ꝙ is qui Ps.67.
medi⁹ inter ueteris sortē & noui testamēti est recūbēs i utroq; ad regni cælestis trā-
quillitatē asciscit. Hāc sortē filiæ Salphe petebant hæreditatis paternæ: & eaꝝ pe- Numeri.27.
titio diuino iudicio ꝓbata ē. Sed illæ petebāt i umbra. Salphe em̄ umbra oris signifi
cat. In umbra ergo sermonis petebāt: loq̄bant qđ nō reuelabat. Paternæ itaq; hære
ditatis petitio Salphe filiab⁹ in umbra sermonis erat: nobis aūt ē in euāgelij splēdo-
re & reuelatione grātæ. Sim⁹ itaq; nos possessio dei & ille nobis portio: in quo sūt di
uitiæ gloriæ & hæreditatis ei⁹. Quis em̄ diues nisi sol⁹ deus q oia creauit? Sed mul
tomagis diues misericordia q oēs redemit. Et nos ſm carnis naturā iræ filios & com Eph.2.
motiōi obnoxios mutauit q̄si auctor naturæ: ut sim⁹ filij pacis & caritatis. Quis em̄
mutare naturā pōt nisi q creauit naturā? Itaq; suscitauit mortuos: & uiuificatos i chri
sto sedere fecit in cælestib⁹ in ipso dño Iesu: Nō quo qsq̄ hoim prærogatiuā sedendi
meruerit in illa sede dei: de q̄ pater soli filio dixit: Sede a dextris meis: sed qa in illa Ps.109.
carne christi p cōsortiū eiusdē naturæ caro ois hūani generis honorata ē. Nā sicut
ille in nr̄a carne subdit⁹ legit p unitatē carnis & obedientiā corpis: in quo fuit obedi
ens usq; ad mortē: sic & nos in illi⁹ carne cōsidemus in cælestib⁹. Nō ergo sedemus
sed i christo sedem⁹: Qui solus sedet ad dexterā dei fili⁹ hois: sicut ipe dixit: Amodo Matth.26.
uidebitis filiū hois sedentē ad dexterā dei. In eo em̄ abūdauit grā ei⁹ & bonitas sup
nos in xp̄o Iesu: ut opib⁹ mortuos: p fidē redēptos: saluatos grā tantæ donaret libe-
ralitatis munere: ī quo uelut resuscitata etiā ipsa natura nouæ sensit creaturæ grām:
ut in bonis opib⁹ ambulem⁹ creati in xp̄o: q an̄ obnoxiæ hæreditatis uitio degenera
uim⁹. Etem̄ sublatis inimicitijs quæ erāt an̄ in carne: pax facta uniuersitatis ē in cæ-
lo: ut eēnt hoies sicut angeli in terra: ut essent gētes unū atq; israelitæ: ut in hoie uno
& nou⁹ hō & uetus sublato pariete maceriæ: q utrūq; dissidioso obice diuidebat: in-
ter se cōuenirēt. Nā cū hui⁹ natura carnis ira & discordias ac dissensiōes excitauis-
set: lex nos dānatoꝝ nexuisset uiculis: xp̄s Iesus insolētiā atq; itēperantiā carnis mor
tificatione cōpressit: legē mādatoꝝ i decretis euacuauit: in qb⁹ oñdit nō ſm lrām in-
terp̄tāda legis spūalis dogmata: cū & sabbati ignaua ocia & corpalis sup̄flua destrue
ret circūcisiōis: atq; oibus accessū ad patrē in uno reseraret spū. Quō em̄ pōt discor-
dia esse: ubi una uocatio: unū corpus & un⁹ spūs est? Quid em̄ aliud descēdēs opa-
t⁹ ē dn̄s Iesus: nisi ut de captiuitate nos i libertatē uēdicaret: & illā captiuitatē uinctā
p fidiæ uiculis sibi captiuā faceret alligatā sapiæ cōpedib⁹: mittēte unoquoq; prudē-
te pedes suos i cōpedes ei⁹: sicut scriptū ē: Et cū descēdisset: ascēderet ut ipleret oia: Eph.4.
& nos oēs de plenitudine ei⁹ acciperem⁹? lōq; primū repletos spū suo posuit in ec-
clesia apl'os: ꝓphas alios: alios euāgelistas: alios aūt pastores & doctores: ut eoꝝ ad-

hortationib⁹ cõsũmaret ꝑfect⁹ credẽtiũ: & miníſterij fidelis op⁹ creſceret: Aedifica tus unuſq; ſq; ædificatiõe uirtutũ i mẽſurã ætatis interioris: quæ mẽſura ꝑfectior uitæ imaculatæ: id eſt: ꝑfecti uiri: accipiẽs de plenitudine chriſti recipit gr̃æ plenitudinẽ.

Quis aũt uir ꝑfect⁹ ẽ niſi ille q abſolut⁹ ĩfantia puerilis ĩgenij atq; adoleſcẽtiæ icerto ac lubrico & imoderato iuuẽtutis calore: in uiri ꝑfecti firmitatẽ ſucceſſerit: atq; ad illã moꝝ maturitatẽ adoleuerit: ut nõ facile deuij diſputatoris alloqo flectat & q̃ſi q̃dã doctrinæ irrõnabilis turbidiore in ſcopulos iactet ꝑcella: ad erroriſ remedia ſe cõferẽs: Et q ueritatẽ nõ ſolũ i ſermone ſed etiã in op̃ib⁹ ſequat ſuis: & ædificationẽ caritatis in ſe ſuſcipiat ut in unitate fidei & agnitiõis occurrat: Et q̃ſi mẽbrũ nõ deſit capiti ſuo: id ẽ: chriſto q ẽ caput oĩm: ex quo totũ corp⁹ fideliũ & ſapiẽtiũ ꝑ harmoniã rõnabilẽ uerbi: hoc eſt em̃: συμαρμο λογοὺ μέμῳ ἁρμομιά τοὺ λογοὺ ΔΕΔέμέμομ: id eſt: harmonia uerbi cõpaginatũ & cõpactũ atq; cõnexũ ꝑ oẽm iũcturã miniſtratiõis: in mẽſurã uniuſcuiuſq; partis augmẽtũ corpis facit: i ædificationẽ ſui i caritate: ut aſſurgat unũ tẽplũ dei in oĩbus: & unũ domicilij cæleſtis habitaculũ i ſpũ uniuerſoꝝ: In quo nõ ſolũ ſc̃toꝝ hoĩm: ſed oĩm credentiũ: oĩm etiã ſuperioꝝ rõnabiliũ uirtutũ ac ꝑtãtũ: cõnexionẽ fidei ſpũſq; accipiẽdã arbitror: ut ꝑ harmoniã quãdã uirtutũ ac miniſteriorũ corpus unũ & oĩbus rõnabilis naturæ ſpũalib⁹ adhæreat capiti ſuo chriſto: ita ædificatõis cõpage cõnexa: ut ne tactu quidẽ iũctura ſinguloꝝ adhærentiũ diſcrepare uideat. Hoc ẽ em̃ qđ Hapben dixit græcus. Τὴσ χορηγίασ κατεμεργιαμ ἐμ μέτρω. qđ ñ difficile erit tãti architecto ꝑm mẽſurã uniuſcuiuſq; meritorũ ac fidei cõueniẽtẽ ſibi cõnectere: cũ ædificatio caritatis ruinã offenſionis excludat atq; obſtruat. Nõ eſt ergo dubitãdũ cæleſtiũ ꝑtãtũ adhæſura ad hoc tẽplũ ædificãdũ cõſortia: incõgruũ q̃ppe intelligi qđ ita aſſurgat hũanæ caritatis ædificatio in tẽplũ dei: ut fiat in nobis habitatio dei in ſpũ: nõ ſic aũt in cæleſtib⁹ ꝑtãtibus. Cuius rei gr̃a ut maturi⁹ in nobis hmõi ædificatio ꝑcederet: hortat nos Apl̃s aperire oculos cordis: eleuare ad ſupiora: agnitionẽ dei ĩpenſe quærere: ueritatẽ diſcutere: abſcõdere in corde mãdata dei: deponere erroris deſideria: dedecoris occulta: renouari ꝑ gratiã ſacramentoꝝ: tẽperare iracũdiã: cõmotionẽ añ occaſum ſolis relaxare: cauere ne ſupiora tua occupet aduerſari⁹: ſpũs ille habẽs ptãtẽ: q ſe imerſit in cor ludæ: & cõminuit aiæ eius ianuaſ: ne poſſet reſiſtere: furẽ excludere: mendacẽ auertere. Exurgere a mortuis: ſobrietatẽ aſſumere: uxorẽ uiro ut eccleſiã xp̃o debere eſſe ſubditã: uirũ ꝑ uxore aiam ſuã offerre: ſicut ſe ꝑ eccleſia tradidit chriſt⁹. Poſtremo q̃ſi bonũ bellatorẽ ſumere arma dei ac prætẽdere ſp: ñ ſolũ aduerſus carnẽ & ſãguinẽ: ſed etiã aduerſũ ſpũales neq̃cias: ne a ſuis emoliri: ab extraneis capi poſſit. Hæc breuit̃ cõprehẽſa ut potui ꝑſtrinxi. Vale fili & nos dilige: q̃a nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad clericos quoſdã: qui ꝓpter leuem aliquã offenſionẽ ab officio deſiſtunt redarguẽtis: & ad cõſtantiã exhortãtis: Epl̃a. XVII.

AMbroſius clericis. Plærũq; hũanis obrepit mẽtib⁹: ut aliq̃ leui ꝑſtricti offenſione ſi nõ illis cedãt ꝑ ſtudio uolũtaria: officio deſiſtãt. Qđ in alio genere hoĩm tolerabile: in ĩjs uero q rei diuinæ intẽdũt: plenũ doloris. Sunt em̃ aliqui in clericoꝝ munere: qb⁹ inimic⁹ obrepere ſtudet: ſi alias eoſ nõ potuerit circũuenire: ut læſis hmõi ſerat cogitatiões: Quid mihi ꝑdeſt in clero manere: ſubire iniurias: labores ꝑpeti q̃ſi nõ poſſit ager me⁹ me paſcere: aut ſi ager deſit: q̃ſi aliter exercere ſumptũ nequeã? Itaq; hmõi cogitationib⁹ etiã boni mores ab officio retrahunt̃: q̃ſi uero hoc ſolũ ſit in clerico: ut ſumptũ expediat ſuũ: & nõ ut diuinũ ſibi poſt mortẽ poti⁹ ſubſidiũ locet: q̃q̃ ille poſt mortẽ abũdet: qui tut⁹ hic potuerit decernere aduerſũ tot inimicoꝝ ĩſidias. Vñ Eccleſiaſtes ait: Optimi duo ſup unũ: qbus ẽ merces bona in labore ipſoꝝ: q̃a ſi ceciderit un⁹: alter erigit ſociũ ſuũ. Vbi ſũt duo optimi ſuper unũ: niſi ubi chriſt⁹ eſt: & is quẽ chriſt⁹ tuet̃? Quia ſi ceciderit q cũ dn̄o ẽ Ieſu: erigit eũ Ieſus. Sed q̃ rõne dixit: In labore ipſoꝝ: Ergo & chriſt⁹ laborat? Vtiq; laborat q ait: Laboraui clamãs. Laborat: ſed in nobis. Denicq; ad puteũ fatigat⁹ ſedebat. Sed quõ laboret: docuit nos Apl̃us minore exẽplo dicẽs: Quis infirmat̃ & ego nõ infirmor? Docuit & ipſe dn̄s ſua uoce: Aeger erã & non uiſitaſtis me: nudus erã & non

Eccs. 4.
Pſ. 68.
Joh. 4.
2. Cor. 11.
Matth. 25.

operuistis me. Laborat ut me iacētē erigat. Vñ i Helisæo figura dñi præcessit q̄ p- 4.Regū.4.
iecit se ut mortuū erigeret: in quo symbolū est q̄ nobis christus cōmortuꝰ sit: ut no-
bis resurgeret. Proiecit itaq; se usq; ad nr̄am christꝰ fragilitatē ut nos erigeret. Pro-
iecit se: ñ cecidit: sed erexit cōsortē. Ipse em̄ cōsortes nos sibi fecit: ut scriptū ē: Quia Ps.44.
unctus ē oleo iusticiæ præ cōsortib⁹ suis. Vñ pulchre ait Ecclesiastes: Q̄m q̄ cecide-
rit alē erigit sociū suū: nō ipse erigiē. Christꝰ em̄ ñ alterio auxilio atq; ope erectꝰ ē: sed
ipse se resuscitauit. Deniq; soluite inq̄t hoc tēplū: & i triduo illud resuscitabo. Hoc au Job.2.
tē dixit de tēplo corpis sui. Nec imerito erectꝰ nō ab alio q̄ nō cecidit. Nā & ille qa se-
cūdo erigiē cecidit: & q̄ cecidit: indiget auxilio ut erigaē. Qđ & subiecta docēt dicē
te scriptura: Væ illi uni cū ceciderit: & nō ē secūdus q̄ eū erigat: qa & si dormiāt duo
est calor illis. Cōmortui em̄ sumꝰ christo: & iō cōuiuimꝰ. Christꝰ nobis cōmortuus ē
ut nos calefaceret: q̄ ait: Ignē ueni mittere in terrā. Mortuus erā: sed qa in baptisma- Luc.12.
te cōmortuꝰ xp̄o sū: accepi lumē uitæ a xp̄o. Et q̄ in xp̄o moriē: p xp̄m calefactus ui-
tæ & resurrectiōis uaporē accipit. Frigidus erat puer: calefecit eū Helisæus spū suo: 4.Regū.4.
dedit ei uitæ calorē. Cōdormiuit ei: ut eū calor quietis eiꝰ q̄ in symbolo cōsepultꝰ ei
fuerat excitaret. Frigidus itaq; est qui nō moriē in christo. Calefieri nō pōt cui ignis
ardens nō appropinq̄t. Inualescere nō pōt alteri q̄ secū nō habet christū. Et ut cog
noscas ꝑm mysteriū dictū nō ꝑm numerū: quia optimi duo q̄ unus: subiecit mysticū:
Et spartum triplex nō corrūpiē. Tria em̄ quæ nō sunt cōposita: nō rumpiē. Trinitas Eccs.4.
itaq; incōpositæ naturæ rūpi nō pōt: quia deꝰ unū & simplex & incōpositū est quic-
quid est. Qđ aūt est ꝑmanet: nō subijciē. Bonū est itaq; adhærere alteri: & inserere
collū in torques eius: & subijcere humeꝝ & portare illū: nec tediare ad uincula: qa
de domo alligatorū exiuit q̄ regnet: puer ille qui sup regē seniorē & stultū ē: Ideoq;
qui eū sequūtur: alligati uinculis sunt. Deniq; Paulus uinctꝰ Iesu christi. Vñ & ipse Eph.3.
Iesus captiuā duxit captiuitatē. Nō satis uisū est ei soluere captiuitatē quā diabolus
imposuerat: ne iterū liberos uacātesq; iuaderet: sed ꝑfecta absolutio existimata est
sub christo degere: & inijcere pedes in cōpedes sapiētiæ ipsius: captiuū esse ut sis li-
ber ab aduersario. Recte puer: q̄m puer natus ē nobis. Et uere optimꝰ puer: cui di- Esa.9.
ctū est a patre deo: Magnū tibi est uocari puerū meū. Sapiēs quoq;: ut euāgeliū do-
cet: Quia ꝓficiebat ætate & sapia. Cōueniēter etiā paup: qa cū diues esset: paup fa- Luc.2.
ctus est: ut nos sua inopia ditaret. Et ideo nō fastidit in regno suo pauperē sed exau- 2.Cor.8.
dit eū: & liberat ex oibus angustijs & molestijs. Sub hoc ergo uiuamꝰ: ut rex ille se-
nior & stultꝰ ptātē supra nos nullā habeat: Qui dū uult regnare quasi uolūtatis suæ
dñs: nec sub uinculis esse dñi Iesu: inueteratus in pctis: stulticiæ incidit deformitatē.

Quid em̄ stultius q̄ relictis cælestibꝰ ad terrena intēdisse: & posthabitis ꝑpetuis: ele
gisse ea quæ caduca sūt & fragilia? Nemo ergo dicat: Nō est nobis portio in Iacob:
neq; hæreditas in israel. Nemo dicat: nō sum i clero: qa scriptū est: Date Leui cleros
eius. Et iterū Dauid ait: Quia is q̄ inter cleros duos medius requieſcit: ipsa ad supna
alis euolat spiritualibꝰ. Nō dicas de deo tuo: grauis mihi est: nec de loco tuo: inuti-
lis mihi est: qa scriptū est: Locū tuū noli relinquere. Vult em̄ auferre eū aduersariꝰ:
uult te abducere:: qa iuidet spei tuæ: inuidet muneri. Sed tu quicūq; in clero es dñi
portio eius & possessio: noli recedere de dñi possessione: ut dicas dñō: Possedisti re Ps.138
nes meos: suscepisti me ex utero matris meæ. Et ille tibi quasi bono seruo dicat: Trā
si recūbe. Valete filij: & seruite dñō: quia bonus dominus.

Liber Quintus.

Sancti Ambrosij ad Horontianū: eū docētis ex Michæa ꝑpheta: quō aīa uetꝰ &
infirma a recto itinere deuiās lapsa sit: Quoue ꝓcessu cōuertaē: gradūq; reparet ac
reformet: & ut in ꝓposito suo ꝑseueret: admonētis: Epla. XVIII.

AMbrosiꝰ Horōtiano. Propħæ q̄dē cōgregationē gētiū atq; eccl'iæ ānūci
arūt ædificationē futurā: sed tn̄ qa i eccl'ia n̄ solū fortiū aīaꝝ iugis ꝑfectꝰ: ue
rūetiā ifirmoꝝ lapsus: & rursus cōuersio ē: iō possumꝰ ex ꝓpheticis libris
colligere quēadmodū aut p̄clara illa & fortis aīa sine ulla gradiaē offēsiōe:

aut infirmior labaꝫ: aut lapſa reparet ac reformet gradū. Itaq; ſicut in Canticis cāticorū beatæ illius aiæ cōtinuoſ ꝓceſſus legimus: ita in Michæa: de quo nobis ꝓphā
Michee.5. ſermo exortꝰ eſt: cōſiderem⁹ lapſæ cōuerſionē. Nō em̄ ocioſe te mouit: Et tu bethleem domꝰ ephrata: qđ dictū eſt ab hoc ꝓphā. Quō em̄ pōt domus furoris eſſe: ubi chriſtꝰ natus ē? Hoc em̄ exprimūt locoꝝ uocabula: ſed illuſtrāt opationū myſteria.

Ac primū cōſideremus qd interp̄tatōis i latino habeat michæas. Significat aūt: qs a deo: uelut alibi inuenim⁹: quis iſte morathi filiꝰ: id eſt: hæredis. Quis aūt hæres ni
Matth.11. ſi filiꝰ dei: q ait: Oīa mihi tradita ſūt a p̄re? Et cū ip̄e eſſet hæres: nos eſſe uoluit cohæredes. Merito: qs iſte nō e pp̄ō unꝰ: ſed electꝰ ad gr̄am dei: in quo loquit̄ ſp̄ūſctūs q ꝓphetare cœpit in diebꝰ Ioathan & Achaz & Eçechiæ regū. Quo ordie ſignificat̄ uiſiōis ꝓfectus. A malis em̄ regibꝰ ad boni regis p̄uenit tpa. Et iō qm̄ aia afflicta ſub malis añ laborabat regibꝰ: quē ꝓceſſū cōuerſionis ſuæ habeat: cōſiderādum uidet̄.

Deſtructa erat q̄ſi ifirmior: & oīs munitio eiꝰ facta erat uia trāſeuntiū & icurſus paſſionū: luxuriæ delicijs reſoluta ac cōtrita erat: ac relegata a facie dñi. Turris eiꝰ ſqua
Eſa.5. lida erat: quæ poſita ē (ut in Eſaiæ cātico legimꝰ) in medio florētis uineæ. Squalet & em̄: qñ uitis areſcit & ouis ſua errat. Regrediēte aūt uitiſ uiriditate uel oue: ſplēdet. Nihil em̄ ſqualidiꝰ iniqtate: nihil ſplēdidiꝰ iuſticia. Ad hāc turrim reuocat̄ ouis: qñ aia reuocat̄ a lapſu: & in illa oue x̄pi regnū redit: qđ ē initiū: qa ipſe ē initiū & finis uł initiū ſalutis: ſed tñ corripit̄ priꝰ: eo ꝙ tā grauiter errauerit: & dicit̄ ei: Vt qd cognouiſti mala: nūqd rex nō erat tibi? Hoc ē: habebas regē q te regeret & tuereꝫ: deuiare a iuſticiæ tramite ñ debuiſti: relinq̄re uias dñi q tibi rōnabiles ſenſꝰ ipartiuit. Vbi erāt cogitatiōes tuæ: ubi cōſilia: q̄bus præuidere iniuſticiā: ꝓpulſare iniqtates iſito tibi uigore potuiſti? Cur cōprehēderūt te dolores parturiētiſ ut parturires iniqtates & pareres iuſticias? Nulluſ em̄ maior eſt dolor: q̄ is q pcti mucrone uulnerat cōſcientiā: neq; ullū grauiꝰē onus q̄ pcātōꝝ ſarcina & pōduſ flagitioꝝ. Deprimit aiam: curuat uſq; ad terrā ne ſe erigere poſſit. Grauia fili grauia nimis delictoꝝ pōdera. Deni
Luc.13. q; illa i euāgelio mulier quæ curuata erat: ſpēm prætēdēs aiæ laborātis: a chriſto potuit ſolo erigi. Huic ergo aiæ dicit̄: Virilit̄ age: & appropinq̄ filia ſyon ut parturias.
Ro.5. Dolores em̄ parturiētis tribulationē opant̄: tribulatio patiētiā: patiētia ꝓbationē: ꝓbatio ſpē: ſpes aūt nō cōfundit i æternū. Sił egerit̄ atq; excludit̄ oē qđ aduerſū ē bonis moribꝰ: ne reſidētia eius fructeſcant ſemina: atq; in nouos iteꝝ germinēt partus.

Nec ocioſe dant̄ ei cornua & ungulæ: ut cōterat oēs manipulos areæ ſicut uitulꝰ libani. Niſi em̄ manipuli cōtriti fuerint: paleæ uētilatæ: fructꝰ apparere iteriores & abſolui nequeūt. Cōminuit igit̄ atq; excutit prius aia ꝓficiēs paſſionū ſuperflua: ut fructus ſuoſ demōſtrare poſſit i ip̄a ſegete. Quāta aduerſa ſūt: quæ partꝰ ipediāt bonoſ: hæc priꝰ extirpāda ſūt: ne his fructifera internecent̄ aiæ ſata. Tūc etiā illud ꝓſpicit ꝓuidꝰ aiæ cōſultor: ut cōcludat eā in uoluptatibꝰ ſuis atq; itercludat eiꝰ cupiditates: ne in ijs delect̄. Vtiles em̄ ſunt correptiōes parētis q nō parcit ut obediētē p̄ceptis
Pſ.88. ſalutaribꝰ præſtet aiam filij ſui. Virga em̄ uiſitat ſicut legimus: Viſitabo in uirga iniqtates eoꝝ. Itaq; q uirga maxillā pcutit iſraeliticæ aiæ: erudit eā ad diſciplinā patiētiæ dñica correptione. Nemo em̄ deſperare debet q cūq; corripit̄ atq; arguit̄. Qui em̄
Eccī.30 diligit filiū: corripit. Nemo de remedio diffidat. Ecce tibi ubi domus furorē uidētis erat: ibi domꝰ panis eſt: ubi crudelitas ibi pietas: ubi pœna inocentiū ibi uniuerſorū
Michee.5. redēptio: ſicut ſcriptū eſt: Et tu bethleem domuſ ephrata nō es minima int̄ p̄rincipes iudæ. Ex te em̄ exibit princeps in iſrael. Bethleē domus panis ē: ephrata domꝰ furorē uidētis. Hoc habet interp̄tatio iſtoꝝ noim. In bethleē natus ē de Maria chriſtꝰ: eadē aūt bethleem quæ ephrata. In domo igit̄ furoris generatus ē chriſtꝰ: & ideo iā nō domus furoris ſed domus panis: q̄a panē recepit eū qui deſcēdit de cælo. Domus aūt panis furorē uidentis ephrata: quia illic Herodes dum chriſtū requirit: pe-
Hiere.31. Matth.2. Pſ.131. rimi ſtatuit infantulos: unde uox i rama audita eſt Rachel plorātis filios ſuos. Sed iam nemo timeat: quia requies illa quā quærebat Dauid: audita ē in ephrata: inuēta eſt in cāpis ſiluæ. Tūc adhuc ſilua erat nationū cōgregatio: ſed poſteaq̄ in chriſtū credidit fructuoſa facta eſt: quia benedicti uentris fructū recepit. Mortua eſt ergo

Rachel parturiẽs:qa iã tũc quaſi patriarchæ uxor furorẽ Herodis uidebat:q nec minuſculæ ætati pepercit. Simul qa in ephrata & pepit Beniamin ſpecie ſupiorẽ:myſterio poſteriorẽ: Paulũ ſcilicet: qui anteq̃ generaret: non minimos dolores matri præſtitit:cui⁹ filios ꝓſequebat. Et illic mortua & ſepulta eſt:ut nos cõmortui & cõſepulti cũ chriſto in eccleſia reſurgam⁹. Inde em̃ alia interꝓtatione:uel fæcũdata:uel repleta fructib⁹:ephrata ſignificat. Hic tn̄:id eſt:in libro ꝓphetico inuenim⁹ ολιγοστοσ ἐι. id eſt:in paucioribus es. In Matthæo aũt:Et tu bethleem dom⁹ iudæ nõ es in paucioribus. Ibi dom⁹ iudæ:hic domus ephrata:in quo uerboꝝ diſcrepãtia nõ ſenſuũ eſt. Nã & iudæ interior uidit furorẽ:& exterior ꝓtulit. Et in pauciorib⁹ eſt:qa pauci ſunt qui intrãt in domũ panis ꝑ anguſtã uiam. Et nõ eſt in paucioribus: id eſt: de ꝓficientibus:quæ chriſtũ nõ agnouit. Hæc minima ẽ quæ dom⁹ bñdictiõis & diuinæ gratiæ receptaculũ: & in eo minima cui is qui aliqd cõfert chriſto uidet deferre. Et q appetit eccleſiã:xp̃m appetit. In quouis minimo em̃ xp̃s aut lædit aut honorat:ꝑm qđ ipe ait: Qđ em̃ uni horꝝ minimorꝝ feciſtiſ:mihi feciſtis. Ipſam aũt bethleẽ eſſe quæ eſt ephrata docet lectio Geneſis:ubi ait:Mortua eſt autẽ Rachel & ſepulta eſt in uia ephrata:ipſa eſt bethleem. In uia ſepulta eſt ſancta Rachel:quæ typus fuit eccleſiæ:ut tranſeũtes dicant:Benedictio dn̄i ſup uos:& ueniẽtes ueniãt in exultatione. Ois itaq; aia quæ recipit panẽ illũ deſcendentẽ e cælo:domus panis eſt: hoc ẽ panis chriſti:quæ habitãtis in ſe panis cæleſtis firmamẽto alitur:& corde cõfirmat. Vnde & Paulus ait:Oẽs em̃ un⁹ panis ſumus. Omnis aia fidelis: bethleem eſt: ſicut hieruſalẽ dicit:quæ pacẽ & tranquillitatẽ habet ſupioris hierũſalẽ quæ in cælo eſt. Verus panis eſt qui fractus & cõminut⁹ ſatiauit uniuerſos. Quinta aũt traditio hoc habet:Domus panis:beth domus eſt:leem panis dicit. De alioꝝ traditionib⁹ propter ꝓfidiã iudaicã:ne ipſi ſe redarguerent:uel ab ipis prætritũ putam⁹:uel ſublatũ ab alijs. De iudæ quoq; tribu eſſe bethleẽ:docet lectio in ludicũ libro. Quia uir ille leuita accepit ſibi cõcubinã de bethleem iudæ:& irata eſt ei cõcubina ei⁹:& redijt in domũ patris ſui in bethleem iudæ. Egreſſus itaq; chriſt⁹ a dieb⁹ ſæculi (Tunc em̃ nobis incipit ſæculũ:qn̄ dies ſalutis)& egreſſus ad curandã uiã dedit iſrael uſq; ad tẽpus pariẽtiſ:cui aduenit chriſt⁹:aduenit fæcũditaſ:aduenit part⁹:ſicut aduenit eccleſiæ quæ pepit plures q̃ quæ filios habebat:& pepit ſeptẽ:id eſt:legitimos:tranqllos: pacificos. Incipit ergo cõcipe aia:& formari in ea chriſt⁹: quæ recepit aduentũ ei⁹: & paſcit in diuitijs ei⁹ ut nihil ei deſit:ut uidẽtes eã etiã aliæ aiæ reuertant ad uiã ſalutis:& erit ei pax:ſed nõ põt ꝓbari niſi tẽtationibus. Tunc em̃ pax ei⁹ exiſtimabit qđ tranq̃llitas:cũ excluſerit uanas cogitatiões uel cõpreſſerit:cũ motus oẽs edomuerit paſſionũ inſurgentiũ:increbuerint anguſtiæ:ꝓſecutio:fames:periculũ: gladius.

Tũc erit inqt pax:qa in his oĩbus ſupamus ꝓpter eũ q nos dilexit:qm̃ cõfidimus in eo:qa neq; mors neq; qduis tẽtationũ nos ab ei⁹ diuellat caritate & ſeparet. Tũc ergo dabit tẽtationes ei⁹ ut iuſti ꝓbent. Et dn̄s quidẽ dat tẽtationes ea uolũtate: ut neminẽ decipi uelit. Sed qa plæriq; uincunt infirmi tẽtatiõibus:q fortes ſũt ꝓbant.

Tunc illis erit ros a dn̄o:tũc requies: tũc erit aia iuſti ſicut catulus leonis in ouilib⁹.

Qđ euãgelico exẽplo ad chriſtũ referre nõ dubitauerim:qa ipſe dixit: Tunc iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno p̃ris ſui. Cõprimẽt em̃ q̃drigæ ei⁹:irrõnabiles ſcilicet impet⁹:& mot⁹ iſti⁹ corpis ſedabit illud:Foris pugnæ:int⁹ timores:ſed ubiq;:id eſt:int⁹ & foris trãquillitas erit:& nõ erit q rn̄deat & reſiſtat bonæ uolũtati:qa obediẽtia carnis ſublato pariete maceriæ:cũ fuerint utraq; unũ:oẽs abolebit diſcordias. Si qua aũt aia infirma ſicut ille ꝑm carnẽ iſrael:titubauerit:& ab illa chriſti caritate ꝓſecutionib⁹ turbata ſe aliquãtulũ ſeparauerit:corripit atq; arguit q̃ſi infida:q̃ſi ingrata:q̃ſi incredula:quæ liberata a uanitatib⁹ ſæculi ĩ eas reſpiciẽdo reciderit:a q̃ nõ munera:nõ tauroꝝ ſacrificia:ſed tantũmõ ut bonũ cognoſceret:iuſticiã faceret:poſtulatũ ẽ. Renunciatũ eſt inquit tibi bõ quid ſit bonũ:aut quid dn̄s exquirit a te:niſi ut facias iudiciũ & iuſticiã:& diligas miſericordiã: & paratus ſis ire cum domino tuo. Sed quia nõ ſeruauit hæc illa infirmior anima:ideo dominus ait: Heu me quia factus ſum ſicut

Matth.2.
Matth.25.
Gen.35.
Pſ.126.et125.
1.Cor.10
Judic.19.
Rom.8.
Matth.13.
2.Cor.7.
Michee.6.
Ibidem.7.

qui colligit ſtipulã in meſſe: & ſicũt racemũ in uindemia. Audiẽs ergo hæc ꝓpha in quo loquebat deus: ait ad illã aiam: Heu me aia ꝙ nõ eſt plenus timoris a terra. Vel ſi ipſe dñs dicit: miſerat⁹ futuras ꝓ pctis ultiones: atq; ꝓ nris erroribus ingemiſcẽs. Audiẽs hæc aia qa ſeminũ ſuorũ fructus nõ colliget: nullũ meſſe amiſſa firmamentũ inueniet ſui: premet oliuã: & unctionẽ lætitiæ nõ habebit: neq; bibet uinũ iocũditatis. Cognoſcẽs etiã in opib⁹ carnis oia plena ſanguinis: plena circũſcriptionis fraudũ: fallaciæ: ficta officia pietatis: cõpoſitas ſimulatiões: & inimicos ſibi oẽs q in domo ſunt: ideoq; ꝓximi ſibi corporis mot⁹ cauẽdos: qui ſunt graues aiæ noſtræ aduerſarij: cõuertit: & de deo ſperare incipit: & intelligẽs uere inimicam ſibi carnẽ exiſtere: ait ad eã: Noli ſupgaudere mihi inimica mea: qa cecidi: ſed reſurgã: quia ſi ſedero in tenebris: dñs illuminabit me. Cõſiderãs etiã inſultare ſibi aliquã ptãtẽ quæ reſiſtebat ſibi ne meliorẽ ſequeret uiã: & inæqtare ꝙ trãdita eſſet in interitũ carnis ut diuerſis atteretet malis: quæ uel a dño ꝓpter peccatoꝝ ſolutionẽ decerneret: uel ab iniquo ꝓpter inuidiã cõuerſionis ut ad ſe reuocaret afflictã: dicit: Adhuc irã dñi ſuſtinebo: q uel lapſã caſtigat: uel tibi ptãtem affligẽdi dedit: qa peccaui: ſuſtinebo tñ donec iuſtificet cauſam meã. Niſi em cõfeſſa fuero: & exoluero pcia iniqtatũ mearũ: nõ potero iuſtificari. Cũ aũt fuero iuſtificata: ſoluens duplicia pctã: educet iudici
Michee.7. meũ deponẽs indignationẽ: qa ſatiſfactũ ſententiæ eſt. Educet me ad lumẽ ut uideã iuſticiã eius & aſpiciã delectationẽ eius. Videbit hoc lumẽ recõciliatiõis meæ inimi-
Ibidem. ca mea: id eſt: diaboli neqcia: & operiet cõfuſione: quæ nũc dicit: Vbi eſt de⁹ tu⁹. Videbit in me miſericordiã eius: uidebit pietatẽ ei⁹. Et ideo nõ audiam⁹ eũ qñq; in aduerſis aliquibus ſæculi: cũ aut dolor corporis eſt: aut filioꝝ amiſſio: uel cæterarũ neceſſitudinũ: nõ audiamus inquã dicentẽ: Vbi eſt de⁹ tuus? Tunc eius tẽtationes cauendæ ſunt: cũ grauis urget dolor: tunc aiam ægrã aduertere ſtudet. Ergo aia quæ illũ nõ audierit inſidiantẽ ſibi: uidens poſtea mirabilia dei: uidens ſe in cælo: diabolũ
Abi.s. aũt ſicut colubrũ reptantẽ in terreſtrib⁹: gratulabit dicẽs: Quis de⁹ ſicut tu: auferẽs pctã: & tranſferẽs impietates? Qui nõ fuiſti memor indignatiõis tuæ: ſed ſicut i mari merſiſti iniqtates nras ſicut ægyptiũ plumbũ: & rediſti ad miſericordiã uolũtari⁹:
Ps.31. quã gemino cõtuliſti munere: dimittẽs pctã atq; abſcondẽs ſm qd ſcriptũ eſt: Beati quoꝝ remiſſæ ſunt iniqtates & quoꝝ tecta ſunt pctã. Alia em ſanguine filij tui abluis: alia donas nobis: ut bonis opibus & cõfeſſionib⁹ nros errores tegamus. Q̃ ergo ait: Auferens pctã: ad remiſſionẽ ptinet: qa penitus ea tollit: ita ut nõ ſint: quorũ memor nõ erit. Q̃ uero ait: Trãſferens iniqtates: eo qd cõfitentibus nobis lapſus nros: & obũbrantib⁹ eos bonæ opationis fructu: referant in auctorẽ culpæ: & pcti incẽtorẽ. Quid em aliud agit qui culpã fatet: niſi ut aduerſantis nequiciæ ſpũalis dolo ſe & malicia tranſductũ ꝓbet? In eo itaq; gratias agit aia iſta: qa & aufert dñs peccata: & tranſfert iniquitates: & demergit in ꝓfundũ maris. Qd põt & ad baptiſmũ referri: quo ægyptius mergit: hebræus reſurgit: & quo altitudine ſapiẽtiæ & bonoꝝ operũ abũdantia tegant pctã ſupiora: p diuitias miſericordiæ dei nri: q memor ꝓmiſſionis ſuæ quã dederat Abraæ: hæredẽ ei⁹ aiam nõ eſt paſſus ꝓire. Et illa qdẽ aia boc reuocat modo. Tu aũt fili qa prio flore puericiæ es hæreſ eccleſiæ quæ te ſuſcepit & tenet: pſeuerato i ꝓpoſito: memor grãæ dei & muneris qd p ipoſitionẽ ſuſcepiſti manuũ meaꝝ: ut & i boc gradu ſicut i miniſterio ſacro fidẽ tuã demõſtres atq; iduſtriã: & expectes remunerationẽ dñi leſu. Vale & nos ut fili⁹ dilige: qa nos te diligim⁹.

Sancti Ambroſij ad Horontianũ: diſſerẽtis quẽadmodũ animã euãgelicã quæ eſt eccleſiæ filia: dñs leſus primo ſuſceperit: erudierit: atq; cõſũmauerit. Epla. XIX.

AMbroſius Horontiano. Superiore epiſtola de ea aia ſermonẽ cõtulimus: quæ itineris ſui deuios aliquos habuerit anfractus: ut uet⁹ iſrael ſm carnem fluctuans: quia & ipſe liberabitur p dñi noſtri leſu chriſti gratiam: cũ intrauerit plenitudo gentium: licet iſta leuiore errore conuerſione ſeſe reformauerit. Hac uero epiſtola de eccleſiæ filia nobis ſermo ſit: quã domin⁹ leſus quẽadmodũ primo ſuſceperit: erudierit: cõſũmauerit in ſuo euãgelio: cõſiderem⁹. Suſcepit itaq; eam

primo tuēdā in cōfusione positā. (Exul ēm paradisi ubi nisi in cōfusione degeret aīa uniuscuiusq; bois:) deduxitq; eā i bethleem. Iam ꝓfect⁹ susceptæ animæ significat: q; ascendit ad domū panis: in qua famē fidei & sterilitatē nesciat. De nostraꝝ animaꝝ genere & ordine loquor: qbus nos uiuim⁹ & mouemur: nō de aliqua spēaliter. Nō. n. de ꝓprietate & specie alicui⁹ sed degenere: ut dixi: aiaꝝ disputādū putam⁹.

Descēdit in ægyptū christ⁹: patrociniū & ductū nr̄æ aiæ ferens: inde redijt i iudæā. Fuit in deserto: fuit in capharnaū: fuit iuxta fines Zabulon circa maritima: trāsiuit p̄ sata: fuit in bethphage: fuit in ephren: in bethania: inde trāsiuit i paradisū: ubi se capiendū dedit: passus est in golgottha. Oēs isti ꝓcessus aiæ nr̄æ sunt: p̄ quos exercitata gratiā piæ institutionis inuenit. Nā posteaq̄ excluſa de paradiso conditio būana in Adā & Eua in castello religata est: uagari cœpit huc atq; illuc: errabūda circūferēs uestigia sine ullo delectu. Tēporē cōplacito sibi exinaniuit se dn̄s Iesus: ut exulē i se suscipet: & ueteri reformaret gr̄æ. Itaq; inuētā recurso anfractu erroris reuocauit ad paradisū: ut euāgelij docet lectio. Per sata eā duxit: ut ieiunā pasceret: primū in deserto: deinde in capharnaū agri nō urbis incolatu: deinde iuxta fines ẓabulon: circa nocturna ꝓfluuia: id est: ꝓphaꝝ obscuriora ænigmata ut disceret prætendere ad fines gentiū: quo oēs cōuenirent: nec timeret fluct⁹ uitæ hui⁹ & ꝓcellas: qa habet christus naues tarsis: intelligibiles scilicet quæ p̄currāt mare: & ad tēpli cōstructionē pīas merces deuehāt. In hmōi nauibus nauigat christ⁹: & in puppe tanq̄ bonus gubernator trāqllo qescit mari. Cōmotio excitat & increpat uētos: ut suis trāquillitatē refundat. Transiēs quoq; ad gētes hāc aīam liberat: quæ legis uinculis tenebat: ne transiret ad nationū consortia. Venit in bethaniā in locum obeditionis: iō ibi mortuus suscitat. Cū ēm caro subdita fuerit aīæ: tunc iā nō quasi mortua iacet in sepulchro suo cōditio būana: sed resuscitatur p̄ gratiā christi. Ibi etiā se ꝓ dei noīe passioni discit offerre de loco obeditionis: ut Iohānes docet. In ephren ducit: id est: ad bonoꝝ fructuū fæcunditatē: inde in bethaniā reducitur: id est: obediētiā. Semel ēm quæ piæ subiectionis fructū gustauerit: seruare eā & in ea ꝓbari sæpi⁹ nequaquā recusat. Vnde iā ꝓbata hierosolymā uenit digna quæ sit templū dei: in qua christ⁹ habitaret. Deniq; sedens sup pullū asinæ dn̄s Iesus cū gratulatione & gaudio innocētis suscipit ætatis. Postea in paradiso uerba uitæ æternæ docent. Vn̄ etiā dn̄s se p̄misit capi: sicut Iohānes scribit euāgelista: significans animā nostrā uel poti⁹ cōditionē humanā solutis erroris uinculis eo unde eiecta erat in Adā: p̄ christū regressam.

Vnde & latroni illi cōfitenti dicit: Amen amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. Illē dixerat: Memēto mei: cū ueneris in regnū tuū. Christus nō de regno respōdit: sed ad causam: Hodie mecū eris i paradiso: id est: reformādū est añ qđ amissū ē: postea conferēdū id qđ augendū est: ut p̄ paradisū ad regnū ꝓueniatur: nō p̄ regnū ad paradisum. Seruat discipulis qđ plus conferat ꝓ laborib⁹: ideoq; incolatū ꝓmisit: regnū distulit. Itaq; is qui sub ictu mortis cōuertit & cōfitet dn̄m Iesum: meretur incolatū paradisi. Qui uero multo ante se exercuit: & christo militauit: acq̄siuit pplos aīas: ꝓ christo se obtulit: habeat paratū stipēdijs suis dei regnū: cui⁹ se remuneratione donatū gaudeat. Ideoq; Petro dicit: Tibi dabo claues regni cælos. Ex latrocinio cōuersus requiē habet: in apostolatū ꝓbatus accepit ptātē. Hæc est aīa euāgelica: hæc est de gētib⁹: hæc filia ecclesiæ: lōge meliore cursu q̄ illa ex iudæa ꝓiecta: ad dn̄m Iesum & ad supiora se bonis cōsilijs & opibus attollens: quā suscepit in golgottha christ⁹: ubi Adæ sepulchraꝝ: ut illū mortuū i sua cruce resuscitaret. Vbi ergo i Adā mors oim: ibi i xp̄o oim resurrectio. Vale fili & nos dilige: qa nos te diligim⁹.

Luc. 23.

Matth. 16.

1. Cor. 15.

Sancti Ambrosij ad Horontianū: quæ sit diuina hæreditas diffiniētis: & cur tanto existimet: ut ꝓpter eā plæriq; morti se offerant: Epla. XX.

AMbrosius Horontiano. Non ociose quærendū putasti: quæ sit rei diuinæ hæreditas: & cur tanto existimetur: ut ꝓpter eā plæriq; etiam mortem suā offerant. Verū si consideres quia & usu humano hæreditatis pecuniariæ gratia facit ut uenerabiliora fiant iura pietatis: quia hoc quoq; plus defert parētib⁹:

ne læſa pietas patris ulciſcatur ſe exhæredatione uel abdicatione cõtumacis pignoris: mirari ꝓfecto deſines quæ ſit tãta diuinæ hæreditatis appetẽtia. Eſt autẽ hæreditas ꝓpoſita chriſtianis oĩbus. Sic eñ dicit Eſaias: Eſt hæreditas credẽtibuſ in dñm. Quæ ſperat' ex repromiſſione nõ ex lege. Qđ ueteris teſtamẽti exẽplo ꝓbat' dicente Sara: Expelle ancillã & filiũ eius. Nõ eñ hæres erit filiꝰ ancillæ cum filio meo Iſaac. Filius Saræ Iſaac: filius ancillæ Iſmael: bi ante legem ſunt. Ergo antiquior repromiſſio q̃ lex. Nos ſm Iſaac filij per repromiſſionẽ: iudæi ſm carnẽ filij ancillæ.

Gen.21.

Nobis mater libera quæ nõ parturiebat: & poſtea ex repromiſſione effudit peperitq; maſculũ: illis mater Agar generãs in ſeruitutẽ. Liber eſt cui gratia ꝓmittit': ſeruus cui iugũ legis ĩponit'. Priꝰ ergo nobis repromiſſio q̃ illis lex: & ſm naturã antiqꝛ libertas q̃ ſeruitus. Libertas igit' ex repromiſſione: ex lege ſeruitꝰ. Sed licet repromiſſio ipſa ante legẽ ſit: ut diximꝰ: ex repromiſſione autẽ libertas: in libertate caritas: ſm legem tñ eſt caritas: quæ maior libertate eſt. ¶Non ergo ſerui. Et quomõ ſcriptũ eſt: Laudate ſerui dñm? Quõ ipſe Apl'us ait: Sed ut ſerui chriſti faciẽtes uoluntatẽ dei ex animo cũ bona uolũtate? Verũ eſt & ſeruitus libera quæ eſt uoluntaria: de qua apl'us ait: Qui liber uocatus eſt: ſeruꝰ eſt chriſti. Hæc eſt ſeruitꝰ ex animo nõ ex neceſſitate. Itaq; nos ſerui quidẽ ſumus creatoris noſtri: ſed libertatẽ habemus: quã ꝑ gratiã chriſti accepimus generati ex repromiſſione ſm fidẽ. Vnde quaſi ex libera geniti deferamꝰ libertatis ſacrificiũ ſignati in fronte: ſicut liberos decet: ut nõ cõfundamur ſed gloriemur ſignati ſpũ non carne. Quibꝰ recte dicit': Sta te & nolite iterꝝ iugo ſeruitutis contineri. Nõ dixit nolite ſeruire: ſed nolite iugo ſeruitutis cõtineri. Eſt eñ grauiꝰ iugũ ſeruitutis q̃ ſeruitꝰ. Deniq; Iſaac filio ſuo Eſau petenti bñdictionẽ ait: Ecce ab ubertate terræ erit tibi habitatio & a rore cæli a ſũmo: & ſup gladiũ tuũ uiues & ſeruies fratri tuo. Erit aũt cũ depoſueris & ſolueris iugũ illius a collo tuo. Quõ iſtud cõuenit: ut ſeruiat cũ ſoluerit iugũ fratris a collo ſuo: niſi diſtãtiã eſſe intelligamꝰ ſeruitutis. Quæ igit' ſit differẽtia: ipſa nobis exponat lectio. Bonus Iſaac & bonꝰ nobis: qui ſm ipſũ i libertatẽ naſcimur: & bonꝰ pater utriq; filio. Deniq; qđ utrũq; diligeret: circa alterũ affectu ꝓbauit: circa alterꝝ bñdictione. Seniori eñ filio dixerat: ut cibũ deferret ſibi: & acciperet benedictionẽ: ſed dũ ille morã facit: & cibũ agreſtẽ & forẽſem reqrit: frater iunior domeſticũ detulit ex ouiũ grege. Bonꝰ cibus oĩm chriſtꝰ eſt: bonꝰ cibus eſt fides: ſuauis cibus miſericordia: iocũdus cibus gratia. Hos cibos epulat' ppl'us eccleſiæ. Bonꝰ cibus ſpũs dei: bonꝰ cibus pctõꝝ remiſſio. At uero ille prædurꝰ cibus rigor legis terrorq; pœnaꝝ. Agreſtis cibus obſeruãtia lr̃æ potius q̃ gr̃a indulgẽtiæ. Deniq; ille ppl'us ſub maledicto: nos in bñdictione. Velox cibus fides. Prope eſt eñ uerbũ in ore tuo & in corde tuo: tardior cibus legis. Deniq; dũ lex expectat': ppl'us errauit. Contulit igit' bñdictionẽ pater impigro & fideli filio: ſed qa bonus pater erat: ſeruauit & ſeniori filio bñdictionẽ: ut eũ ſeruũ faceret fratris ſui: nõ quo familiã ſuã degeneri uellet ſeruituti addicere: ſed qa is qui regere ſe nõ põt & gubernare: ſeruire debet: & ſubditꝰ eẽ prudẽtiori: ut eiꝰ regat' cõſilio: ne ſua ſtulticia præcipitet' & labat' temeritate. Pro bñdictione igit' hmõi cõfertur ſeruitꝰ. Deniq; inter bona annumerat': inter collatã terræ ubertatẽ & rorẽ cæli a ſũmo. Sed qa dixerat: Sup gladiũ tuũ uiues: ne ei fortitudinis aut ptãtis noceret præſũptio: addidit: Seruies fratri tuo: ut carnis fructꝰ uberes & diuinæ rorẽ adipiſcaris gr̃æ: & eũ ſeqris q te ſuo gubernaculo regat. Sed tũc erit iſtud: Cũ depoſueris iugũ eiꝰ a collo tuo: ut uolũtariæ ſeruitutiſ mercedẽ habeas: nõ iuriã ſubeas neceſſitatis. Inhonora hmõi ſeruitꝰ: quæ neceſſitate cogit': Honorata aũt quæ pietate defert'. Vñ Apl's: Si uolẽs hoc ago: mercedẽ habeo: ſi iuitꝰ: diſpẽſatio mihi credita ẽ. Meliꝰ utiq; mercedis præmiũ q̃ diſpẽſatõis obſequiũ ẽ. Nos igit' ñ cõtineamur ſeruitutis iugo: ſed caritate ſpũs ſeruiamꝰ: qa dicit Apl's: Per caritatẽ ſpiritꝰ ſeruite inuicẽ. Timor legis ẽ: caritas euãgelij. Deniq; initiũ ſapiẽtiæ timor dñi. Plenitudo aũt legiſ caritas. Tñ & ipa lex dicit: & in hoc uerbo oẽ mãdatũ inſtaurat': & in iſto uno inquit ſermone implet': Diliges ꝓximũ tuũ. Hoc eſt igit' qđ ꝓpoſuimus

Ibidem.

Ro.10.

1.Cor.9.

Gal.5.

Eccl.1.

Ro.13.

Leuit.19.

Gal.5.

quia & si ex lege seruitus: tñ ſm legẽ libertas. Caritas em̃ libertatis: timor seruitutis est. Est igit̃ & caritas legis & seruit⁹ caritatis: sed lex caritatis prænũcia est: caritas euãgelij piæ seruitutis arbitra ẽ. Nõ supflua itaq; lex quæ tanq̃ pædagog⁹ ꝓsequitur infirmiores. Infirmitatẽ dico morũ nõ corporũ. Infantes em̃ sunt qui fari uerbũ dei nesciunt: qui eius opera nõ recipiũt. Nã si ætas senectutis uita imaculata: utiq; ætas adolescẽtiæ est uita maculosa. Lex ergo pædagog⁹ fuit: id est: nomos: donec fides ueniret. Et quasi infirmi inquit custodiebamur a lege: cõclusi in eã fidẽ quæ reuelãda foret. Postq̃ aũt fides aduenit. Nõ dicit euangeliũ sed fidem: Ea est em̃ sola fides: quæ est in euãgelio. Nã licet iusticia dei in eo reuelatur: quæ est ex fide in fidẽ: tñ sic illa legis est fides: si ei accedat fidei plenitudo. Merito ergo fides ista quasi sola dicit̃: quia illa sine hac fides nõ est: sed in hac cõfirmat̃. Deniq; ubi hæc fides uenit plenitudo aduenit: aduenit filiorũ adoptio: cessauit infirmitas: abijt infantia: in uirum ꝓfectũ assurgimus: christũ induim⁹. Quõ igit̃ infirmus & paruulus esse põt: in quo christ⁹ est dei uirt⁹? Ergo ad ꝓfectionẽ uenimus: ꝓfectiõis præcepta accepim⁹. Gal. 5.

Audisti hodie lectũ: Nõ possum ego a me facere quicq̃: sicut audio & iudico. Audisti lectũ: Ego nõ accuso uos: ego nõ iudico. Ego nõ accuso: Moyses uos accusat: in quẽ speratis. Audisti lectũ: Si ego testimoniũ phibuero de meipo: testimoniũ meũ nõ est uerũ. Didici qualis iudex: qualis testis esse debeã. Nõ em̃ quasi infirmus dicit: Nõ possum ego a me facere quicq̃: sed infirm⁹ ille qui sic intelligit. Nihil quidẽ sine patre facit filius: qa cõis operatio & unitas ptãtis est. Sed hoc loco quasi iudex loquitur: ut cognoscam⁹ boies in iudicãdo: ꝙ nõ ex uolũtate nostra & ptãte: sed ex æquitate debeamus formare sententiã. Cõstitue aliquẽ reũ coargutum & conuictũ criminis: nõ astruentẽ defensionis genera sed deprecantẽ ac uoluentẽ se ad genua iudicis: respondet ei iudex: Nõ possum a me facere quicq̃. Iusticia in iudicando: nõ potentia est in iudicando. Ego nõ iudico: sed facta tua de te iudicãt. Ipsa te accusant: & ipsa te cõdemnãt. Leges te adiudicant: quasi iudex nõ cõuerto sed custodio. Nihil ego ex me ꝓfero: sed ex te forma iudicij in te ꝓcedit. Secũdũ qd̃ audio iudico: nõ ſm qd̃ uolo: & ideo iudicium meũ uerũ est: qa nõ uolũtari indulgeo sed æquitati. Consideremus itaq; quæ sit iudicandi religio. Dñs cæli atq; terrarũ: iudex oĩm dicit: Non possum a me facere quicq̃: sicut audio & iudico. Et hõ dicit dño suo: Nescis qm̃ ptãtem habeo dimittere te: & potestatẽ habeo crucifigere te? Quare dñs nõ potest? Quia iudiciũ inquit meum uerũ est. Nõ em̃ quæro uoluntatẽ meam sed uoluntatẽ eius qui me misit: id est: non uoluntatẽ bois quẽ uidetis: nõ arbitrium hominis quẽ uos hominẽ tantũmodo iudicatis: nõ uoluntatẽ carnis: quia spũs ꝓmptus: caro aũt infirma: sed uoluntatẽ diuinã quæ auctor legis arbitraq; iudicij ẽ. Similiter & testis uer⁹ est: qui nõ sibi sed alij fert testimoniũ. Scriptum est em̃: Laudet te ꝓximus tuus & nõ os tuũ. Pulchre autẽ dicitur iudæis mystice: Ego uos nõ iudico: id est: ego uniuersorũ redẽptio: ego peccatorũ remissio uos nõ iudico: qa me nõ recepistis. Nõ iudico qui libẽter indulgeo. Ego nõ iudico q sanguine meo redimo peccatores: ego nõ iudico qui deleo iniqtates: & memor nõ ero. Ego nõ iudico qui malo uitã q̃ mortẽ peccatoris. Ego nõ iudico: qa nõ dãno: sed iustifico confitẽtes. Moyses uos accusat: ille uos arguit: in quẽ speratis: ille accusat uos: qa iudicandi nõ habet ptãtem: quæ ei⁹ debet̃ auctori. Ille ergo in quẽ speratis accusat: iste in quẽ sperare noluistis absoluit. Magna iudæi imprudẽtia merito acculant̃ in criminib⁹ suis: qa accusatorẽ elegerũt: & bonũ iudicẽ refutarunt. Ideoq; deest illis absolutio: pœna nõ deest. Recte ergo fili a lege cœpisti in euãgelio cõfirmat⁹ es: a fide in fidẽ: sicut scriptũ est: Iust⁹ em̃ ex fide uiuit. Vale & nos dilige: qa nos te diligim⁹. Ioh. 5. Ibidem. Ibidem. Matth. 26 Prouer. 27 Abachuc. 2. Ro. 1.

Sancti Ambrosij ad Horontianũ: quæstionẽ de natura & substantia animæ: subtili responsione dissoluentis: Epistola. XXI.

AMbrosius Horontiano. Quæsisti a me: utrũ anima cælestis esse uideatur substãtiæ. Nõ em̃ aut sanguinẽ aut ignem aut neruorũ harmoniã animam putas: ut uulgus philosophorũ interpretat̃: aut (ut illa patricia quædã eorũ

ꝑsapia Platonis disputat: qđ ipsum se mouet: & nō mouetur ab alio) ipsa tibi aia uideť. Vel certe ut Aristoteles acri ingenio quintū quoddā elemēti genus induxit: ꝑ basti: id est: entbelechian: ex quo cōponeres & uelut fingeres animæ substantiam.

De quo tibi æsdre librū legendū suadeo: qui & illas philosophoꝝ nugas despexerit: & abditiore prudentia quā collegerat ex reuelatione: ꝑstrinxerit: eas substātiæ esse supioris. Apostolus quoq; & si nō exꝑsse: tn intelligendū nobis reliquit quasi bonus magister & spiritualis agricula: occultis doctrinæ seminib⁹ excitās discipulorum ingenia: ꝙ animæ nostræ potioris creaturæ sint & cuiusdam præstātissimæ natuæ.

Ro.8. Cū em dicit: quia uanitati creatura subiecta est nō sponte sed ꝓpter eū qui subiecit in spe: qm & ipsa creatura liberabiť a seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorū dei: ostēdit nō mediocrē animarū esse gratiā: quarū uigore & uirtute in adoptionē filiorum dei assurgit humanū genus: habēs in se qđ ad similitudinē & imaginē dei tributū est sibi. Animæ em neq; tactu aliquo cōprehenduntť: neq; uisu corporeo uidentť: & ideo præferūt illi⁹ incorporeæ & inuisibilis naturæ similitudinē: & supergrediuntť substātia sua corporeā & sensibilē qualitatē. Quæ em uidentť: tēporalia sunt: tēporalia significāt: tēporalib⁹ agglutinantť. Illa autē quæ nō uidentť: æterno illi & sūmo adhærent bono: atq; in ipso uiuūt & sunt & mouētur: nec ab eo si bonis cōsulunt: se patiūtur separari ac diuidi. Vnaquæq; ergo aia uidens se corporeo isto clausam gurgustio: quæ tamē terrenæ hui⁹ habitationis cōsortio nō degenerauerit: ingemiscit grauata corporis hui⁹ cōiunctiōe. Quia corruptibile corp⁹ grauat
Sap.9. animā: & inclinat terrenū habitaculū mentē multarum cogitationū: simulq; cognoscens quia ꝑ fidē ambulat non ꝑ speciē: peregrinari uult de corpore & adesse ad do-
2.Cor.5. minū. Aduertimus igiť quomō uanitati creatura subiecta sit: nō ex uoluntate sua sed ex diuino arbitrio: qđ dispositū est: animas corporibus cōiungi oportere ꝓpter
Ibidem. spem earū: ut dū sperant bona: dignas se præstēt cælesti remuneratione. Oēs em nos oportet adesse ad tribunal christi. Ideo uniuscuiusq; aia præuideat rependenda sibi merita cōuersationis suæ. Et pulchre ait: Propria corpis: id est: qđ sanct⁹ cepit regendū: ut si bene rexit: præmiū referat: ꝓpter qđ in spe subiecta est: si male: supplicium: quia nō sperauit in deū: nec ad illā adoptionē filiorum: & ad ueræ libertatē affe-
Ro.8. ctauit gloriæ. Docuit igitur aꝑlus: ꝙ humani generis creatura subiecta uanitati sit.
2.Cor.5. Quid em tam subiectū uanitati q̄ homo & q̄ aia eius? De cōsortib⁹ ei⁹ dicit: Cum su-
Ps.143. mus in corpore isto: ingemiscim⁹ grauati. Sed & Dauid dicit: Homo uanitati simi-
Ps.38. lis fact⁹ ē. Et: Vniuersa uanitas ois homo uiuēs. Vita itaq; hois: in hoc sæculo uanitas est: huic uanitati subiecta est aia. Itaq; sanctus cū facit quæ sunt corporis: nō spōte facit: nō uolens: sed ꝓpter eum qui subiecit in spe: facit ut ei pareat. Ab hoc igiť exēplo animæ ꝓgrediamur ad creaturas relīquas. Propone tibi solē: lunā & stellas: quæ cæli lumina: & si præclaro fulgēt nitore: creaturæ sunt tn: & ad quotidianū ministeriū uel surgūt uel occidunt: seruiētes dispositioni creatoris æterni: ministrātes splendoreť quo uestiuntť: atq; die nocteq; emicāt. Quotiens sol iste obtexiť nubib⁹: quotiēs obiectū afferunt terræ: cū e regione eius luminis sui radius fuerit repcussus: Oriūtur ipsi: sed ut ait scriptura: Luna nouit occasus suos. Nouit qn pleno orbe suo luceat: qn exinanito. Stellæ quoq; nebulis obductæ uanescūt: quæ sustinēt ministeriū huius mūdani usus: nō sponte utiq; sed in spe: quia sperāt etiā huius laboris gratiā ab eo qui subiecit eas: Ideoq; ꝓpter eū sustinent: id est: ꝓpter ei⁹ uolūtatē. Nec mirū si patienter sustinēt: cū sciant dominū suum & creatorē omniū: siue quæ in cœlo siue quæ in terra sunt: suscepisse nostri corporis fragilitatē: nostræ cōditionis seruitutē. Cur ergo illa seruitutē corruptionis suæ nō patiēter sustineant: cū dns om-
Phil.2. nium ꝓ toto mundo se hūiliauerit usq; ad mortē: serui formā susceperit: peccatum mundi: maledictū etiā ꝓ nobis factus sit. Illius ergo imitātes bonitatē cælestes creaturæ: licet ingemiscāt ꝙ mundi hui⁹ uanitati subiectæ sint: cōsolantur se tn ꝙ liberabunť a seruitute corruptionis in libertatē gloriæ: cū filioꝝ dei adoptio uenerit: quæ
Ro.11. est uniuersoꝝ redemptio. Cū em intrauerit plenitudo gentiū: tunc ois israel saluus

erit. Cui em̄ nō ignoſcit populo: qui ignoſcit etiā illi p̄ſecutori ſuo qui dixit: Crucifige crucifige: Sanguis eius ſup nos & ſup filios noſtros? Sed qa uanitati etiā cæleſtis ſubiecta creatura eſt: licet iſtud in ſpe: etiā horum p̄fidiam & temulentiā uanitate huius mūdi lapſam p̄tinere ad ueniā patietur ueritatis pietaſ & redēptio uniuerſitatis. Matth. 27.

Ergo ut cōcludamus: & ille tātus ac talis ſol & illa luna quā noctis tenebræ nō operiunt: & illæ ſtellæ quæ ſunt ornamēta cæli: ſeruitutē corruptionis nunc ſuſtinēt: qa corruptibile omne corpus. Siquidē & cæli peribunt: & cælū & terra præteribit. Poſtea aūt & ſol & luna & cætera ſtellarū lumina requieſcēt in gloria filioꝝ dei: qn̄ erit deus omnia in omnib⁹: qui & in te & in nobis ſit p̄ ſuā plenitudinē & miſericordiam. 1. Cor. 15.

An ipſos quoq; angelos qui in iſti⁹ mūdi laboribus diuerſa ſuſtinēt miniſteria: ſicut in Apocalypſi legim⁹ Iohānis: nō ingemiſcere credimus cū adhibent̄ pœnarū & excidioꝝ miniſtri? Qui habētes uitam beatā mallent utiq; eā in illo ſupiore tranquillitatis ſuæ ſtatu currere: q̄ noſtroꝝ peccatoꝝ pœnis ultricibus interpolari. Etem̄ qui gaudēt unius peccatoris redēptiōe: utiq; tantoꝝ peccatoꝝ erūnis ingemiſcūt. Si igit̄ etiā cæleſtes creaturæ & p̄tates ſeruitutē corruptiōis ſuſtinēt ſed in ſpe ut p̄ nobis poſtea & nobiſcū lætent̄: etiā nos paſſiones hui⁹ tēporis futuræ ſpe & expectatione cōſolemur gloriæ. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Horontianū: ſuperioris quæſtionis reſponſionē latius explanantis atq; cōplentis: Epiſtola. XXII.

AMbroſius Horontiano. Superior epiſtola tuæ inquiſitioni reſpōdit. Hæc meæ reſpōſionis portio eſt: quæ nō ſoluat: ſed impleat ſuperiorē. Nā dum ulteriora recēſeo: mouit me fateor qa addidit: Scimus em̄ q̄ omnis creatura cōgemiſcit: Cū in priore capitulo ſine adiectione dixerit: qa creatura uanitati ſubiecta eſt. Non em̄ omnē creaturā ſed creaturam ſubiectā dixit: Et iterū ait: Qm̄ & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis. Tertio aūt addidit: q̄ omnis creatura cōgemiſcat. Quid ſibi igit̄ uult iſta adiectio? Niſi forte qa nō omnis creatura ſubiecta uanitati eſt: & qa nō omnis uanitati ſubiecta eſt: nō omnis a ſeruitute corruptionis liberabit̄. Quid em̄ libereť a ſeruitute quæ uanitatis & corruptionis ei⁹ expers atq; īmunis ſit? Omnis aūt cōgemiſcat: nō in ſuo ſed in noſtro labore: & cōparturiat illum fortaſſe ſpiritū ſalutis: ſpiritū iocūditatis: expectans adoptionē filioꝝ dei: ut cōmunē de redēptione humani generis cōſequat̄ lætitiā & exultationē. Aut p̄pter caritatē igitur ſuā omnis ingemiſcit noſtrū laborem: aut p̄pter mēbrū ſui corporis: cui⁹ caput chriſtus eſt: ſed ſiue ita ut diximus: ſiue ſimpliciter ſubiectā creaturā omnē dixerit cōgemiſcere & cōparturire: ut uoles intellige. Nunc illud cōſideremus qd̄ adiecit: Nō ſolum aūt illa ſed etiā nos primitias ſpiritus habētes ipſi intra nos ingemiſcimus: adoptionē filiorū expectantes: redemptionē corporis noſtri. Quid ſit adoptio filiorū: ſuperior pagina docet. Et ideo exponēdi ſenſus gratia ad ſuperiorē recurrendū eſt paginā. Qui ſpiritu inquit facta carnis mortificat uiuet. Nec mirum ſi uiuat: cū filius dei fiat: qui habet ſpiritū dei. Adeo filius dei: ut nō accipiat ſpiritum ſeruitutis ſed ſpiritū adoptiōis filioꝝ: eouſq; ut teſtimoniū ſpiritui noſtro ſanctuſſpiritus reddat: q̄ ſumus filij dei. Teſtimoniū aūt hoc eſt ſpūſſancti: q̄ ipſe eſt qui clamat in cordib⁹ noſtris: abba pater: ſicut ad Galatas ſcriptū eſt. Sed & illud grande teſtimoniū q̄ filij ſumus dei: qa ſumus hæredes dei: cohæredeſ aūt chriſti. Cohæres aūt eſt ei⁹ qui cōglorificatur ei. Cōglorificatur uero ille qui patiēdo p̄ ipſo cōpatit̄ ei. Et ut hortet̄ nos ad paſſionē: adiūgit: qa omnia quæ patimur: minora ſunt & indigna: quorū p̄ laboribus tanta repēdatur futuroꝝ merces bonoꝝ: quæ reuelabit̄ in nobis: cū ad dei imaginē reformati gloriā eius facie ad faciē aſpicere meruerim⁹. Rom. 8. Ibidem. Ibidem. Abi. s. Gal. 4. Rom. 8.

Et ut magnitudinē reuelationis futuræ extoleret: addidit: q̄ & creatura hāc reuelationē expectet filioꝝ dei: quæ nunc uanitati ſubiecta eſt nō ſponte ſed in ſpe: quia ſperat de chriſto gratiā miniſterij ſui: uel qa & ipſa liberabit̄ a ſeruitute corruptiōis: ut aſſumatur in libertatē gloriæ filiorū dei: ut ſit una libertas creaturæ & filioꝝ dei: cū reuelata fuerit eorū gloria. Verum nunc dū reuelatio p̄craſtinatur: cōgemiſcit

omnis creatura expectans adoptiõis & redẽptionis nostræ gloriã: parturiẽs iam illum spiritũ salutis & uolens liberari a uanitatis seruitio: Cui cõiunxit Apostolus etiã
Ro.8. sanctorũ gemitũ: qui habent primitias spiritus: nã & ipsi ingemiscunt. Quis em̃ de suo merito securi sint: tamẽ quia futura est adhuc redẽptio totius corporis ecclesiæ: cõpatiuntur. Cũ em̃ adhuc membra patiuntur corporis sui: quomõ alia membra licet superiora nõ cõpatiuntur mẽbris unius corporis laborãtibus? Vnde puto dixis-
1.Cor.15. se apostolũ: quia tunc & ipse filiꝰ subiectus erit qui ei subiecit oia. Qui em̃ adhuc laborant: nondũ subiecti sunt: in quibus fortasse adhuc sitit christꝰ: adhuc esurit: i quibus nudus est: Eo ꝙ nõ impleant uerbũ dei: non induant christũ: qui est indumentũ credentiũ: amictus fidelium. Sed & illi in quibus æger est: adhuc medicina indigẽt: & ideo nondũ subditi. Subiectio em̃ ista uirtutis est nõ infirmitatis. Deniq; in fortibus & facientibus mandatũ dei: subiectus est dei filius. Nunc aũt magis in ijs laborat qui nõ subueniunt laborantibꝰ: q̃ in illis qui sibi postulant subueniri. Hæc est pia in-
Ibidem. terp̃tatio & uera subiectionis domini Iesu: qui ideo se subijciet: ut sit deus omnia in omnibꝰ. Sensum apostolicũ p̃currimus: nunc cõsideremus qui sunt primitias spiritꝰ habentes. Et ideo legẽ interrogemus quid sit ꝙ primitiarũ uel initij nomine declara-
Exo.34. uerit. Initia inquit areæ & lacus tui nõ fraudabis. Et infra: Initia primitiaꝝ tuarum inferes in domũ domini dei tui. Aliæ sunt primitiæ: aliæ decimæ. Primitiæ maioris gratiæ: sanctificationis obseruantissimæ. Ideo placuit Abel: quia nõ est suum munus moratus: qui de primitiuis ouiũ obtulit. Licet aliqui distantiã uelint esse inter primitias & primogenita: id est: quæ primo nascũtur: eo ꝙ collectis seminibus quasi ex omnibus initia offerant̃ areæ: tamen de messe qđ primũ tollitur: id offertur dño: sed de hoc alias. Sanctificari autẽ uidetur primitiaꝝ munere tota areæ messis: sed ipse sanctiores primitiæ sunt: similiter sancti primitiæ sunt dñi: præcipue apostoli. Primum em̃ deus posuit in ecclesia apostolos: qui & plæraq; ꝓphetarunt: & euãgeliçarũt do-
Luc.2. minũ Iesum: quia primi receperũt eum. Recepit eum Symeon ꝓpheta: Zacharias
Ibidem.1. Iob.1. ꝓpheta: Iohãnes filius eius: Nathanael: in quo dolus nõ erat: & ideo sub ficu requiescebat. Ioseph qui dicebat̃ iustus: qui sepeliuit eum. Isti sunt primitiæ fidei nostræ:
Luc.23. sed tamẽ eadẽ cæteroꝝ natura seminũ: quæ primitiarũ. Licet in aliquibꝰ minor gra-
Matth.3. tia. Potens est em̃ deꝰ ex lapidibus excitare filios Abraæ. En tibi exemplũ de ipso
Col.1. dño Iesu. In resurrectione mortuorũ primogenitus ex mortuis dicit̃. Eundẽ ipse
1.Cor.15. Apostolus primitias significauit dicens: In christo omnes uiuificant̃: unusquisq; aũt in suo ordine. Primitiæ christus: deinde ij qui sunt christi: qui in aduentũ eius crediderunt. Eadẽ in illo corporis ueritas quæ in nobis: sed tñ & primogenitus ex mortuis dicit̃: quia primus resurrexit: & primitiæ: quia sciẽtior omnibꝰ fructꝰ: qui etiam cæteros cõsortij sui fructus sanctificauit. Ipse etiã initium eorũ qui ad imaginẽ: qua-
Heb.1. si imago inuisibilis dei: in quo ꝑm diuinitatẽ nihil corporeũ: nihil tẽporale: quia splẽdor est gloriæ paternæ & imago substãtiæ eius. Produximus sermonẽ epistolarum: dũ uolumus quid sint primitiæ significare. Primitiæ ergo nostri apostoli electi ex
Joh.14. omnibus præsentis tẽporis fructibus: quibus dictũ est: Et maiora his facietis. Fudit em̃ se in eos gratia dei. Isti inquã ingemiscebant expectãtes redemptionẽ corporis totius: & adhuc ingemiscũt: quia multorũ est labor qui adhuc fluctuant. Et si aliquis ad superiora se littoris subsistat: & adhuc medio corpore cedat̃ fluctibus: ingemiscit
2.Cor.11. & cõparturit: donec totus euadat. Ingemiscit utiq; qui adhuc nobis dicit: Quis infir-
Ro.8. matur & ego nõ infirmor? Non ergo nos moueat qđ ita scriptũ est: Qui primitias spiritus habẽtes: ipsi intra nos ingemiscimus adoptionẽ filiorum expectãtes: redemptionẽ corporis nostri. Sensus em̃ apertꝰ est eo ꝙ primitias spiritus habẽtes ingemiscunt: adoptionẽ filiorũ expectantes. Quæ adoptio filiorũ: redẽptio totius corporis: quando facie ad faciẽ quasi dei filius p adoptionẽ uidebit illud diuinũ & æternum bonũ. Est em̃ adoptio filiorũ in ecclesia dñi: quãdo clamat spiritus: Abba pa-
Gal.4. ter: sicut habes ad Galatas. Sed illa erit pfecta: quãdo resurgent omnes in incorruptione: bonore: gloria: qui merentur faciem dei uidere. Tunc em̃ uere redemptã sc

humana iudicabit cõditio. Vnde Apostolus gloriatur dicẽs: Quia spe salui facti sumus. Saluat em̃ spes sicut & fides: de qua dicit: Fides tua te saluũ fecit. Ergo creatura quæ nõ sponte sed in spe uanitati subiecta est: spe saluatur: sicut & Paulus cũ sciret lucrũ sibi esse mori: ut cũ christo esset solutus corpore: ꝓmanebat in carne ꝓpter eos quos christo acquireret. Spes aũt quid ẽ nisi futuroꝝ expectatio? Vñ ait: Spes aũt quæ uidet nõ ẽ spes. Nõ em̃ quæ uident: sed quæ nõ uident: æterna sũt. Nã qđ uidet quis quid sperat? Videmur em̃ tenere ea quæ uidem⁹. Quomõ ergo quæ tenemus speramus? Nihil igitur eorũ quæ sperantur uidẽt. Oculus em̃ non uidit: nec auris audiuit quæ præparauit deus diligẽtibus eum. Ergo si sperari nõ potest qđ uidetur: nõ bene habent aliqui: nã qđ uidet quis quid & sperat? Nisi & forte sic intelligas: nã qđ uidet quis quid & sperat: uel qd expectat? Quia illud uerũ est: quia id speramus qđ nõ uidemus: & ideo q̃dis abesse uideatur a nobis: expectamus illud ꝑ patientiã. Expectans em̃ expectaui dominũ: & respexit me. Ideo ergo expectam⁹ patienter: quia bonus est dominus sustinẽtibus eum. Et uidetur cõuenire: quia reddidit patientiã. Expectamus quæ speramus & nõ uidemus. Multũ em̃ facit qui sperat ea & expectat quæ nõ uident: & ꝓpterea ꝙ intendat mentẽ ad illud: omne qđ est sustinet. Pulchre autẽ dicitur: Spes autẽ quæ uidetur nõ est spes: de potestatibus isti⁹ sæculi: de dignitatibus: diuitijs. Vides nescio quẽ fascibus præminentẽ & curruⁿ: nihil habet spei in curruⁿ qui uident: Nec in ipso cæli elemẽto spes est: sed in domino cæli. Nec chaldæus in stellis spem habet quas obseruat: nec diues ĩ possessionibus: auarus in usuris: sed ille spem habet qui in eũ spem suam ponit quẽ non uidet: id est: in dño Iesu: qui medius nostrũ stat & nõ uidetur. Deniq; quæ oculus nõ uidit: nec auris audiuit quæ præparauit dominus diligẽtibus eum.

Rom.8. Luc.18. Phil.1. Rom.8. 1.Cor.2.

Sancti Ambrosij ad Horontianũ: dubitationem tollentis: de quo spiritu dictũ sit: Quia postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus: Epla. XXIII.

AMbrosius Horontiano. Concatenãtur sibi epistolæ nostræ: ut tanq̃ inter præsentes uideamur sermonẽ cædere. Ita ego ex tua interrogatiõe: tuq; ex mea explanatione epistolis scribẽdis materiã damus. Moueri em̃ te indicasti: de quo spiritu dictum sit: Quia postulat ꝓ nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Superiora igitur repetamus; ut lectio manifestet qđ quærimus. Similiter inquit & spiritⁿ adiuuat infirmitatẽ nostræ orationis. Nõne tibi uidetur spiritussanctus qui adiutor nobis est: sicut ille cui dicitur: Adiutor meus es tu: ne derelinquas me: neq; despicias me deus salutaris meus? Quis em̃ alius spiritus qui possit docere Paulũ quid oraret? Docet autẽ spiritus christi: sicut & christus orare discipulos suos. Quis autem post christũ doceret nisi spiritⁿ eius: quẽ ipse misit ut doceret: & dirigeret nostras orationes? Oramus em̃ spiritu: oramus & mente. Vt bene mẽs possit orare: præcedit spiritus: & deducit eã in uiam rectã: ne obrepant carnalia: ne minora: ne etiã maiora uiribus. Vnicuiq; em̃ datur manifestatio spiritus ad utilitatẽ. Deniq; scriptũ est: Petite magna: & parua adijcientur uobis. Petite cælestia & terrena adijcientur. Ergo uult nos maiora petere: nõ in terrenis morari. Ille aũt scit quid tribuat diuidẽs singulis ꝓ ut uult. Dicit em̃ interdũ sciens mensurã quã nos ignoramus: nõ potestis hæc modo accipere. Peto mihi passionẽ martyrij: spiritus ꝓmptus est: sed uidens infirmũ carnis meæ: ne dũ maiora cupio: minora amittã: dicit: Non potes hæc accipere: quales occasiones habui: & de ipso ꝓpe fine reuocatus sum. Nouit em̃ bonus medicus quæ esca cui apta sit infirmitati & cui tẽpori ad profectũ ualitudinis. Interdũ opportunitas escæ sanitatẽ reddit: ꝙ si iportune aliquis accipiat aut nõ cõueniẽter: implicatur periculo. Ergo quia nos nescimus quid orem⁹ & quomõ oporteat: postulat ꝓ nobis spiritussanctus: est em̃ aduocati nostri Iesu: & postulat gemitibus ineffabilibus. Dolet em̃ ꝓ nobis & christus. Et deus pater dicit: Ventrẽ meum doleo. Et frequẽter indignantẽ eum legim⁹ & dolentẽ. Gemit autẽ ut auferat peccata nostra: doceat nos agere pœnitentiã. Est em̃ pius gemitus & plenus auctoritatis: de quo dicit ꝓpheta: Et gemitus meus nõ est absconditus a te. Nõ enim latebat ut Adam:

Rom.8. Psal.26. 1.Cor.14. Ibidem.12. Hiere.4. Psal.37.

1 Paralipo. 21 sed dicebat: Ecce ego pastor: & grex iste quid deliquit? Ego peccaui: in me uindica. Ex hoc igitur gemitus spiritus dei: & ille ꝓphetæ gemitus: bene ineffabilis quia
2. Cor. 12. cælestis. Ea em̃ quæ in cælo audiuit Paulus: ineffabilia audiuit: ut fari ea hoies non debeãt: sed quæ occulta hominib⁹: deo nota sunt. Nouit em̃ omnia qui scrutator est cordis: sed illa scrutat quæ mundauit spirit⁹. Nouit ergo deus quid postulet spũs: & quæ spũs sapientia sit: qa interpellat ꝓ sanctis: sicut habes: quia & spirit⁹ interpellat ꝓ nobis. Pro quibus em̃ christ⁹ passus est: & quos sanguine mũdauit suo: ꝓ ijs interpellat & spũs. Vale & nos ut filius dilige: qa nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Marcellum: narrantis se causam ueternosi iurgij inter illum & fratrem ac sororem cõponendi tanq̃ arbitrum suscepisse: rationẽq; huiuscemodi cõpositionis exponentis: Epla. XXIIII.

AMbrosius Marcello. Apud me decursus est tui textus negocij q̃ nõ intulisti sed recepisti: quia erat & pietatis necessitas: & ꝓbandæ in pauperes liberalitatis uoluntas. Cognoui aũt ꝑm sacræ formã præceptionis: in qua me induit & beatissimi apostoli auctoritas: & tuæ doctrinæ ac uitæ forma & disciplina. Nã cũ ipse arguerem q̃ adhuc iter uos maneret ueternosum iurgium: cognoscẽdi mihi necessitatem partes impposuerunt. Erubui: recusare fateor: cũ præsertim rogati utriusq; partis inuicem se lacesserent dicẽtes: ut meo sub examine liqueret: cui parti maiora iuris uel iusticiæ suffragia forẽt. Quid plura? Cum iã cõclusi essent dies & paucarum borarũ supereset spaciũ: quibus tamẽ alia audiret præfect⁹ negocia: petierũt causæ patroni ꝓgari paucorum dierũ tempora: ut ego residerẽ cognitor. Tantus ardor erat christianis uiris: ne præfect⁹ de episcopi iudicaret negocio. Aiebãt præterea nescio quæ gesta indecora: & ꝓ suo quisq; studio iactabat: quæ episcopo potius iudice q̃ præfecto examinari oporteret. His cõfusus: simul admonitus apostolicæ
1. Cor. 5. præceptionis quæ arguit dicens: Nõne de ijs qui int⁹ sunt: uos iudicatis? Et iterum:
Ibidem. 6. Sæcularia igit iudicia si habueritis: cõtemptibiles qui sunt in ecclesia illos cõstituite ad iudicandũ: Ad uerecundiã uestrã dico. Sic nõ est iter uos sapiẽs quisq̃ qui possit iudicare inter fratrem suũ: sed frater cum fratre iudicio cõtendit: & hoc apud infideles. Recepi cognitionẽ ita tamẽ ut cõpositionis essem arbiter. Videbam em̃ q̃ si ꝓ tuis iudicarẽ partibus: posset ille nõ acquiescere: si ꝓ illo ferretur sentẽtia: obediret tua & sanctæ sororis defensio. Erat ergo iniqua decernendi cõditio. Posset etiã illis uideri suspecta necessitudinis sacerdotalis gratia. Quando em̃ uictus quẽuis alium q̃ se æquiorẽ putat? Et qd uerum est: erant uetusti iurgij intolerabilia utriq; parti dispendia: si finis eius aut fructu careret aut liberalitatis solatio. Cũ igitur anceps iudiciũ: ius controuersum: multiplices ab utraq; parte actiones cernerẽ: inuidiæ plenas supplicationes: rescriptorũ quoq; obreptiones obtexerẽt: Aduerterẽ etiã graui conditione illũ si uicisset: acturum de duplis fructibus & de sumptibus annosæ litis: Tuo aũt officio nõ conuenire: ut expensas iurgij poscereś: nec competere ut quicq̃ de fructib⁹ possessor ageres quos ꝓcepisses: malui iurgium cõpositione cædere: q̃ ꝓnunciatione acerbare. Alia em̃ habebant excitari iurgia. Tum qd est grauissimũ: & si iurgia sublata forent: erant tamẽ odia mansura quæ apud bonos mores dispendij sunt. Inter hos æstus positus: cũ me psona sacerdotis: fœminei sexus uiduæ grauitas: amici quoq; cõtemplatio: trino quodã non pfunctorio cõueniret nomine: illud sequendũ putaui: ut neminẽ uinci uellem: & omnes uincere. Nec fefellit sentẽtia. Vicistis em̃ omnes germaniti: uicistis naturæ: uicistis scripturæ dicenti: Quare non magis iniuriã accipitis? Quare nõ magis fraudem patimini? Sed putas te grauatum
Act. 26. iactura iuris: dãno pecuniæ. Meliora utiq; sacerdotibus dãna q̃ lucra sæculi sunt. Beatius est em̃ dare q̃ accipere. Sed forte dicas: fraudem nõ debui pati: iniuriã nõ debui perpeti: damnũ subire. Quid ergo? Inferre uelles? Sed & si tu nõ inferres: ille se
1. Cor. 6. passum diceret. Itaq; uide quid dicat Apostolus: Quare nõ magis fraudem patimini? ut ꝓpe uideatur qui nõ patitur fecisse. Tolerare em̃ debet qui fortior est. Verũ quid ego ita tecũ ago: quasi hoc meũ & nõ tuũ sit? Tu em̃ obtulisti quasi arbiter litis

ut ſoror i diē uitæ ſuæ poſſideret partē prædij: poſt obitū eius fratri cederet omnis poſſeſſio. Neq; quiſq; eū uel tuo uel eccleſiæ cōueniret nomine: ſed ſibi haberet: ſi ita mallet: ut nihil diſpenſaret eccleſiæ. Hoc cū ego prædicarē & præferrē tantam animo tuo infuſā liberalitatis gratiā: reſpōdit germanꝰ tuꝰ: placere ſibi oblationē ſi metus deteriorandæ poſſeſſionis decederet. Quēadmodū em̄ fœmina: & qđ eſt amplius uidua: poſſeſſionē regeret tributariā? Quid ſibi ꝓfuturum ꝙ ſibi iura poſſeſſionis cederes: ſi maiora ex incultu agri ſubeūda ſibi damna arbitraretꝰ? Mouebat hoc utriuſq; partis rogatos. Itaq; omniū cōſpirāte aſſenſu placuit ut Lætus agrū ſuſciperet: & certum numerū frumenti: uini: olei ſorori quotānis penſitaret. Ergo ſanctæ germanæ tuæ nō ius ſed ſollicitudo deceſſit: nō fructus ſed culturæ labor: nō reditus ſed incerti euentus quædā (ut dicitur uulgo) alea. Si tēpeſtates uentorū graues prouentū impedierint: ſorori tamē tuæ ſua ubertas manebit. Si nimia ſiccitate aruerint locorū gignentia: ſorori tamē tuæ fata nō minuetur fæcunditas. Sibi aſcribit Lætus conditionē oblationis ſuæ: ſi neceſſitates tempoꝝ & extraordinariæ incubuerint exactiones: Germana tua beneficio tuo & diſpendio Læti īmunis erit. Lætus autē ſe ꝓprietate locorū ſolabitur. Viciſtis ergo omnes. Lætus: quia ius loci adeptus eſt qđ nō tenebat: ſoror: quia annuiſ potietur fructibꝰ: iam ſine lite: ſine iurgio: nemo tamē plenius: nemo glorioſius q̄ tu uiciſti: qui dum erga ſororē confirmari uis liberalitatem tuā: in utrūq; eam fraternæ conſortē neceſſitudinis cōtuliſti. Nā & fratri conceſſiſti ꝓprietatē: & ſorori uſus fructum. Nihil autē adimitur eccleſiæ: qđ pietati acquiritur. Caritas em̄ non damnū ſed lucrū chriſti eſt. Deniq; caritas fructus ſpirituſſancti eſt: Apoſtolico igitur charactere cognitio decurſa eſt. Dolebamꝰ ante ꝙ litem haberes. Profuit iurgium: ut formā indueres apoſtolicæ uitæ & præceptionis. Illud ſacerdotio nō congruebat: hæc tranſactio & apoſtolicā decet normam. Gal. 5.

Nec uereare ne īmunis ſit atq; exors eccleſia liberalitatis tuæ. Habet & illa fructus tuos & quidē uberiores: habet fructꝰ doctrinæ tuæ: habet tuæ uitæ ſtipendiū: habet fæcunditatē: quā tuis inſtitutis rigaſti. His diues redditibꝰ nō quærit tēporalia quia æterna poſſidet. Addidiſti aūt ei nō ſolū apoſtolicos ſed etiā euangelicos fructus. Dominꝰ em̄ dixit: Facite uobis amicos de iniquo māmona. Feciſti & tu amicoſ: & qđ mirabile eſt: ex diſſidētibus. Feciſti in ius germanitatis redire fratres: feciſti eos hac caritate: hac gratia ſecuros eſſe ꝙ ſuſcipiant̄ in æterna tabernacula Chriſto igitur auctore: & duobus arbitris ſacerdotibꝰ: te qui formā prior dediſti: me q̄ ſentētiā ꝓm pſi: facta pax nō claudicabit: qñ tanta fidei cōuenerūt ſuffragia: ut pfidia nō poſſit eſſe ſine pœna. Arabit Lætus ſorori: cui antea alienos iuidebat labores: meſſem Lætus ſorori colliget: in qua ante ferre nō poterat alienas donationes: deferet fructꝰ ad ſororis horrea: & hoc lætꝰ faciet: recepta iā etiā nominis ſui ꝓprietate. Tu interea cōformatus in apoſtolū chriſti: aſſumens ꝓphetica auctoritatē dices ad dñm: Poſſe diſti renes meos. Hæc melius chriſtū poſſeſſio decet: ut uirtutes ſacerdotis poſſideat ſui: hos fructus capiat: qui ſunt integritatis & cōtinentiæ: & qđ eſt amplius caritatis & tranquillitatis. Vale & nos dilige: qa nos te diligimus. Luc. 16. Pſ. 138.

Gratiani auguſti: ad beatum Ambroſium: ut ad ſe docendum uenire feſtinet poſtulantis: & ut ſcripturis atque argumentis ſpiritumſanctū deum eſſe conuincat: rogantis: Epiſtola. XXV.

AMbroſio religioſo ſacerdoti oipotētis dei: Gratianꝰ auguſtꝰ. Cupio ualde aut quē recordor abſentē: & cū quo mente ſū: cū eodē corpore ſim præſenti. Feſtina igitur ad me religioſe ſacerdos: ut doceas doctrinā uere credentē: nō quo cōtentioni ſtudeam: aut uelim magis deū uerbis q̄ mente complecti: ſed ut magis aperto pectori reuelatio diuinitatis inſideat. Docebit enim me ille quē non nego: quē fateor deum ac dominū eſſe meū: non ei obijciens quā in me uideo creaturam: qui chriſto nihil me addere poſſe confiteor. Verūtamen ut etiam patri me cōmendem filium prædicando: nō ego in deum uerebor inuidiam: non me talē laudatorem putabo: qui diuinitatē uerbis augeam. Ego infirmus & fragilis: quātū poſ-

ſum prædico:non quantū eſt ipſa diuinitas. Rogo te ut mihi de ipſo tractatu quem dederas:augendo illic de ſpirituſancto fidelem diſputationem: ſcripturis atq; argumentis deū eſſe conuincas. Diuinitas te ſeruet p multos annos:& cultor dei æterni quē colimus leſum chriſtum.

Sancti Ambroſij ad Gratianū auguſtū:epiſtolā ipſius plurimū cōmendātis:ſuæq; uoluntati ſe ſatiſfacturū pollicētis:Epſa.XXVI

Beatiſſimo auguſto Gratiano & chriſtianiſſimo principi:Ambroſiuſ epiſcop⁹.

b Nō mihi affect⁹ defuit chriſtianiſſime principum. Nihil em̄ habeo qđ hoc uerius & glorioſius dicam. Nō inquā mihi affectus defuit:ſed affectū uerecundia retardauit:quo minus clementiæ tuæ occurrerē. Reuertenti tamē ſi nō occurri ueſtigio:occurri animo:occurri uoto:in quo maiora ſūt officia ſacerdotis. Occurri dico. Quādo em̄ abfui:quē toto ſequebar affectu:cui ſenſu ac mentibus inhærebam? Et certe maior animorū præſentia eſt: tuū quotidianum iter legebā: nocte ac die in tuis caſtris cura & ſenſu locatus:orationū excubias prætēdebam:& ſi inualidus merito:ſed affectu ſedulus. Et hæc quidē cum p tua ſalute deferebamus: p nobis faciebamus. Nihil hic adulatiōis eſt quā tu nō requiris:ego alienam noſtro duco officio:ſed plurimū gratiæ quā dediſti. Scit ipſe noſtri arbiter quē fateris:& in quē pie credis:refici uiſcera mea tua fide:tua ſalute:tua gloria:meq; non ſolū officio publico debitas pendere preces:ſed etiā amore priuato. Reddidiſti em̄ mihi quietem eccleſiæ:perfidorū ora atq;(quod utinā)& corda clauſiſti:& hoc nō minore fidei q̄ poteſtatis auctoritate feciſti. Nam quid de litteris recentibus loquar? Scripſiſti tua totā epiſtolam manu:ut ipſi apices fidem tuam pietatēq; loquerentur. Sic Abraam ſua manu quondā uitulū occidit:ut hoſpitibus epulātibus miniſtraret: nec in miniſterio religioſo aliorū adiumenta quæſiuit. Sed ille priuatus aut domino & angelis:aut domino in angelis deferebat:tu imperator dignatiōe regali honoras infimū ſacerdotē. Sed domino defertur:cū ſeruul⁹ honoratur. Ipſe em̄ dixit: Quod uni horum minimorū feciſtis:mihi feciſtis. At ego humilitatē tantūmodo prædico in imperatore ſublimē:ac nō amplius fidem:quā uere conſcia meriti tui mente dixiſti:quā docet te ille quē non negas? Quis em̄ ali⁹ docere te potuit:ut ei nō obijcias quā in te uides creaturā? Nihil moralius:nihil expreſſius dici potuit. Creaturā enim chriſtū dicere: p obiectu cōtumeliæ eſt:non p confeſſione reuerētiæ. Deinde q̄d tam inſolenſ:q̄ id eum exiſtimare qđ nos ſum⁹? Docuiſti igitur me a quo te diſcere uelle p fiteris:nihil tale adhuc legi:nihil tale audiui. Q̄ pium autē illud q̄ admirabile:q̄ in deo nō uereris inuidiā: de patre remunerationē p filij amore præſumis:& laudando filiū:non ei te poſſe aliquid addere confiteris:ſed uelle ut etiā patri te filij prædicatione cōmendes. Qđ utiq; ſolus te docuit ille qui dixit: Qui me diligit: diligetur a patre meo. Addidiſti ad hæc:quia tu infirmus & fragilis:nō te talem laudatorē putaris:ut diuinitatē uerbis augeas:ſed quantū poſſis prædices:nō quantū eſt ipſa diuinitas. Hæc infirmitas in chriſto fortior eſt:ſicut & apoſtolus dixit: Cū infirmor:tunc potēs ſum:hæc humilitas excludit fragilitatē. Veniā plane & feſtinabo ut iubes:ut hæc præſens audiam:ut hæc præſens legam: cū ex tuo ore procedunt.

Matth.25.

Joh.14.

2.Cor.12.

Miſi autē duos libellos:quorum iam quia tuæ clemētiæ ſunt probati:periculū non uerebor De ſpiritu uero interim ueniā ſcriptioni peto:q̄m quē iudicē mei ſim ſermonis habiturus agnoui. Interim tñ ſententia & fides tua de dño & ſaluatore deprompta de dei filio redundat ad aſſertionē uberrimā:p quā ſancti quoq; ſpirit⁹ diuinitas ſempiterna credat:ut nō ei obijcias quā in te uides creaturā:nec deū patrē domini noſtri leſu chriſti ſpiritui ſuo exiſtimes inuidere. Q̄ em̄ creaturæ caret cōmunione:diuinū eſt. Si dñs fauerit:huic etiā clementiæ tuæ ſatiſfaciā uoluntati:ut cuius accepiſti gratiā:eū plane in dei gloria præminentē ſuo nomine exiſtimes honorandū. Beatiſſimū te & florētiſſimū deus oipotēs pater dñi nri leſu chriſti tueri æta te plixa:& regnum tuū in ſūma gloria & pace perpetua cōfirmare digneť dñe imperator auguſte:diuino electe iudicio:principū glorioſiſſime.

Sancti Ambrosij ad Valentinianum imperatorem: legationis suæ expositionē insinuantis: Epistola. XXVII.

AMbrosius Valentiniano imperatori. Et si superioris legationis meæ fides ita approbata sit tibi: ut ratio eius a me non quæreretur. Satis ēm claruit eoipso ꝙ aliquot dies retentus sum intra gallias: me uiolenti a maximo nō recepisse: neꝙ ijs astipulatū quæ ad uoluntatē eius magis q̄ ad pacem protenderent. Deniꝙ non cōmisisses secundā legationē: nisi primam probasses. Sed quia regrediēti mihi decernendi secum imposuit necessitatē: ideo hac epistola expositionē legationis meæ insinuandam putaui: ne cuiusq̄ sermo uiri prius uana intexeret q̄ redit⁹ meus integra & sinceræ ueritatis expressa signaculo manifestaret. Cū peruenissem treuiros: postridie processi ad palatium. Egressus est ad me uir gallicanus: præpositus cubiculi: eunuchus regius. Poposci adeundi copiā: quæsiuit num rescriptū habe rem clemētiæ tuæ. Respondi haberi. Retulit nō posse me nisi in consistorio uideri. Dixi non esse hunc morē sacerdotalē: certe esse aliqua: de quibus serio deberē cum suo principe cōfabulari. Quid plura? Consuluit eū: sed eadē referenda credidit: ut liqueret etiā priora ex illius arbitrio deprompta. Dixi tamē alienū id quidē a nostro munere: sed me recepto officio non defuturū: gratam mihi esse humilitatem in tuo præsertim: & qd̄ uerū est: fraternæ pietatis negocio. Vbi sedit in cōsistorio: ingressus sum: assurrexit ut osculū daret. Ego inter consistorianos steti: hortari cœperunt alij ut ascenderē: uocare ille. Respondi ego: Quid oscularis eum quem nō agnoueris? Si ēm me agnouisses: nō hoc loco uideres. Cōmotus es inquit episcope? Nō inquā iniuria: sed uerecundia qd̄ alieno cōsisto loco. Et prima inquit legatione ingressus es consistoriū. Nec illud inquā mei erroris fuit: uocantis nō ingrediētis uitiū est. Cur inquit ingressus es? Quia inquā tunc ut inferiori pacem petebā: nunc ut æquali. Cuius inquit beneficio æqualis es? Respondi: omnipotētis dei: qui Valentiniano regnum qd̄ dederat reseruauit. Ad postremū erupit dicēs: Quoniā me lusistis: & ille Bauto qui sibi regnū sub specie pueri uendicare uoluit: Qui etiā barbaros mihi immisit: quasi ego non habeā quos possim adducere. Cum mihi tot milia barbarorū militent: & annonas a me accipiant. Q si ego tunc quādo ueneris nō essem retentus: quis mihi obstitisset & uirtuti meæ? Ad hanc ego leniter: Nō opus est inquā ut cō mouearis: cum causa nulla sit cōmotionis: sed patienter audias quæ referantur istis.

Propterea & ego ueni: quia prima legatione dū mihi credis: per me deceptum te esse asserebas. Glorioſum mihi est hoc pro salute pupilli imperatoris. Quos enim episcopi magis q̄ pupillos debemus tueri? Scriptum est enim: Iudicate pupillo: & iustificate uiduam: & eruite iniuriā accipiētem. Et alibi: Iudices uiduarum & patres orphanorum. Tamē nō exprobrabo beneficiū meum Valentiniano: ut uerum eloquar. Vbi ego tuis legionibus obstiti: quo minus influeres in italia? Quibus rupibus? qua acie? quib⁹ numeris? An uero corpore meo clausi tibi alpes? Vtinā hoc meū esset obiectionem nō timerem: non uererer criminationes tuas. Quibus pro missis lusi te: ut paci acquiescerēs? Nonne intra gallias iuxta urbem mogontiacum comes uictor occurrit mihi quem direxisti ut pacem rogaret? In quo ergo te fefellit Valentinianus: qui prius pacem a te rogatus est q̄ postularet? In quo fefellit Bauto qui deuotionem imperatori exhibuit suo? An quia principem suū non prodidit? In quo ego te circūscripsi? Qui ubi primum ueni cum diceres ꝙ Valentinian⁹ ad te quasi filius ad patrem uenire deberet: responderim: nō esse æquum ut aspero hyemis tpe puer cum matre uidua penetraret alpes. Sine matre aūt tāto itineri: dubijs rebus cōmitteretur. De pace nobis legationē commissam: non de aduentu eius ꝓ missionem: spondere nos id non potuisse: certum est: ꝙ mandatum nō erat: me certe nihil spopondisse: adeo ut diceres expectemus: quid uictor respōsi referat. Illum autē liquet me retento peruenisse mediolanū: negatūꝙ ei qd̄ postulabat. De pace tantū conspirare studia: nō de aduentu imperatoris: quem moueri non oporteret. Præsens erā ubi uictor rediit. Quomō ergo reuocaui Valentinianū? Legati iterū

Esa. 1. Psa. 67.

missi ad gallias qui eius aduentū negarent. Apud ualentiam gallorū me reppererūt milites utriusq; partis qui custodirent iuga montiū: offendi reuertēs. Quos ego tuos reuocaui exercitus? quas de italia reflexi aquilas? quos imisit barbaros bauto comes? Et quid mirū si hoc bauto feciſſet: trāsrhenanus genere: cū tu miniteris imperio romano barbarorū auxilia: & turmas transſlimitanas: quibus cōmeatus puincialium tributa soluebant? Vide autē quid interſit inter tuas minitationes: & Valentiniani augusti pueri mansuetudinē. Tu flagitabas ꝙ barbarorū stipatus agminib⁹: italiæ te infunderes: Valētinianus hunnos atq; alanos appropinquātes galliæ p alemāniæ terras reflexit. Quid habet inuidiæ si bauto barbaros cū barbaris fecit decernere? Quoniā dū tu militē romanū occupas: dum is aduersum se utrūq; prætendit: in medio romani imperij sinu iuthūgi populabant' rhetias. Et ideo aduersus iuthungū hunnus ascit⁹ est. Idem tamē quia de finitimo ꝓterebat alemāniā: etiā de uicinia mali urgebat gallias: coactus est triūphos suos deserere: ne tu timeres. Cōfer utriusq; factum. Tu feciſti icursari rhetias: Valentinian⁹ suo tibi auro pacē redemit. Aspice illum quoq; qui tibi ad dexterā assiſtit: quē Valentinian⁹ cū posset suum dolorem ulciſci: bonoratū ad te redire fecit. Tenebat eum in suis terris: atq; in ipso nūcio necis fraternæ frenauit impetus. Ne tibi uicem & si non parilis dignitatis: eiusdē tamē necessitudinis retulit. Confer ergo te iudice utriusq; factū. Ille tibi fratrē tuū uiuentē remisit: tu illi uel mortuū redde. Quid illi reliquias germani abnegas: qui tibi aduersum se auxilia nō negauit? Sed uereris ne exuuiarū redditu renouetur mi litibus dolor? Hoc em̄ allegas: Quē uiuentē deseruerūt: eum defendēt peremptū?

Quid eū mortuum times: quē occidiſti cum posſes reseruare? Hostem inquis meum peremi. Nō ille tuus hostis: sed tu illius. Ille iam nō sentit defensionē. Tuā causam cōsidera. Si quis aduersum te hodie imperiū in his partibus usurpandū putet: quæro utrū te hostē illius dicas: an illum tibi? Nisi fallor: usurpator bellum infert: imperator ius suū tuetur. Ergo quē non debueris occidere: eius reliquias negas? Habeat Valētinianus imperator uel fratris exuuias: pacis tuæ obsides. Et quomō allegabas ꝙ eū nō mandaueris occidi quē ꝓhibes sepeliri? Poterit igitur credi ꝙ ei non inuideris uitā: cui etiā sepulturam inuides? Sed ad me reuertar. Audio te queri ꝙ se ad Theodosiū imperatorē potius cōtulerint: qui sunt cū Valentiniano imperatore: Quid igitur futurū sperabas: cū tu refugientes eos ad pœnam poscereſ: captos necares: Theodosius autē muneribus ditaret: donaret honorib⁹? Quos inquit occidi? Respondi ei: balionē. At quē uirum? qualē bellatorem? Hæccine fuit iusta causa exitij: ꝙ imperatori suo fidē seruauit? Nō ego inquit eum iussi occidi. Respōdi. Hoc audiuimus ꝙ occidi iussus sit. Sed inquit: si ipse sibi uim nō intulisset: iusseram eū deduci cabylumnū & ibi uiuū exuri. Respondi. Ergo ꝓpterea & illud creditū est ꝙ eū occideris. Quis aūt sibi parcendū putaret: cum occisus sit bellator strenuus: miles fidelis: comes utilis? Ita tū discessi: ut se tractaturum diceret. Postea cū uideret me abstinēre ab episcopis qui cōmunicabāt ei: uel qui aliquos deuios licet a fide ad necē petebāt: cōmotus eis iussit me sine mora regredi. Ego uero libēter: & si me plærig; insidias euasurum non crederent. Ingressus sum iter: hoc solo dolore ꝓcitus ꝙ Hyginū episcopū senē in exiliū duci cōperi: cui nihil iam nisi extremus supesset spiritus. Cū de eo cōuenirē comites eius: ne sine ueste: sine plumatio paterent' extrudi senem: extrusus ipse sum. Hæc est expositio legationis meæ. Vale imperator & esto tutior aduersus hominē pacis inuolucro bellū tegentē. Vale.

Sancti Ambrosij ad Theodosiū imperatorē: seipsum excusantis: & ut ille facinoris sui pœnitentiam agat: rationibus atque exemplis suadentis: rogantis: hortantis: & admonentis: Epistola. XXVIII.

Vgustissimo imperatori Theodosio: Ambrosi⁹. Et ueteris amicitiæ dulcis
a mihi recordatio est: & beneficior⁹ quæ crebris meis itercessionib⁹ sūma gratia in alios cōtulisti: gratiæ memini. Vnde colligi pōt ꝙ non ingrato aliquo affectu aduentum tuum semper mihi antebac exoptatissimū declinare potuerim.

Sed qua cauſa hoc fecerim: breuiter expediã. Soli mihi in tuo comitatu ius naturæ ereptum uidebã audiendi: ut & loquendi priuarer munere. Motus em̃ frequẽter es ꝙ ad me pueniſſent aliqua quæ in cõſiſtorio tuo ſtatuta forent. Ego ergo expers cõmunis uſus ſum: cũ dicat domin⁹ Ieſus: nihil eſſe occultũ qđ nõ manifeſtet? Luc. 8.
Verecũdia igit̃ qua potui: ſatiſfeci imperiali arbitrio: & ꝓſpexi ne aut ipſe cauſã cõmotionis habeas: cũ id egerim: ne quid ad me de imperialib⁹ deferatur ſtatutis: aut ego cũ fuero præſens: aut nõ audiam ꝓ metum omniũ: & quaſi cõniuentis famã ſubibo: aut ita audiam ut mihi aures pateant: uox intercludat̃ ut audita non poſſim eloqui: ne eos qui in ſuſpitionẽ ꝓditionis uenerint lædam in periculo. Quid igitur facerem? Nõ audirẽ? Sed aures nõ poſſem cæra ueterũ fabularum claudere. Proderẽ? Sed qđ in tuis iuſſus timerẽ: in meis uerbis deberem cauere ne quid cruentũ cõmitteretur. Tacerem? Sed qđ miſerrimũ forte omniũ: alligaretur cõſcientia: uox eriperetur. Et ubi illud: ſed ſi ſacerdos nõ dixerit erranti: is qui errauerit in ſua cul- Ezech. 3.
pa morie: Et ſacerdos reus erit pœnæ: quia nõ admonuit errantẽ. Accipe illud imperator auguſte qđ habeas fidei ſtudiũ: non poſſum negare: qđ dei timorẽ: non diſſiteor. Sed habes naturæ impetũ: quẽ ſi quis lenire uelit: cito uerteſ ad miſericordiam: ſi quis ſtimulet: in maius exuſcitas ut eum reuocare uix poſſis. Vtinã ſi nemo mitigat: nullus accẽdat: libẽter eũ cõmitto tibi: ipſe te reuocas: & pietatis ſtudio uincis impetũ naturæ. Hunc ego impetũ malui cogitationib⁹ tuis ſecreto cõmittere q̃ meis factis publice fortaſſis mouere. Itaq; malui officio meo aliqđ deeſſe q̃ bũilitati: & requiri in me ab alijs ſacerdoti auctoritatẽ q̃ a te deſiderari in me amantiſſime honorificentiã: ut repreſſo impetu integra eſſet cõſilij eligendi facultas. Prætẽdi ægritudinẽ corporis reuera grauẽ: & niſi a uiris mitioribuſ uix leuandã: uel emori tñ maluiſſem q̃ aduentũ tuum biduo aut triduo nõ expectarẽ. Sed quid facerẽ non erat.
Factũ eſt in urbe theſſalonicenſiũ qđ nulla memoria habet: qđ reuocare nõ potui ne fieret: Immo qđ ante atrociſſimũ fore dixi: cũ totiens rogarẽ: & qđ ipſe ſero reuocando graue factum putaſti: hoc factũ extenuare non poterã. Quãdo primũ auditum eſt: ꝓpter aduentum gallorum epiſcoporum ſynodus cõuenerat: nemo nõ ingemuit: nullus mediocriter accepit: nõ erat facti tui abſolutio in Ambroſij cõmunione. In me etiã amplius cõmiſſi exaggeraretur inuidia. Si nemo diceret dei noſtri reconciliationẽ fore neceſſariã: an pudet te imperator hoc facere qđ rex propheta auctor chriſti ſm carnem proſapiæ fecit Dauid? Illi dictũ eſt: Quia diues qui habe- 2. Reg. 12.
ret plurimos greges: unam pauperis ouẽ ꝓpter aduentũ hoſpitiſ eripuit & occidit: & cognito ꝙ in hoc ipſe argueretur quia ipſe feciſſet: ait: Peccaui domino. Noli ergo impatienter ferre imperator: ſi dicat̃ tibi: Tu feciſti iſtud qđ Dauid regi dictũ eſt a propheta. Si em̃ hoc ſedulo audieris. & dixeris: Peccaui domino. Si dixeris regale illud ꝓpheticum: Venite adoremus: & ꝓcidamus ante eum: & plorem⁹ ante do- Pſ. 94.
minũ noſtrum qui fecit nos: dicetur & tibi: quoniã pœnitet te: dimittit tibi domin⁹ peccatum tuũ: & nõ morieris. Iterum cũ plebem numerari iuſſiſſet Dauid: percuſſus eſt corde: & dixit ad dominũ: Peccaui uehementer ꝙ fecerim hoc uerbũ: & nũc 2. Reg. 24.
domine aufer iniquitatẽ ſerui tui qđ deliqui uehementer. Et miſſus eſt iterum ad eum Nathan propheta: qui ei trium optionem conditionũ offerret: & quã uellet eligeret: Famem tribus annis in terra: aut tribus menſibus fugeret a facie inimicor⁹ ſuorũ: aut triduo mortẽ in terra. Et reſpondit Dauid: Anguſtiæ ſunt tria hæc uehemẽter: uerũtamen incidã in manu dñi: quoniã multæ miſericordiæ eius nimis: & in manus hominis nõ incidã. Culpa aũt erat: quoniã uoluit ſcire numerũ toti⁹ plebis quæ ſecũ erat: qđ ſcire deo ſoli debuit reſeruare. Et cũ inquit mors fieret in plebe: ipſo primo die ad horã prandij cũ uidiſſet Dauid ꝓcutientẽ angelũ in plebẽ: ait Dauid: Ibidem.
Ego peccaui: & ego paſtor malignũ feci: & hic grex quid fecit? Fiat man⁹ tua in me & in domũ patris mei. Itaq; pœnituit dñm: & iuſſit angelo ut parceret plebi: ſacrificiũ aũt offerret Dauid. Erãt em̃ tunc ſacrificia ꝓ delictis: hæc nũc ſũt ſacrificia pœnitẽtiæ. Itaq; ea bũilitate acceptior deo fact⁹ eſt. Nõ em̃ mirandũ peccare hoiem: ſed

illud reprehensibile: si nō se cognoscat errasse: nō humiliet deo. Iob sanctus & ipse
Job.31. potēs in sæculo: ait: Peccatū meū nō abscōdi: sed corā plebe omni annūciaui. Ipsi im-
1.Regs.18. mani regi Saul dixit Ionathas filius suus: Noli peccare in seruū tuū Dauid: & ut quid
peccas in sanguinē innocentē: occidere Dauid sine causa? Quia & si rex erat: peccabat tn̄ si occideret innocentē. Deniq; etiā Dauid cū iam regno potiret: & audisset
2.Regs.3. Abner innocentē occisum a Ioab duce militiæ suæ: ait: Innocēs sum ego & regnum meū amodo & usq; in æternum a sanguine Abner filij Ner: & ieiunauit in dolore. Hæc ideo scripsi: nō ut te confundā: sed ut regū exēpla ꝓuocent: ut tollas hoc peccatum de regno tuo. Tolles autē: humiliando deo animā tuā. Homo es: & tibi uenit tentatio: uince eā. Peccatū nō tollit̄ nisi lachrymis & pœnitētia. Nec angel⁹ po-
Matth.28. test: nec archangelus: dn̄s ipse qui solus pōt dicere: Ego uobiscū sum: si peccauerim⁹ nisi pœnitētiā deferētibus nō relaxat. Suadeo: rogo: hortor: admoneo: quia doleri est mihi: ut tu qui pietatis inauditæ exemplū eras: qui apicē clementiæ tenebas: q̄ singulos nocentes nō patiebaris periclitari: tot perijsse nō doleas innocentes. Et si in prælijs fœlicissime egeris: & si in alijs quoq; laudabilis: tamē apex tuorū operum pietas semp fuit. Id tibi inuidit diabolus qđ habebas præstantissimū. Vince eū: dū habes adhuc unde possis uincere. Noli peccato tuo aliud peccatum addere: ut usurpes qđ usurpasse multis officit. Ego certe in omnib⁹ alijs licet debitor pietati tuæ: cui ingratus esse nō possū: quā pietatē multis imperatorib⁹ præferebā: uni adæquabam. Ego inquā causam in te cōtumaciæ nullā habeo: sed habeo timoris: offerre nō audeo sacrificiū: si uolueris assistere. An qđ in unius innocētis sanguine nō licet: in multorū licet? Nō puto. Postremo scribo manu mea qđ solus legas. Ita me dominus ab omnib⁹ tribulationibus liberet: quia nō ab homine neq; ꝑ hominē sed aperte mihi interdictum aduerti. Cū em̄ essem sollicitus: ipsa nocte qua ꝓficisci parabā: uenisse quidem uisus es ad ecclesiā: sed mihi sacrificiū offerre nō licuit. Alia præterea: ut potui cauere. Sed ꝓtuli amore tuo ut arbitror. Domin⁹ faciat ut omnia cū trā quillitate cedant. Multifarie deus noster admonet: signis cælestibus: ꝓphetarum præceptis: uisionib⁹ etiā peccatorē uult nos intelligere: quo rogemus eū: ut ꝓturbationes auferat: pacem uobis imperātibus seruet: fides ecclesiæ & trāquillitas ꝑseueret: cui ꝓdest christianos & pios esse imperatores. Certe uis ꝓbari deo omnis rei
Ps.118. tempus: ut scriptū est: Tempus inquit faciendi domine. Et tēpus beneplaciti deus.
Ps.68. Tunc offeres: cū sacrificandi acceperis facultatē: quādo hostia tua accepta sit deo. Nōne me delectaret habere gratiā imperatoris: ut ſm uoluntatē tuam agerē: si causa pateretur? Et simplex oratio sacrificiū est: hæc ueniam refert: illa offensionē: quia hæc habet humilitatē: illa contemptū. Dei em̄ uox est: ꝙ malit ut fiat mandatū ei⁹ q̄ deferatur sacrificium. Clamat istud deus: ad populū Moyses annūciat: ad popu-
Osee.6. los Paulus prædicat. Id facito qđ intelligis in tēpore plus placere. Misericordiā in-
Matth.9 et 12 quit malo q̄ sacrificium. Quare nō illi magis sint christiani qui peccatū condēnant
Prouer.18. suum: q̄ qui defendere putant? Iustus em̄ in exordio sermonis accusator est sui. Qui se accusat cū peccauerit: iustus est: nō ille qui se laudauerit. Vtinā imperator etiam ante mihi potius credidissem q̄ consuetudini tuæ: dum puto ꝙ cito ignoscis: cito reuocas: ut sæpe feciſti: & tu præuentus es: & ego nō declinaui qđ cauere nō debueram. Sed gratias domino qui uult seruulos suos castigare ne perdat. Istud mihi cōmune est cum prophetis: & tibi erit cōmune cum sanctis. An ego gratiani patrē nō oculis meis præferam? Debēt ueniā sancta alia pignora tua. Dulce mihi nomen antetuli: quibus amorē cōmuniter detuli. Amo: diligo: orationib⁹ ꝓsequor. Si credis sequere. Si inquā credis agnosce: qđ dico. Si nō credis ignosce quod facio in quo deum præfero. Beatissimus & florētissimus cū sanctis ꝓgnoribus fruaris tranquillitate ꝑpetua imperator auguste.

Sancti Ambrosij ad Theodosiū imperatorē uindicari iubentē in eūm & christianos qui synagogā incēderūt: uehemēter eū ob hoc arguētis: atq; ut aliā epl̄am dictari iubeat: & qđ prius iussum fuerat emēdet: exhortantis: Epl̄a. XXIX.

CLementissimo principi ac beatissimo impatori Theodosio augusto: Ambrosius episcop⁹. Exercitus semp iugib⁹ fere curis sũ imperator beatissime: sed nũq̃ tanto in æstu fui quãto nũc. Cũ uideo cauendũ ne qd sit qđ ascribaṫ mihi etiã de sacrilegij periculo. Itaq; peto ut patiẽter sermonẽ meũ audias. Nã si indignus sum qui a te audiar: indignus sum qui ꝑ te offerã: cui tua uota: cui tuas cõmittas preces. Ipse ergo nõ audies eũ quẽ ꝑ te audiri uelis? Nõ audies ꝑ se agentẽ: quẽ ꝑ alijs audisti? Nec uereris iudiciũ tuũ: ne cũ indignũ putaris quẽ audias: indignũ feceris qui ꝑ te audiaṫ. Sed neq; imperiale est libertatẽ dicẽdi negare: neq; sacerdotale qđ sentiat nõ dicere. Nihil em̃ in uobis imperatorib⁹ tã populare & tã amabile est: q̃ libertatẽ etiã in ijs diligere q obsequio militiæ uobis subditi sunt. Siquidẽ hoc itereſt inter bonos & malos pricipes: ꝙ boni libertatẽ amãt: seruitutẽ improbi. Nihil etiã in sacerdote tã periculũ apud deũ: tã turpe apud boies: q̃ ꝙ sentiat nõ libere denunciare. Siquidẽ scriptũ est: Et loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regũ: & nõ cõfundebar. Et alibi: Fili bois speculatorẽ te posui domui israel: in eo inquit ut si auertaṫ iustus a iusticijs suis & fecerit delictũ qa nõ distinxisti ei: hoc est: non dixisti quid sit cauendũ: nõ retinebiṫ memoria iusticiæ ei⁹: & sanguinẽ ei⁹ de manu tua exquirã. Tu aũt si distinxeris iusto ut nõ peccet: & ipse nõ peccauerit: iust⁹ uita uiuet: qa dixisti ei: & tu aĩam tuã liberabis. Malo igiṫ imperator bonorũ mihi esse tecũ q̃ malor& cõsortiũ: & ideo clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentiũ: libertas placere. Nã silẽtij mei ꝑiculo inuolueris: libertatis bono iuuaris? Nõ ergo ĩportun⁹ indebitis me interfero: alienis ingero: sed debitis obtẽpero: mãdatis dei nr̃i obedio.

Qđ facio primũ tui amore: tui gr̃a: tuæ studio cõseruãdæ salutis. Si id mihi uel non crediṫ uel interdiciṫ: dico sane diuinæ offensæ metu. Nã si meũ periculũ te exueret: patiẽter me ꝑ te offerrẽ: sed nõ libẽter. Malo em̃ te sine meo acceptũ deo eẽ & gloriosum ꝑiculo. Sin autẽ silentij mei dissimulationisq; culpa & me ĩgrauat: nec te liberat: malo importuniorẽ me q̃ inutiliorẽ aut turpiorẽ iudices. Siquidẽ scriptũ est dicente sancto Apl'o Paulo: cui⁹ nõ potes doctrinã refellere: Insta oportune ĩportune: argue: obsecra: increpa in omni patiẽtia & doctrina. Habemus ergo & nos cui displicere plus ꝑiculi sit: præsertim cũ etiã imperatorib⁹ nõ displiceat suo quenq; fungi munere: & patienter audiatis unũquẽq; ꝑ suo suggerentẽ officio: imo corripiatis si nõ utaṫ militiæ suæ ordine. Qđ ergo in ijs libẽter accipitis qui uobis militãt: nũ hoc in sacerdotibus põt molestũ uideri: cũ id loquamur nõ qđ uolum⁹ sed qđ iubemur? Scis em̃ lectum: Cũ stabitis añ reges & præsides: nolite cogitare quid loquamini: dabitur em̃ uobis in illa hora quid loquamini. Nõ em̃ uos estis q loquimini sed spũs patris uestri qui loquiṫ in uobis. Et tn̄ si in causis reipublicæ loquar: q̃is etiam illic iusticia seruanda sit: nõ tanto astringar metu: si nõ audiar. In causa uero dei quẽ audies: si sacerdotẽ nõ audies: cuius maiore peccaṫ periculo? Quis tibi uerũ audebit dicere si sacerdos nõ audeaṫ? Nouí te pium: clementẽ: mitẽ atq; tranquillũ: fidẽ ac timorem dn̄i cordi habentẽ: sed plærũq; aliqua nos fallunt. Habent aliqui ẓelum dei sed non ſm scientiam. Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat: cauendũ arbitror. Noui pietatẽ tuam erga deũ: lenitatem in homines: obligatus sum beneficijs tuarum indulgentiarũ. Et ideo plus metuo: amplius sollicitor: ne etiam ipse tuo me postea iudicio cõdemnes: ꝙ mea aut dissimulatione aut adulatione ꝓplsionẽ non euitaueris. Si in me peccari uiderẽ: nõ deberẽ tacere. Scriptũ est em̃: Si frater tu⁹ in te peccauerit: corripe illũ primo: deinde increpa duobus & trib⁹ testibus: si te nõ audierit: dic ecclesiæ. Causam ergo dei tacebo? Quid igiṫ sit qđ metuã cõsiderem⁹. Relatum est a comite orientis militariũ partium: incensam esse synagogã: idque auctore factum episcopo. Iussisti uindicari in cæteros: synagogã ab ipo ædificari episcopo. Non astruo expectandam fuisse assertionem episcopi. Sacerdotes em̃ turbarum moderatores sunt: studiosi pacis: nisi cum & ipsi mouentur iniuria dei aut ecclesiæ contumelia. Sit aliquis iste episcopus feruentior in exustione synagogæ: timidior in iudicio. Nõ uereris imperator: ne acqescat sentẽtiæ tuæ: ne præuariceṫ

Psa.118.
Ezech.3
2.Timoth.4
Matth.10.
Ro.10.
Matth.18.

nō times? Nō etiā uereris qđ futurū est: ne uerbis resistat comiti tuo? Necesse erit igit᷑ ut aut præuaricatorē aut martyrē faciat. V trūq; alienū tēporibus tuis: utrūq; p- secutionis instar: si aut præuaricari cogat᷑: aut subire martyriū. Vides quo inclinet causæ exitus: si fortē episcopū putas: caueto martyriū fortioris: si inconstantē: decli- na lapsum fragilioris. Plus em̄ astringitur qui labi infirmū coegerit. Hac ꝓposita cō ditione puto dicturū episcopū: ꝙ ipse ignes sparserit: turbas cōpulerit: populos con cluserit: ne amittat occasionē martyrij: & ꝓ inualidis subijciat ualidiorē. O beatum mendaciū quo acquirit᷑ sibi alioꝝ absolutio sui gratia. Hoc est imperator qđ popo- sci & ego: ut in me magis uindicares: & hoc si crimen putares: mihi ascriberes. Quid mandas in absentes iudiciū? Habes præsentē: habes confitentē reū. Proclamo ꝙ ego synagogā incenderim: certe ꝙ ego illis mandauerim: ne esset locus in quo chri- stus negaretur. Si obijciatur mihi: cur hic nō incēderim? Diuino iā cremari cœpit iudicio: meū cessauit opus. Et si uerū quæri᷑: ideo segnior fui: qa non putabam hoc uindicandū. Quid facerem ꝙ nullo ultore sine præmio foret. Tangūt hæc uerecū diam: sed reuocāt gratiā: ne fiat opus quo dei sūmi cōtrabatur offensio. Esto tn̄: ne- mo episcopoꝝ ad hoc munus cōueniat. Rogaui em̄ clementiā tuā: & licet ipse hoc reuocatū adhuc nō legerim: reuocatū tn̄ constituamus. Quid si alij timidiores dum mortē reformidant: offerāt ut de suis facultatibus repare᷑ synagoga: aut comes ubi hoc cōpererit primo constitutū: ipse de christianoꝝ censu exædificari iubeat? Ha- bebis imperator comitē præuaricatorem: & huic uexilla cōmittes uictricia: huic la- brū? Hoc est christi sacratū nomine qui synagogā instauret: quæ christū nesciat. Iu- be labrum synagogæ inferri: uideamus si non resistūt. Erit igitur locus iudæorū pfi- diæ: factus de exuuijs eccleſiæ: & patrimoniū qđ fauore christi acquisitū est christia- nis: hoc transferet᷑ ad donaria pfidoꝝ? Legimus tēpla idolis antiquit⁹ cōdita de ma nubijs cimbroꝝ: de spolijs reliquorū hostium. Hunc titulū iudæi in fronte synago- gæ suæ scribent. Templū impietatis factū de manubijs christianorū. Sed disciplinæ te ratio imperator mouet. Quid igit᷑ est ampli⁹: disciplinæ spēs: an causa religiōis? Cedat: oportet cēsura deuotioni. Nō audisti imperator qa cū iussisset Iulianus repa- rari tēplū hierosolymis: qđ diuino qui faciebāt repagulū: igne flagrarūt? Nō caues ne etiā nunc faciat? Adeo a te nō fuit iubendū: ut Iulianus hoc iusserit. Quid tamē mouet? V trū quia quodcūq; ædificiū publicum exustū est: an quia synagogæ loc⁹? Si ædificio incenso moueris uilissimo: quid em̄ in tā ignobili castro esse potuit: nō re- cordaris imperator quantorū romæ domus præfectoꝝ incensæ sūt: & nemo uindi- cauit? Immo si quis imperatoꝝ uoluit factū seueri⁹ rep̄hendere: eius magis qui tāto est ꝑculsus dispendio: causam grauet. Quid igit᷑ dignius ut calinici castri in parte aliqua ædificiorū incendiū: an urbis romæ uindicandū existimare᷑ si oporteret? Ta men cōstantinopoli dudū domus episcopi incēsa est: & fili⁹ clemētiæ tuæ intercessit apud patrē: ut & suam: hoc est: filij imperatoris iniuriā: & domus sacerdotalis incen diū nō uindicares. Nō cōsideras imperator ne & hoc cū uindicari iusseris: ipse ite- rū interueniat ne uindice᷑? Sed bene illud acquisitū est a patre filio. Dignum erat em̄ ut suā iniuriā prius ipse donaret. Bene illud cū gratiæ distinctione diuisum est: ut & filius ꝓ sua: & pater ꝓ filij iniuria rogare᷑. Hic nihil est qđ filio reserues: & uide ne quid deo deroges. Nō est ergo causa tātæ cōmotioni idonea: ut propter ædificij exustionē in populū tam seuere uindice᷑. Multo autē minus quia synagoga incēsa est: pfidiæ locus: impietatis domus: amentiæ receptaculū: qđ deus dānauit ipse. Sic
Hiere. 7. em̄ legimus ꝓ os Hieremiæ: dicente dño deo nostro: Et faciā domui ubi iuocatū est nomen meū sup̄ ipsam: in qua cōfiditis uos: & loco quē dedi uobis & patrib⁹ uestris: sicut feci Sylo: Et ꝓijciā uos a facie mea: sicut ꝓieci fratres uestros oē semē ephren. Et tu noli orare ꝓ populo isto: & noli postulare illis misericordiā: & neq; acceſseris ad me ꝓ illis: qa nō exaudiam te. Aut nō uides quid isti faciunt in ciuitatibus iudæ? Deus se ꝓ illis ꝓhibet rogari quos tu uindicandos putas. At certe si iure gentiū agerē: dicerē quātas eccleſiæ basilicas iudæi tēpore imperij Iuliani incēderint: duas

damaſci:quarũ una uix reparata eſt:ſed eccleſiæ nõ ſynagogæ impẽdijs. Altera baſilica informib⁹ horret ruinis. Incenſæ ſunt baſilicæ gaçis:aſcalone:berito:& illis fere locis omnib⁹:& uindictã nemo quæſiuit. Incẽſa eſt baſilica & alexandriæ a gẽtib⁹ & iudæis:quæ ſola præſtabat cæteris. Eccleſia nõ uindicata eſt: uindicabit ſynagoga?

Vindicabit etiã ualẽtinianoꝝ phanũ incenſum? Quid eſt em̃ niſi phanũ:in quo eſt cõuentus gẽtiliũ? Licet gẽtiles duodecim deos appellẽt:iſti triginta & duos æonas colant:quos appellant deos. Nã & de ipſis cõperi relatũm & præceptũ ut in monachos uindicaret:qui ꝓhibentib⁹ iter ualentinianis quo pſalmos canẽtes ex cõſuetudine uſuꝫ ueteri ꝓgebant ad celebritatẽ machabæorũ martyrũ: moti inſolentia incenderũt phanũ eorũ in quodam rurali uico tumultuarie conditũ. Quot ſe offerre habent tali optioni:cũ meminerint tẽpore Iuliani illũ qa arã deiecit:& turbauit ſacrificiũ:damnatũ a iudice feciſſe martyriũ? Itaꝫ nunq̃ aliaſ ille iudex qui audiuit eũ:niſi pſecutor habitus eſt:nemo illũ congreſſu:nemo illũ unq̃ oſculo dignũ putauit. Qui niſi iam eſſet defunctus:timerẽ imperator ne in eũ tu uindicares:q̃q̃ uindictam cæleſtem nõ euaſerit ſuo ſupſtes bæredi. Sed refertur cognitionẽ mandatam iudici:ſcriptũꝫ eo ꝙ nõ referre debuerit ſed uendicare. Requirẽda quoꝫ ſublata donaria:ut omittã alia. Incenſæ ſunt a iudæis eccleſiarũ baſilicæ:& nihil redditũ eſt:nihil repeti tũ:nihil quæſitũ. Quid autẽ habere potuit ſynagoga in caſtro ultimo:cũ totũ quicquid illic eſt:non multũ ſit:nihil p̃cioſum:nihil copioſum? Quid deinde de incẽdio potuit rapi iudæis inſidiantib⁹? Artes iſtæ ſunt iudæorũ uolentiũ calũniari:ut dum iſta querunt:mandet extra ordinẽ militaris cenſura iudicij:mittat miles fortaſſe dicturus qđ hic aliquãdo ante tuũ imperator dixit aduentũ. Quomõ poterit nos chriſtus iuuare qui ꝓ iudæis aduerſus chriſtũ militamus? Qui mittũtur ad uindictã iudæorũ:ſuos pdiderunt exercitus:noſtros uolunt pdere. In quas præterea nõ ꝓſiliant calũnias:qui etiã chriſto falſis teſtimonijs calũniati ſunt? In quas nõ ꝓſiliant calũnias homines & circa diuina mẽdaces? Quos nõ auctores ſeditionis fuiſſe dicant?

Quos nõ appetant:etiã quos nõ recognoſcant:ut catenatorũ ordines innumeros ſpectent de chriſtiano populo:ut captiua uideãt colla plebis fidelis:ut cõdant in tenebras dei ſeruuli:ut feriant ſecuribus:dent ignibus:tradant metallis: ne pœna cito tranſeat? Hunc dabis triumphũ iudæis de eccleſia dei? Hoc trophæũ de chriſti populo? Hæc gaudia imperator pfidis? Hãc celebritatẽ ſynagogæ? Hos luct⁹ eccleſiæ? Referet iudæorũ populus hanc ſolẽnitatẽ in dies feſtos ſuos:& inter illos ꝓfecto numerabit:quib⁹ aut de amorræis:aut de chananæis triũphauit: aut de Pharaone rege ægypti:aut de Nabuchodonoſor rege babyloniæ manu liberari potuit.

Addet hanc celebritatẽ ſignificãs ſe de chriſti populo triumphũ egiſſe. Et cum ipſi romanis legib⁹ teneri ſe negent:ita ut crimina leges putẽt:nunc uelut romanis legibus ſe uindicãdos putent? Vbi erãt iſtæ leges:cũ incenderẽt ipſi ſacratarũ baſilicarum culmina? Si lulianus nõ eſt ultus eccleſiã:qa præuaricator erat:tu imperator ulciſceris ſynagogæ iniuriã quia chriſtianus es? Et quid tecũ poſthac chriſt⁹ loquet?

Nõ recordaris quid Dauid ſancto ꝓ Nathan ꝓphetã mandauerit? Ego te de fratribus tuis minorẽ elegi:& de priuato imperatorẽ feci:ego de fructu ſeminis tui in ſede imperiali locaui. Ego tibi ſubieci nationes barbaraſ:ego tibi pacem dedi:ego tibi inimicũ tuum in poteſtatẽ tuã captiuum deduxi. Frumentũ nõ habebas ad exercitus alimoniã:ipſorum hoſtiũ manu patefeci tibi portas:aperui horrea:dederũt tibi hoſtes tui cõmeatus ſuos quos ſibi parauerãt. Ego ꝓturbaui hoſtis tui cõſilia ut ſeipſe nudaret:ego ipſum uſurpatorẽ imperij ita uinxi ac mentẽ eius ligaui: ut cũ haberet adhuc fugiendi copiã:tamẽ cum omnib⁹ ſuis tanq̃ metuens ne quis tibi periret: ipſe ſe clauderet:ego comitem eius atꝫ exercitũ ex altera parte naturæ:quos ante diſperſerã:ne ad belli ſocietatẽ coirent:ad ſupplemẽtũ tibi uictoriæ cõgregaui. Ego exercitũ tuum ex multis indomitis conuenã nationib⁹ quaſi unius gẽtis fidem & trã quillitatẽ & concordiã ſeruare præcepi. Ego cũ periculũ ſummũ eſſet:ne alpes infida barbarorũ penerarent cõſilia:intra ipſum alpium uallũ uictoriã tibi cõtuli: ut ſine 2. Regi. 7.

damno uinceres. Ego te triũphare feci de inimico tuo: & tu de plebe mea das meis inimicis triumphũ? Nõne ꝓpterea maximus destitutus est: qa ante ipsos expeditionis dies cũ audisset romæ synagogã incẽsam: edictũ romam miserat: quasi uindex disciplinæ publicæ? Vnde populus christianꝰ ait: Nihil boni huic imineret. Rex iste iudæus factus est: defensorẽ istum disciplinæ audiuimꝰ. Quẽ mox christus ꝓbauit qui ꝓ peccatoribus mortuꝰ est. Si de sermone hoc dictũ est: quid de ultiõe dicetur? Ille igitur statim a francis & a saxonũ gente in sicilia: siciæ: petauione: ubiq; denique terrarũ uictus est Quid pio cõmune cũ perfido? Abolenda cũ impio sunt etiam impietatis exempla. Qđ illi nocuit: & quo uictus offendit: hoc nõ sequi debet sed dãnare qui uicit. Itaq; illa tibi nõ quasi ingrato recensui: sed quasi iure collata enumerauí: ut bis admonitus cui plus collatũ est: plus diligas. Deniq; hoc respondẽti Si-
Luc. 7. moni: dixit dominꝰ Iesus: Recte iudicasti: statimq; cõuersus ad mulierẽ quæ pedes eius unguento unxit: typum ecclesiæ gerẽs: ait Simoni: Propter qđ dico tibi: Remissa sunt peccata eius multa: quoniã dilexit multũ: cui autẽ minus dimittit: minus diligit. Hæc est mulier quæ in domũ pharisæi intrauit: & eiecit iudæũ: christũ autem acquisiuit. Ecclesia em̃ synagogã exclusit: cur iterũ tentat ut apud christi famulum: hoc est de pectore fidei: de domo christi synagoga excludat ecclesiam? Hæc ego imperator amore & studio tui in hunc sermonẽ cõtuli. Debeo em̃ beneficijs tuis quibus me petẽte liberasti plurimos de exilijs: de carceribꝰ: de ultimæ necis pœnis: ut malle debeã ꝓ salute tua etiã offensionẽ tui animi nõ timere (Nemo maiore fiducia utit q̃ qui ex affectu diligit. Nemo certe debet lædere qui sibi consulit) ne tot annorũ cõceptã cuiuscũq; sacerdotij gratiã uno momẽto amittã: Et tamẽ non damnũ gratiæ deprecor sed salutis periculũ. Q̃q̃ quantũ est imperator: ut quærendũ aut uindicandũ nõ putes qđ in hunc diẽ nemo quæsiuit: nemo unq̃ uindicauit? Graue ẽ
Judic. 6. fidem tuã ꝓ iudæis periclitari. Gedeon cũ occidisset sacratũ uitulũ: dixerũt gentiles: dij ipsi iniuriã suã uindicent. Quis habet synagogã uindicare? Christus quẽ occiderũt: quẽ negauerũt? An deꝰ pater uindicabit eos qui nec patrẽ recipiũt qui filiũ non receperũt? Quis habet ualentinianoꝝ hæresim uindicare: q̃ pietas tua? Quomõ uindicat: cũ eos excludi iusserit: nec cõueniẽdi usurpare copiã? Si Iosiã tibi obijcia regem deo ꝓbatũ: hoc in istis dãnabis qđ in illo ꝓbatũ est. Certe si mihi parũ fidei defertur: iube adesse quos putaueris episcopos: tractet imperator qd salua fide agi debeat. Si de causis pecuniarijs comites tuos cõsulis: quãtomagis in causa religionis sacerdotes dñi æquum est cõsulas? Consideret clementia tua quãtos insidiatores habeat ecclesia: quãtos exploratores: leuem rimã si offenderint: figẽt aculeũ. Secundũ homines loquor. Cæterũ plus hominibꝰ deus timet: qui etiã imperatoribus iure præfert. Si amico suo aliquis: si parẽti aut ꝓpinquo deferẽdũ existimat: recte ego & deferendũ deo & eũ præferendũ omnibꝰ iudicaui. Cõsule tibi imperator: aut patere me cõsulere mihi. Quid respõdebo postea si cõpertũ fuerit data hinc auctoritate aliquos christianoꝝ aut gladio aut fustibus aut plũbis necatos? Quõ hoc purgabo factũ? Quõ excusabo apud episcopos? Qui nunc qa ꝑ triginta & innumeros annos præsbyteri quidã gradu functi: uel ministri ecclesiæ retrabũtur a munere sacro & curiæ deputãtur: grauiter gemũt. Nã cum ij qui uobis militãt: certo militiæ tẽpore seruẽtur: quãtomagis etiam eos cõsiderare debetis qui deo militant? Quõ inquã hoc excusabo apud episcopos qui queruntꝰ de clericis: & impressione graui uastari scribunt ecclesias? Hoc tamẽ in noticiã clemẽtiæ tuæ ꝑuenire uolui: de hoc ut placet: arbitrio tuo consulere & tẽperare dignaberis. Illud autẽ qđ me angit & iure angit: exclude atq; eijce. Ipse facis quicqd fieri iussisti. Aut si ille facturus nõ est: malo te magis esse clementẽ q̃ illum nõ feciſſe qđ iussus est. Habes in quibꝰ domini adhuc debes circa imperiũ romanũ inuitare clemẽtiã. Habes quibus amplius q̃ tibi speres. Illorũ gratia: illorũ salus te in hoc sermone cõueniat meo: ne causam tuã alieno cõmittas iudicio. Integra adhuc tibi sunt omnia. In hoc me ego deo nr̃o pro te obligo: nec uerearis sacramentũ. Nũquid deo displicere poterit: quod ꝓ eius

emẽdatur honorificentia? Nihil mutaueris certe in illa epistola: siue missa: siue no dum missa est: dictari iube aliã quæ plena fidei: plena pietatis sit. Tibi integrum sit emẽdare: mihi nõ est integrũ dissimulare. Antiochenis tuã donasti iniuriã: inimici tui filias reuocasti: nutrendas apud affinẽ dedisti matri hostis tui: misisti de ærario tuo sumptus. Hæc tanta pietas: tanta erga deum fides hoc facto offuscabitur? Tu igit̃ qui armatis pepcisti hostibus: & seruasti inimicos tuos: ne quæso tãto studio putes uindicandũ in christianos. Nunc imperator rogo: ut nõ aspernãter acceperis me & ꝑ te & ꝑ me timentẽ. Sancti em̃ uox est. Vt quid factus sum uidere cõtritionẽ populi mei: ut offensam incurrã dei? Ego certe qđ bonorificẽti⁹ fieri potuit feci: ut me magis audires in regia: ne si necesse esset audires in ecclesia.

Sancti Ambrosij ad Valentinianũ: eundẽ rogantis atq; cõuenientis ne ad petitionem gentiliũ aras eoꝝ imperatorio decreto instaurari iubeat: ostẽdẽtisq; ex tali decreto: primũ deo: deinde patri & fratri iniurias irrogari: Epla. XXX.

AMbrosius episcopus: Beatissimo principi & christianissimo imperatori Valẽtiniano. Cum omnes homines qui sub dictione romana sunt: uobis militẽt imperatoribus terrarũ atq; principibus: tum ipsi uos omnipotenti deo & sacræ fidei militatis. Aliter em̃ salus tuta esse nõ poterit: nisi unusquisq; deum uerum: hoc est deũ christianorũ a quo cuncta regũtur: ueraciter colat. Ipse em̃ solus uerus est deus: qui intima mente ueneretur. Dij em̃ gentiũ dæmonia: sicut scriptura dicit. Ps. 95. Huic igitur deo uero quisquis militat: & qui intimo colendũ recipit affectu: nõ dissimulationẽ: nõ coniuentiã: sed fidei studiũ & deuotionis impendit. Postremo si non ista cõsensum saltẽ aliquẽ nõ debet colendis idolis & ꝑphanis cærimoniarũ cultib⁹ exhibere. Nemo em̃ deum fallit: cui omnia etiã cordis occulta manifesta sunt. Ergo cũ a te imperator christianissime fides deo uero sit exhibenda: cũ ipsius fidei studiũ cautio atq; deuotio: miror quomõ aliquibus in spem uenerit ꝙ debeas aras dijs gentiũ tuo instaurare præcepto: ad usus quoq; sacrificiorũ prophanoꝝ præbere sũptum. Qđ em̃ iam dudũ uel fisco uel arcæ est uendicatũ: de tuo magis cõferre uidebere q̃ de suo reddere. Et de dispendijs querunt̃ qui nũq̃ nostro sanguini pepercerũt: qui ipsa ecclesiarũ ædificia subruerũt: Petunt etiã ut illis priuilegia deferas qui loquẽdi & docendi nostris cõmunẽ usum: Iuliani lege ꝓxima denegarunt: & priuilegia illa quib⁹ sæpe decepti sunt etiã christiani. Nõnullos em̃ illis priuilegijs partim ꝑ imprudẽtiam: partim ꝓpter publicarũ necessitatum molestias declinãdas: irretire uoluerunt: & quia nõ omnes fortes inueniũtur: etiam sub principibus christianis plærisq; sunt lapsi. Sed hæc si iam sublata nõ essent: auferẽda tuo imperio cõproba rem. At cũ per totũ fere orbẽ a plurib⁹ retro principibus inhibita interdictaq; sint: Romæ autẽ a fratre clementiæ tuæ augustæ memoriæ Gratiano fidei ueræ ratione sublata sint: & datis antiquata rescriptis: ne quæso uel fideliter statuta conuellas uel fraterna præcepta rescindas. De negocijs ciuilibus si quid statuit̃: nemo putat esse temerandũ: & præceptũ de religione calcatur? Nullus obrepat iuniori ætati tuæ: siue ille gentilis est qui ista deposcit: nõ debet mentẽ tuam uinculis suæ supstitionis innectere: sed ꝓprio studio docere & admonere te debet quẽadmodũ ueræ fidei studere debeas: quãdo ille tanto motu ueri uana defendit. Deferẽdũ meritis clarorum uirorũ & ego suadeo: sed deũ certũ est omnib⁹ præferẽdum. Si de re militari est consulẽdum: debet exercitati in prælijs uiri expectari sentẽtia: cõsiliũ cõprobari. Quãdo de religione tractatus est: deũ cogita. Nullius iniuria est: cui deus omnipotẽs antefertur. Habet ille sentẽtiam suam. Inuitũ non cogitis colere qđ nolit: hoc idẽ uobis liceat imperator: & unusquisq; patiẽter ferat: si non extorqueatur imperatori ꝙ molestе ferret: si ei extorquere cuperet imperator. Ipsis gẽtilibus displicere consueuit præuaricãtis affectus. Libere em̃ debet defendere unusquisque fidele mẽtis suæ & seruare propositũ. Q2 si aliqui nomine christiani tale aliquid decernẽdum putãt: mentẽ tuam uocabula nuda nõ capiant: nomina cassa non fallant. Quisquis hoc suadet: sacrificat: & quisquis hoc statuit. Tolerabilius tamẽ est unius

ſacrificium q̄ lapſus omniū. Totus hic chriſtianorū periclitatur ſenatus. Si hodie gentilis aliquis imperator: qđ abſit: aram ſtatueret ſimulacris: & eo cōuenire cogeret chriſtianos: ut ſacrificātibus intereſſent: ut oppleret anhelitus & ora fideliū cinis ex ara: fauilla de ſacrilegio: fumus ex buſto: & in ea curia ſentētiam diceret: ubi iurati ad aram ſimulacri in ſentētiam cogerentur. Propterea em̄ interpretātur aram locatam: ut eius ſacramēto: ut ipſi putant: unuſquiſq; conuētus cōſuleret in mediū: cū curia maiore iam chriſtianoꝝ numero ſit referta: perſecutionē eſſe crederet chriſtianus qui cogeretur tali optione ad ſenatū uenire: qđ fit plærūque: nam etiā iniurijs cōuenire coguntur. Te ergo imperatore chriſtiani in aram iurare cogētur? Quid eſt iurare niſi eius quē teſtare fidei tuæ præſulē: diuinam potentiā cōfiteri? Te imperatore hoc petitur & poſtulatur: ut aram iubeas eleuari: ſumptū ſacrificijs ꝓphanis dari. Sed hoc nō poteſt ſine ſacrilegio decerni. • Vnde rogo te: ne id decernas: ſtatuas: uel in eiuſmodi decreta ſubſcribas. Conuenio fidem tuā chriſti ſacerdos. Omnes cōueniremus epiſcopi niſi incredibile hoc & repentinū ad aures peruenisſet hominū: ꝙ tale aliquid eſſet uel in cōſiſtorio ſuggeſtū tuo: uel a ſenatu petitū: ſed abſit ut hoc ſenatus petiſſe dicatur. Pauci gentiles cōmuni utūtur nomine. Nam & ante bienniū ferme cum hoc petere tētaret: miſit ad me ſanctus Damaſus romanæ eccleſiæ ſacerdos: iudicio dei electus: libellum quē chriſtiani ſenatores dederunt: & quidē innumeri poſtulātes nihil ſe tale mandaſſe: nō congruere gentiliū iſtiuſmodi petitionibus: nō præbere conſenſum. Queſti etiā publice priuatimq; ſe nō cōuenturos ad curiā: ſi tale aliquid decerneretur. Dignum eſt tēporibus ueſtris: hoc eſt chriſtianis tēporibus ut dignitas chriſtianis ſenatorib⁹ abrogetur: quo gentilibus ſenatoribus ꝓphanæ deferatur uolūtatis effectus? Hunc libellum ego fratri clemētiæ ueſtræ direxi. Vnde conſtitit nō ſenatum aliquid de ſupſtitiōis impenſis mandaſſe legatis. Sed fortaſſe dicatur: Cur dudū non interfuerint ſenatui: cū iſta peterent? Satis loquūtur quid uelint qui nō interfuerunt: ſatis locuti ſunt qui apud imperatorē locuti ſunt. Et miramur tamē ſi priuatis reſiſtendi romæ eripiunt libertatē qui nolunt eſſe liberū tibi non iubere qđ non ꝓbas: non ſeruare qđ non ſentis. Et ideo memor legationis proximæ mādatæ mihi conuenio iterū fidem tuā: conuenio mētem tuā: ne uel reſpondēdum ſm huiuſmodi petitionē gētilium cenſeas: uel in eiuſmodi reſponſa ſacrilegiū ſubſcriptionis adiungas. Certe refer ad parentē pietatis tuæ principem Theodoſiū: quē ſuper omnibus fere maioribus cauſis cōſulere conſueſti. Nihil maius eſt religione: nihil ſublimi⁹ fide. Si ciuilis cauſa eſſet diuerſæ parti reſponſio ſeruaretur: cauſa religionis eſt: epiſcopus conuenio. Detur mihi exēplum miſſæ relationis: ut & ego plenius reſpondeā: & ſic de omnibus cōſultus clementiæ tuæ parens reſpondere dignet. Certe ſi aliud ſtatuit: epiſcopi hoc æquo animo pati & diſſumulare nō poſſumus: licebit tibi ad eccleſiam conuenire: ſed illic nō inuenies ſacerdotem aut inuenies reſiſtentē. Quid reſpondebis ſacerdoti dicenti tibi: Munera tua nō quærit eccleſia: quia templa gentiliū munerib⁹ adornaſti? Ara chriſti dona tua reſpuit: quoniā aram ſimulacris feciſti. Vox enim tua: man⁹ tua: & ſubſcriptio tua opuſ eſt tuū: obſequiū tuum dominus Ieſus recuſat & reſpuit:
Matth. 6. quoniā idolis obſecutus es. Dixit em̄ tibi: Non poteſtis duobus dominis ſeruire. Priuilegia tua ſacratæ deo uirgines nō habent: & uendicant uirgines ueſtæ? Cur ſacerdotes dei requiris quibus petitiones prophanas gentiliū prætuliſti? Alieni erroris ſocietatē ſuſcipere nō poſſumus. Quid reſpondebis his uerbis: puerū eſſe te lapſum? Omnis ætas perfecta chriſto eſt. Omnis deo plena puericia fidei cōprobatur. Paruuli etiā chriſtum intrepido aduerſus pſecutores ore cōfeſſi ſunt. Quid reſpōdebis germano tuo? Nōne tibi dicet uictū me eſſe nō credidi: quia te iperatorē reliqui: mori nō dolui quia te hæredē habebam. Imperio me decedere non ingemui: quia imperia mea præſertim de religione diuina: omnib⁹ ſæculis manſura credebā. Hos ego titulos piæ uirtutis erexerā: has de ſæculo manubias: hæc ſpolia de diabolo: has ego de aduerſario omniū exuuias offerebam in quibus æterna uictoria eſt.

Quid mihi plus potuit meus hostis auferre? Abrogasti decreta mea: qđ adhuc ille qui contra me leuauit arma: nō fecit. Nunc grauius telū corpore recipio: ꝙ a fratre mea statuta dānanť. Meliore parte mei apud te piclitor. Illa ēm mors corpis: ista uirtutis est. Nūc mihi abrogať imperiū: & qđ est graui⁹ abrogať a tuis: abrogať a meis: & id abrogať qđ i me etiā mei aduersarij prædicarūt. Si uolēs acqeuisti: dānasti fidē meam: si inuitus cessisti: ꝓdidisti tuā. Ergo qđ graui⁹ est: & in te periclitor.

Quid respondebis etiā patri: qui te maiore dolore cōueniet dicens: De me fili pessime iudicasti qui putasti ꝙ ego gentilibus cōniuentiā præstitissem. Nemo ad me detulit: aram esse in illa romana curia: nūquā tantum nefas credidi: ꝙ in cōmuni illo christianorū gentiliūꝙ cōcilio sacrificarēt gentiles: hoc est insultarēt gētiles præsentibus christianis: & inuiti christiani interesse sacrificijs cogerētur. Multa & diuersa crimina me imperante cōmissa sunt: ultus sum quæcūꝙ sunt deprebēsa: si quis tunc latuit: debet ergo dicere me ꝓbasse quod ad me nemo detulerat? De me pessime iudicasti: si mihi supstitio aliena: nō fides mea seruauit imperiū. Vnde cū aduertas imperator: deo primū: deinde patri & fratri iniurias irrogari si qd tale decernas: peto ut id facias qđ saluti tuæ apud deū intelligis ꝓfuturum.

Symachi urbis præfecti persuadētis ritus ueteres circa cultum deorū esse seruandos: ad imperatores Relatio.

VBi primū senatus amplissimus semperꝙ uester subiecta legibus uitia cognouit: & a principibus pijs uidit purgari famā temporū proximorū: boni sæculi auctoritatē secutus: euomuit diu pressum dolorē: atꝙ iterum me querelarū suarū iussit esse legatum. Cui ideo diui principis denegata est ab improbis audientia: quia nō erat iusticia defutura: domini imperatores Valētiniane Theodosi & Arcadi incliti uictores ac triūphatores semper augusti. Gemino igiť functus officio: & ut præfectus uester gesta publica ꝓsequor: & ut legatus ciuiū mandata cōmendo.

Nulla est hic dissensio uoluntatū: quia iam credere homines desierūt: aliquorū ministri regum cogūtur se studio præstare si discrepēt: amari: coli: diligi: maius imperio est. Quis ferat obfuisse reipublicæ priuata certamina? Merito illos senatus insequitur: qui potentiā suā famæ principis prætulerunt. Noster autē labor ꝓ clemencia uestra ducit excubias. Cui ēm magis cōmodat: ꝙ instituta maioꝝ: ꝙ patriæ iura & fata defendimus: q̄ temporū gloriæ? Quæ tum maior est: cū uobis contra morem parentū intelligitis nil licere. Repetimus igitur religionū statum qui reipublicæ diu profuit. Certe numerētur principes utriusꝙ sectæ: utriusꝙ sentētiæ: proximus eorū cærimonias patrū coluit: recētior non remouit. Si exemplū non facit religio ueterū: faciat dissimulatio proximorū. Quis ita familiaris est barbaris: ut aram uictoriæ nō requirat? Cauti in posterū sumus: & talium rerū ostenta uitamus. Reddatur tamē saltem nomini honor qui numini denegat⁹ est. Multa uictoriæ debet æternitas uestra & adhuc plura debebit. Aduersenť banc potestatē quibus nihil profuit: uos amicū triumphis patrociniū nolite deserere. Cunctis pōtētia ista uotiua est: nemo colendā neget quā ꝓfitetur optandam. Q; si huius ominis non est etiā iusta uitatio: ornamentis saltem curiæ decuit abstineri. Præstate oro uos ut ea quæ pueri suscepimus: senes posteris reliquamus. Consuetudinis amor magnus est. Merito diui Constantij factū diu non stetit. Omnia uobis exempla uitanda sunt: quæ mox remota didicistis. Aeternitatē curamus famæ & nominis uestri: ne quid futura ætas inueniat corrigēdum. Vbi in leges uestras & uerba iurabimus: qua religiōe mens falsa terrebitur: ne in testimonijs mentiatur? Omnia quidē deo plena sunt: nec ullus perfidis tutus est locus: sed plurimū ualet ad metum delinquēdi etiā præsentia religionis urgeri. Illa ara concordiā tenet omniū: illa ara fidem conuenit singulorum: neꝙ aliud magis auctoritatē facit sententijs nostris q̄ ꝙ omnia quasi iurat⁹ ordo decernit. Patebit ergo sedes ꝓbana periurijs: & hoc incliti principes mei ꝓbabile iudicabūt: qui sacramēto publico tuti sunt? Sed diuus Cōstātius idem fecisse dicit: cætera poti⁹ illi⁹ principis æmulemur qui nihil tale esset aggressus: si qs ante

ſe alı⁹nō deuiaſſet. Corrigit em̄ ſequētē lapſus prioris: & de reprehēſione antecedē-
tis exempli naſcit̄ emendatio. Fas fuit ut parens illæ clemētiæ ueſtræ in re adhuc
noua nō caueret inuidiā. Num poteſt etiā nobis eadem defenſio cōuenire ſi imite-
mur qđ meminimus improbatū? Accipiat æternitas ueſtra alia eiuſdē principis fa-
cta: quæ in uſum digni⁹ trahat. Nil ille decerpſit ſacrarum uirginū priuilegijs: reple
uit nobilibus ſacerdotia: romanis cærimonijs nō negauit impenſas: & p omnes uias
æternæ urbis lætum ſecut⁹ ſenatū: uidit placido ore delubra: legit inſcripta faſtigijs
deū nomina: pcunctatus eſt templorū origines: mirat⁹ eſt cōditores. Cumq; alias re
ligiones ipſe ſequeret̄: has ſeruauit iperio: Su⁹ em̄ cuiq; mos: ſu⁹ cuiq; rit⁹ eſt: Varios
cuſtodes urbibus & cultus mens diuina diſtribuit. Vt animæ naſcētibus: ita populis
fatales genij diuidūtur. Accedit utilitas quæ maxime homini deos aſſerit. Nam cū
ratio omnis in operto ſit: unde rectius q̄ de memoria atq; documētis rerum ſecunda
rum cognitio uenit numinū? Iam ſi longa ætas auctoritatē religionibus faciat: ſeruā-
da eſt tot ſæculis fides: & ſequendi ſunt nobis parētes: qui ſecuti ſunt fœliciter ſuos.
Romā nūc putemus aſſiſtere atq; bis uobiſcū agere ſermonibus. Optimi principes
patres patriæ reueremini annos meos: in quos me pius rit⁹ adduxit: ut utar cærimo
nijs auitis. Neq; enim me pœnitet uiuere meo more quia libera ſum. Hic cultus in le
ges meas orbem redegit: hæc ſacra Hannibalē a mœnibus: a capitolio ſenonas rep-
pulerūt. Ad hoc ergo ſeruata ſum: ut longæua reprehēdar? Videam q⁹ inſtituendū
putatur? Sera tamē & cōtumelioſa eſt emendatio ſenectutis. Ergo dijs patrijs: dijs
indigetibus pacē rogamus. Aequū eſt: quicquid omnes colūt: unū putari. Eadem
ſpectamus aſtra: cōmune cælum eſt: idem nos mūdus inuoluit. Quid intereſt qua
quiſq; prudētia uerum requirat? Vno itinere nō poteſt peruenīri ad tam grande ſe-
cretum: ſed hæc ocioſorū diſputatio eſt. Nunc p̄ces nō certamina offerimus. Quā-
to cōmodo ſacri ærarij ueſtri ueſtaliū uirginum prærogatiua detracta eſt? Sub lar-
giſſimis imperatoribus denegat̄ qđ parciſſimi præſtiterūt? Honor ſolus eſt in illo
uelut ſtipendio caſtitatis. Vt uittæ earū capiti decus faciunt: ita inſigne ducit̄ ſacrifi
cij: uacare muneribus. Nudū quodāmodo nomē immunitatis requirūt: quoniā pau
pertate ac diſpendio tutæ ſunt. Itaq; amplius laudi earū tribuunt: qui aliquid rei de-
trahunt. Siquidē ſaluti publicæ dicata uirginitas creſcit merito: cum caret præmio.
Abſint ab ærarij ueſtri puritate iſta compēdia: fiſcus bonorū principum nō ſacerdo
tum damnis ſed hoſtiū ſpolijs augeatur. Vllūne lucrum compenſat inuidia? Et quia
auaricia in mores ueſtros nō cadit: hoc miſeriores ſūt quibus ſubſidia uetera decer-
pta ſunt. Etenim ſub imperatorib⁹ qui alieno abſtinēt: qui reſiſtunt cupiditati: ad ſo
lam detrahitur amittētis iniuriā: qđ deſiderijū non mouet auferētis. Agros etiā uirgi
nibus & miniſtris: deficientiū uoluntate: legatos fiſcus retentat. Oro uos iuſticiæ
ſacerdotes: ut urbis ueſtræ ſacris reddatur priuata ſucceſſio. Dictent teſtamēta ſecu
ri: & ſciant ſub principibus nō auaris ſtabile eſſe qđ ſcripſerint. Delectet uos iſta fœ-
licitas generis humani: cœpit cauſæ huius exemplū ſollicitare morientes. Ergo roma
næ religiones ſub romana iura nō ptinēt? Qđ nomē accipiet ablatio facultatū quas
nulla lex: nullus caſus fecit caducas? Capiūt legata liberti: ſeruis teſtamentor⁹ iuſta
cōmoda non negantur: tantū nobiles uirgines & fataliū ſacrorū miniſtri excludunt̄
prædijs hæreditate quæſitis. Quid iuuat ſaluti publicæ caſtū corp⁹ dicare & iperij
æternitatē cæleſtib⁹ fulcire præſidijs: armis urīs: aqlis urīs amicaſ applicare uirtutes:
p omnibuſ efficacia uota ſuſcipere & ius cū omnibus nō habere? Itaq; melior eſt ſer
uitus que hominibus impendit̄. Rempublicā lædimus cui nunq̄ expedit ut ingrata
ſit. Nemo me putet ſolā cauſam religionū tueri: ex huiuſmodi facinorib⁹ orta ſunt
cuncta romani generis incōmoda. Honorauerat lex parētū ueſtales uirgines ac mi-
niſtros deorū: uictu modico iuſtiſq; priuilegijs. Stetit muneris hui⁹ integritas uſque
ad degeneres trapeçitas qui ad mercedē uilium baiulorū ſacræ caſtitatis alimenta
uerterūt. Secuta eſt hoc factum fames publica: & ſpem puinciarum omniū meſſis
ægra decepit. Non ſunt hæc uitia terrarū: nihil imputamus aſtris. Nec rubigo ſege-

tibus offuit: nec auena fruges necauit: sacrilegio annus exaruit. Necesse ẽ fuit perire omnib⁹ qđ religionib⁹ negabaẽ. Certe si est huius mali aliqđ exemplũ: imputemus tantã famem uicibus annorũ. Grauis banc sterilitatẽ aura cõstrinxit: siluestrib⁹ arbustis uita ꝓducíẽ: & rursus ad dodonæas arbores plæbis rusticæ inopia cõuolauit. Quid tale ꝓuinciæ ptulerunt: cũ religionũ ministros bonor public⁹ pasceret?

Quãdo in usum hominũ cõcussa quercus: qñ uullæ sunt herbarũ radices: quãdo alternos regionũ defectus deseruit fæcũditas mutua: cũ populo & uirginib⁹ sacris cõmunis esset annona? Cõmendabat ẽm terraꝝ ꝓuentus uictus antistitũ: & remediũ magis q̃ largitas erat. An dubiũ est semp ꝓ copia omniũ datũ qđ nunc inopia omnium uendicauit? Dicet aliquis sumptũ publicũ denegatum alienæ religionis impendijs. Absit a bonis principib⁹ ista sentẽtia: ut qđ olim de cõmuni quibusdã tributum est: in iure fisci esse uideaẽ. Nam cũ respublica de singulis constet: qđ ab ea ꝓficiscitur: fit rursus propriũ singuloꝝ. Omnia regitis: sed suum cuiq; seruatis: plusque apud uos iusticia q̃ licentia ualet. Consulite certe munificentiã uestrã: an bæc publica uelit existimari quæ in alios trãstulistis? Semel bonori urbis delata cõpendia desinũt esse tribuentiũ: & qđ a principio beneficiũ fuit: usu atq; ætate fit debitũ. Inanẽ igitur metũ diuino animo uestro tentat incutere: si quis asserit cõscientiã uos habere præbentiũ: nisi detrabentiũ subieritis inuidiã. Faueant clemẽtiæ uestræ sectarum omniũ arcana præsidia: & bæc maxime quæ maiores uestros aliquãdo iuuerũt: uos defendant: a nobis colaneˊ. Eum religionũ statum petimus: qui diuo parenti culminis uestri seruauit imperiũ: qui fortunato principi legitimos suffecit bæredes. Spectat senior ille diuus ex arcæ siderea lachrymas sacerdotũ: & se culpatũ putat more uiolato: quẽ libẽter ipse seruabat. Præstate etiã diuo fratri uestro alieni cõsilij correctionẽ: tegite factũ qđ senatui displicuisse nesciuit. Siquidẽ cõstat ideo excluſam legationẽ: ne ad eũ iudiciũ publicũ pueniret. Pro estimatione est tẽpoꝝ superiorũ: ut nõ dubitetis abolere qđ ꝓbandũ est principis nõ fuisse.

Sancti Ambrosij ad Valentinianũ imperatorẽ: Relationi Symachi respondẽtis: aptissimisq; cõfutationibus eam refellẽtis: Epla. XXXI.

AMbrosius episcopus: Beatissimo principi & clemẽtissimo imperatori Valentiniano augusto. Cum uir clarissimus præfectus urbis Symach⁹ ad clemẽtiam tuam retulisset: ut ara quæ de urbis romæ curia sublata fuerat: redderetur loco: & tu imperator licet adhuc in minoris æui tyrocinio florentibus nouus annis: fidei tamẽ uirtute ueteranus obsecrata gentiliũ nõ ꝓbares: eodem quo comperi: puncto libellum obtuli: quo licet cõprehenderim quæ suggestiõi necessaria uiderentur: poposci tamen exemplũ mihi relationis dari. Itaq; nõ fidei tuæ ambiguus sed ꝓuidus cautionis & pij certus examinis hoc sermone relatiõis assertioni respõdeo: hoc unum petens: ut nõ uerborũ elegantiã sed uim rerum expectandã putes. Aurea ẽm (sicut scriptura diuina docet) est lingua sapientiũ litteratorũ: quæ phaleratis dotata sermonibus: & quodã splendẽtis eloquij: uelut coloris precioſi coruſco resultans: capit animorũ oculos specie formosi: uisuq; perstringit. Sed aurum si diligentius manu tractes: foris precium: intus metallũ est. Volue quæso atq; excute sectam gentiliũ: preciosa & grandia sonant: ueri effœta defendunt. Deũ loquũtur: simulacrum adorant. Tria igitur in relatione sua uir clarissimus præfectus urbis ꝓposuit quæ ualida putauit: Q2 roma ueteres: ut ait: suos cult⁹ requirat: Et ꝙ sacerdotib⁹ suis uirginibusq; uestalibus emolumẽta tribuẽda sint: Et ꝙ emolumentis sacerdotũ negatis fames secuta publica sit. In prima ꝓpositione: flebili roma questu sermonis illachrymat: ueteres ut ait cult⁹ cærimoniaꝝ requirens. Hæc sacra inquit Hannibalem a mœnibus: a capitolio senonas reppulerunt. Itaq; dum sacroꝝ potentia prædicatur: infirmitas proditur. Ergo Hannibal diu sacris insultauit romanis: & dijs cõtra se dimicantibus usq; ad muros urbis uincendo puenit. Cur se obsideri passi sunt: pro quibus deorum suorũ arma pugnabant? Nam de senonibus quid loquar: quos capitolij secreta penetrantes romanæ reliquiæ nõ tulissent: nisi eos pauido anser stre-

pitu ꝓdidisset? En quales templa romana præsules habent. Vbi tunc erat Iuppiter? An in anſere loquebat? Verum quid negē ſacrorum ritus militaſſe romanis? Sed etiam Hannibal eoſdem deos colebat. Vtrum uolunt igit eligant. Si in romanis uicerunt ſacra: In carthaginenſibus ergo ſuperata ſunt: ſi in carthaginenſib⁹ triumphata: nec romanis utiq; ꝓfuerunt. Faceſſat igitur inuidioſa illa populi romani querela. Non hæc roma mandauit. Alijs illa eos interpellat uocibus. Quid me caſſo quotidie gregis innoxij ſanguine cruētatis? Non in fibris pecudū: ſed in uiribus bellatorū trophæa uictoriæ ſunt. Alijs ego diſciplinis orbem ſubegi. Militabat Camillus q̄ ſublata capitolio ſigna: cæſis tarpeiæ rupis triumphatorib⁹ reportauit: ſtrauit uirtus quos religio nō remouit. Quid de Attilio loquar: qui militiā etiam mortis impendit? Africanus non iuter capitolij aras: ſed inter Hannibalis facies triumphū inuenit.

Quid mihi uetex exempla ꝓfertis? Odi ritus neronum. Quid dicā bimenſtres imperatores & terminos regū cum exordijſ copulatos? Aut forte illud eſt nouum: barbaros ſuis exceſſiſſe finibus? Nūquid etiā illic chriſtiani fuerunt: quox miſerabili nouoq; exemplo alter captiu⁹ imperator: ſub altero captiu⁹ orbis fefelliſſe quæ uictoriā ꝓmittebant: ſuas cærimonias ꝓdiderunt? Nūquid & tunc nō erat ara uictoriæ? Pœnitet lapſus: & uetuſta canicies pudendi ſanguinis traxit ruborē. Non erubeſco cū toto orbe longæua cōuerti: uex certe eſt: quia nulla ætas ad ꝓdiſcendū ſera eſt. Erubeſcat ſenectus quæ emēdare ſe nō poteſt. Nō annox canicies eſt laudanda: ſed morū: nullus pudor eſt ad meliora trāſire. Hoc ſolum habebā cōmune cū barbaris: quia deum antea neſciebā. Sacrificiū ueſtrum ritus eſt beſtiarū cruore reſpergi. Quid in mortuis pecudibus quæritis dei uoces? Venite & diſcite in terris cæleſtē militiā. Hic uiuimus: & illic militamus. Cæli myſterium doceat me de⁹ ipſe qui condidit: non homo qui ſeipſum ignorauit. Cui magis de deo q̄ deo credam?

Quō poſſum uobis credere qui fatemini uos ignorare qđ colitis? Vno inquit itinere nō poteſt pueniri ad tam grande ſecretum. Qđ uos ignoratis: id nos dei uoce cognouimus. Et qđ uos ſuſpitionibus quæritis: nos ex ipſa ſapiētia dei & ueritate cō pertum habemus. Non congruunt igitur ueſtra nobiſcū. Vos pacem diis ueſtris ab imperatoribus obſecratis: nos ipſis imperatoribus a chriſto pacē rogamus. Vos manuum ueſtrarū adoratis opera: nos iniuriam ducimus omne qđ fieri poteſt deum putari. Non uult ſe deus in lapidibus coli. Deniq; etiam ipſi philoſophi ueſtri iſta riſerunt. Q2 ſi uos ideo chriſtum deum negatis quia illum mortuum eſſe non creditis: Neſcitis em̄ ꝙ mors illa carnis fuerit non diuinitatis: quæ fecit ut credentiū iam nemo moriatur: quid uobis imprudentius qui cōtumelioſe colitis & honorifice derogatis? Veſtrū enim deum lignum putatis: O cōtumelioſa reuerētia: Chriſtum mori potuiſſe nō creditis? O honorifica peruicacia. Sed uetera inquit reddenda ſunt altaria ſimulacris: ornamenta delubris. Repoſcātur hæc a cōſorte ſupſtitionis: chriſtianus imperator aram ſolius chriſti didicit honorare. Quid manus pias & ora fidelia miniſterijs ſuis cogunt ſacrilegijs exhibere? Vox imperatoris noſtri chriſtū reſultet: & illum ſolum quē ſentit loquatur: quia cor regis in manu dei. Nūquid imperator gentilis arā chriſto leuauit? Dū ea quæ fuerunt repoſcūt: exemplo ſui admonēt quantū chriſtiani imperatores religioni quā ſequūtur debeant deferre reuerentiæ: quādo gentiles ſupſtitionibus ſuis omnia detulerunt. Dum cœpimus: etiam ſequamur. Nos ſanguine gloriamur: illos diſpēdiū mouet. Nos hæc uictoriæ loco ducimus: illi iniuriā putāt. Nunq̄ nobis ampli⁹ cōtulerūt q̄ cū uerberari chriſtianos atq; ꝓſcribi ac necari iuberent. Præmiū fecit religio qđ perfidia putabat eſſe ſupplicium. Videte magnanimos: ꝓ iniurias: per inopiam: ꝓ ſupplicium. Nos credimus: illi cærimonias ſuas ſine quæſtu manere poſſe non credunt. Habeant inquit ueſtales uirgines immunitatē ſuam. Dicant hoc qui neſciunt credere ꝙ poſſet eſſe gratuita uirginitas: ꝓuocent lucris qui diffidūt uirtutib⁹. Quot tamē illis uirgines præmia ꝓmiſſa fecerūt? Vix ſeptem ueſtales capiūtur puellæ: En totus numerus quem infulæ uittati capitis: purpuratax ueſtiū murices: pompa lecticæ miniſtrox circūfu-

ſa comitatū: priuilegia maxima: lucra igentia: præſcripta deniq; pudicitiæ tempora coegerūt. Attollant mētis & corporis oculos: uideāt plebē pudoris: populū integritatis: conciliū uirginitatis. Nō uittæ capiti decus: ſed ignobile uelamē: uſui nobile caſtitatis: nō exquiſita ſed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpuræq; inſignia: nō luxus deliciarū ſed uſus ieiuniorū: nō priuilegia: nō lucra: omnia poſtremo talia ut reuocari ſtudia putes: dum exercent officia. Sed dū exercetur officiū: ſtudium ꝓuocat: ſuis caſtitas cumulatur diſpendijs. Nō eſt uirginitas quæ precio emitur: nō uirtutis ſtudio poſſidet. Non eſt integritas quæcūq; tanq̄ in auctione nummario ad tēpus ſollicitatur cōpendio. Prima caſtitatis uictoria eſt facultatū cupiditates uincere: quia lucri ſtudium tentamentū pudoris eſt. Ponamus tamē ſubſidia largitatū conferenda uirginibus: quæ chriſtianis munera redūdabunt: qđ tantas opes ſufficiet ærarium? Aut ſi arbitrantur ſolis ueſtalib⁹ conferendū: non pudet ut qui totū ſibi ſub imperatoribus gētilibus uendicarūt: idem ſub principib⁹ chriſtianis nō putent nobis ſortem debere eſſe cōmunē? Sacerdotibus quoq; ſuis & miniſtris quærunt alimēta publica nō præberi. Quātus binc uerboꝝ tumultus increpuit? At contra nobis etiā priuatæ ſucceſſioniſ emolumēta recētibus legibus denegant: & nemo conquerit. Nō em̄ putamus iniuriā: quia diſpendiū nō dolemus. Si priuilegiū quærat ſacerdos: ut onuſ curiale declinet: patria atq; auita & omniū facultatū poſſeſſione cededū eſt. Quō banc gentiles: ſi haberent ingrauarent querelā: q̄ ſacerdos ferias miniſterij ſui emat totius patrimonij ſui damno: & priuat⁹ uniuerſæ cōmoditatis diſpendio uſum publici mercet obſequij: prætēdens cōmunis ſalutis excubias: domeſticæ inopiæ ſe mercede ſolat: quia miniſteriū non uendidit ſed gratiam cōparauit. Cōferte cauſas. Vos excuſare uultis decurionē: cū eccleſiæ excuſare nō liceat ſacerdotē. Scribunt teſtamēta temploꝝ miniſtris: nulluſ excipit ꝓphanus: nullus ultimæ cōditionis: nullus ꝓdigus uerecūdiæ: ſoli ex omnib⁹ clerico cōmune ius claudit: a quo ſolo ꝓ omnibus uotū cōmune ſuſcipit: officium cōmune defert: nulla legata uel grauiū uiduarū: nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprebēdit: tamē officio mulcta præſcribit. Quod ſacerdotib⁹ phani legauerit chriſtiana uidua: ualet: qđ miniſtris dei: nō ualet. Qđ ego nō querar: ſed ut ſciāt quid nō querar: cōprebēdi. Malo em̄ uos pecunia minores eſſe q̄ gratia: ſed referūt ea quæ uel donata uel relicta ſunt eccleſiæ: nō eſſe temerata. Dicāt & ipſi quis templis dona detraxerit qđ factū eſt chriſtianis. Quæ ſi facta eſſent gentilib⁹: redderet potius q̄ inferret iniuria. Nūccine demum iuſticia prætendit: æquitas poſtulat? Vbi tunc erat iſta ſentētia: cū direptis chriſtianorū omniū facultatibus: ipſos uitales anbelitus ſpiritus inuiderēt: & nullis uſq̄ negata defunctis inhiberēt ſupremæ cōmercia ſepulturæ? Quos gentiles præcipitarūt: maria reddiderūt. Fidei iſta uictoria eſt: q̄ & ipſi iam facta maioꝝ carpunt ſuoꝝ: ſed quæ melioratio ut eoꝝ munera petant quorū geſta condēnant? Nemo tamē donaria delubris & legata aruſpicib⁹ denegauit: ſola ſublata ſunt prædia: quia nō religioſe utebant̄ ijs quæ religionis iure defenderēt.

Qui noſtro utunt exemplo: cur nō utebant officio? Nihil eccleſia ſibi niſi fidē poſſidet. Hos redditus præbet: hos fructus. Poſſeſſio eccleſiæ ſūptus eſt ægenoꝝ. Numerent quos redemerint tēpla captiuos: quæ cōtulerint alimēta pauperib⁹: quibus exulib⁹ uiuēdi ſubſidia miniſtrauerint. Prædia igit intercepta nō iura ſunt. En qđ factū qđ triſte piare nefas: fames: ut aiunt: publica uindicauit: quia uſui omniū ꝓficere cœpit qđ ꝓficiebat cōmodis ſacerdotū. Propterea ergo detractis: ut aiūt: arbuſta exuta corticibus ſucco miſerabili deficiētiū ora lambebāt. Propterea chaoniam frugem glande mutātes: rurſus in pecudū paſtus: & ad infœlicis uictus alimenta reuocati cōcuſſa quercu famē in ſiluis miſerā ſolabant. Noua uidelicet ꝓdigia terraꝝ quæ nunq̄ ante acciderāt: cum ſupſtitio gētilis toto orbe ferueret. Reuera qñ ante uacuis auenis ſegès: fallaſ auari uota luſit agricolæ: & ſpem ruſticæ plæbiſ quæſita ſulcis frugis herba deſtituit. Et uñ græciſ oracula habitæ ſuæ querc⁹: niſi qa remediū ſilueſtris alimoniæ cæleſtis religionis donū putarūt? Talia em̄ ſuoꝝ munera credūt

deorũ. Quis dodonæas arbores niſi gentiũ populus adorauit: cũ pabulũ triſte ſacri nemoris honore donaret? Nõ eſt ueriſimile ꝙ indignãtes eorũ dij id ꝓ pœna intule rint qđ ſolebant placati cõferre ꝓ munere. Quæ autẽ æquitas: ut paucis ſacerdoti- bus dolẽtes uictum negatũ ipſi omnibus denegarent: cũ inclemẽtior eſſet uindicta q̃ culpa. Nõ eſt igitur idonea quæ tantã ægritudinẽ mundi fallẽtis cauſa conſtrin- xerit: ut uirẽtibus ſegetibus ſubita ſpes anni adulta morereť. Et certe añ plurimos annos templorũ iura toto orbe ſublata ſunt. Modo ne demũ dijs gentilium uenit in mentẽ ſuas iniurias ultũ iri? Propterea nec aſſueto curſu nilus intumuit: ut urbicoꝝ ſacerdotũ diſpendia uindicaret qui nõ uindicauit ſuorũ? Eſto tamẽ ſi ſuperiore an no deorũ ſuoꝝ iniurias uindicatas putant: cur præſenti anno cõtemptui fuere? Iam eñ nec herbaꝝ uulſis radicibuſ ruſticana plæbſ paſciť: nec baccæ ſilueſtriſ explorat ſolatia: nec cibũ de ſentibus rapit: ſed operũ læta fœliciũ dum meſſes ſuas & ipſa mi ratur: expleuit uoti ſatietate ieiunium: uſurarios nobis reddidit terra ꝓuẽtus. Quis ergo tam nouꝰ humanis uſibus: ut uices ſtupeat annorũ: & tamẽ etiã ſuperiore an- no plæraſq; nouimus ꝓuincias redũdaſſe frugibus? De gallijs quid loquar ſolito di tioribus? Frumentũ pãoniæ qđ nõ ſeuerãt uendiderunt: Et fæcũda rhetia fertilita- tis ſuæ nouit inuidiã. Nã quæ ſolebat tutior eſſe ieiunio: fæcũditate hoſtẽ in ſe exci- tauit. Liguriã uenetiaſq; autumni frumẽta pauerũt. Ergo nec ille ſacrilegio annꝰ exẽ aruit: & iſte fidei fructibꝰ annus efloruit. Negent etiã ꝙ largo fœtu uineæ redunda- uerint. Itaq; & meſſem fœneratã recepimus: & liberatioris uindemiæ beneficia poſ- ſidemus. Poſtremꝰ ſupeſt & maximus locꝰ: utrũ ea quæ uobis ꝓfuerint imperato- res reſtituere ſubſidia debeatis. Ait eñ: Vos defendant: a nobis colanť. Hoc eſt fi- deliſſimi principes qđ ferre nõ poſſumꝰ: qa exprobrãt nobis ueſtro ſe nomine dijs ſuis ſupplicare: & uobis nõ mandãtibꝰ ſacrilegiũ imane cõmittunt: diſſimulationẽ ꝓ cõſenſu interꝓtantes: Sibi habeãt præſidia ſua: ſuos ſi poſſunt: illa defendãt. Nã ſi ijs a quibus colunť: auxilio eſſe nõ poſſunt: quõ poſſunt uos defendere: a quibꝰ nõ co- lunť? Sed maioꝝ inquit ſeruãdus eſt ritus. Quid ꝙ oĩa poſtea i melius ꝓfecerũt? Mundus ipſe qui uel primũ coactis elementoꝝ ꝓ inane ſeminibus tenero orbe con creuerat: uel cõfuſo adhuc ĩdigeſti operis caligabat horrore: nõne poſtea diſtincto cæli: maris: terrarũq; diſcrimine reꝝ formas q̃bus ſpecioſus uideť: accepit? Exutæ humẽtibꝰ tenebris nouũ terræ ſtupuere ſolẽ: dies in exordio nõ refulget: ſed ĩ ꝓceſ ſu tẽporis icremẽto luminis micat & caloris exæſtuat. Luna ipſa quæ ꝓphetĩcis ora- culis ſpecies eccleſiæ figuratur: cum primũ reſurgens in menſtruas reparatur æta- tes: tenebris noctis abſcondiť: paulatimq; cornua ſua cõplens uel e regione ſolis ab- ſoluens clari ſplendore fulgoris irrutilat. Exerceri in fructus terræ añ neſciebant: poſtubi imperare aruis ſollicitus cœpit agricola: & informe ſolũ ueſtire uinetis: ſilue ſtres animos domeſticis mollitæ cultibus exuerũt. Anni ipſiꝰ ætas prima quæ nos uſu parili colorauit: nutu gignentiũ ſed in ꝓceſſu lapſuris floribus uernat: poſtremis adoleſcit fructibus. Nos quoq; æui rudes ſenſus habemus infantiæ: ſed mutati in an nos ingenij rudimenta deponimꝰ. Dicant igiť in ſuis omnia manere debuiſſe prin- cipijs: mundũ tenebris obductũ quia ſplẽdore ſolis illuxerit: diſplicere. Et quãto gra tius eſt animi tenebras depuliſſe q̃ corporis: fideiq; iubare micuiſſe q̃ ſolis? Ergo & mũdi ſicut oim reꝝ: primæua uiã mutarũt: ut uenerabilis canæ fidei ſeq̃reť ſeneĉ. Quos hoc mouet: reprehẽdant meſſem: qa ſera fæcũditas eſt: reprehẽdant uinde miã: qa in occaſu anni eſt: reprehẽdant oliuã: qa poſtremus eſt fructus. Ergo & meſ- ſis noſtra fides animaꝝ eſt: eccleſiæ gratia meritoꝝ: uindemia eſt: quæ ab ortu mun di uirebat in ſanctis: ſed poſtrema ætate ſe diffudit in ppl̃os: ut aduerterẽt oẽs nõ ru- dibꝰ animis irrepſiſſe fidẽ chriſti. Nulla eñ ſine aduerſario corona uictoriæ: ſed ex ploſa ea opiniõe quæ añ cõualuit id qđ erat ueꝝ iure prælatũ: Si ritꝰ ueteres delecta bãt: cur in alienos ritꝰ eadẽ roma ſucceſſit? Omitto abſcõditã p̃cio humũ: & paſtora- les caſas auro degeneri renitẽtes. Quid (ut de ipſo reſpõdeã ꝙ querũť) captaꝝ ſi- mulacra urbiũ uictoſq; deoſ: & ꝑegrinoſ ritꝰ ſacroꝝ: alienæ ſupſtitõiſ æmuli recepũt?

Vnde igitur exemplū ꝙ currus ſuos ſimulato almonis in flumine lauat cybele? Vnde phrygij uates & ſemp inuiſa romanis non æquæ carthaginis numina? Quā cæleſtem aphri mitrā: perſæ plæriq; uenerem colunt: ꝑ diuerſitate nominis nō pro numinis uarietate: Sic deam eſſe & uictoriā crediderunt: quæ utiq; munus eſt nō poteſtas: donatur nō dominaē: legionū gratia non religionū potentia. Magna igiē dea quā militū multitudo ſibi uendicat: uel præliorū donat euentus. Huius aram ſtrui in urbis romæ curia petūt. hoc eſt quo plures conueniūt chriſtiani. Omnib⁹ in templis aræ: ara etiā in templo uictoriaꝝ: quādo numero delectantur: ſacrificia ſua ubiq; cōcelebrant. Quid eſt niſi inſultare fidei: unius aræ ſacrificiū uendicare? Ferendū ne iſtud ut gentilis ſacrificet: & chriſtian⁹ interſit? Hauriāt omnes inquit hauriant uel inuiti fumū oculis: ſymphoniā auribus: cinerē faucibus: thus naribꝰ: & aduerſantium licet ora excitata focis noſtris fauilla reſpergat. Nō illis ſatis ſunt lauacra: non porticuſ: nō plateæ occupatæ ſimulacris. Etiā ne in cōmuni illo concilio nō erit communis cōditio? Obſtringeē pia ſenatus portio obteſtantiū uocib⁹: adiurantiū ſacramentis? Si refutet: uidebiē mendaciū ꝑdere: ſi acquieſcat: ſacrilegiū cōfiteri. Vbi inquit in leges ueſtras & uerba iurabimus? Ergo menſurā quæ legibus teneē inclu ſa: cærimoniis gentiū ſuffragiū colligit: fidē ſtringit: iam nō ſolū præſentiū ſed abſentium etiā? Et qd̄ eſt amplius: imperatores fides ueſtra pulſaē? Vos em̄ cogitis ſi iubetis. Cōſtantius auguſtæ memoriæ nondū ſacris initiatus myſteriis contaminari ſe putauit ſi aram illam uideret. Iuſſit auferri: nō iuſſit reponi. Illud auctoritatē facti habet: hoc præcepti nō habet. Nemo ſibi de abſentia blandiaē: præſentior eſt qui se animis inſerit q̄ qui oculis ꝑteſtatur. Plus em̄ eſt mēte cōnecti q̄ corpore copulari.

Vos ſenatus cogendi cōſilij præſules habet: uobis coit: uobis cōſcientiā ſuā nō diis gentiū præſtat: uos liberis ſuis nō tn̄ fidei ſuæ præfert. Hæc eſt charitaſ expetēda: hæc eſt charitas maior imperio: ſi fides tuta ſit quæ ſeruat imperiū. Sed fortaſſe ali quē moueat: ita fideliſſimū principē deſtitutum: ꝑinde quaſi meritorū precium caducis æſtimetur præſentiū. Quis em̄ ſapiens nō in orbe quodā atq; circuitu locata humanarū reꝝ nouit negocia: quia nō eoſdē ſemp ſucceſſus habent: ſed uariant ſtatus & mutant uices? Quē beatiorē Cnæo pompeio romana tēpla miſerūt? At is cū tribus triumphis terrarū cinxiſſet orbē: pulſus acie: bello ꝑfugus: & ſui terminis exul imperij: canopei manu ſpadonis occubuit. Quē nobiliorē Cyro perſarū totius orientis terræ regē dederūt? Is quoq; cū principes potentiſſimos aduerſantes uicciſſet: uictos reſeruaſſet: muliebribus armis fuſus interijt. Et ille rex qui ſupatos etiā conſeſſus honore donauerat: execto capite & intra utrē plenū cruoris ſatiari iuſſus incluſo: fœmineis imperijs ludibrio fuit. Adeo in iſtiꝰ uitæ curriculo nō paria paribꝰ ſed longe diuerſa referūtur. Quē etiā magis ſacrificijs deditū q̄ carthaginenſium ducē Hamilcharem repperimꝰ? qui cū toto prælij tēpore inter acies poſitꝰ dimicantes ſacrificiū faceret: ubi partē ſuorum uictam eſſe cognouit: in ipſos, quos adolebat ſe præcipitauit ignes: ut eos uel cruore ſuo reſtingueret: quos ſibi nihil ꝑfuiſſe cognouerat. Nā de Iuliano quid loquar? qui cū reſponſis aruſpicū male credulus eſſet: ademit ſibi ſubſidia reuertendi. Ergo in cōmuni caſu nō eſt cōmunis offenſa. Neminē etem̄ ꝑmiſſa noſtra luſerūt. Reſpondi laceſſentib⁹ tanq̄ nō laceſſit⁹. Refellendæ etem̄ relationis: nō exponēdæ ſupſtitionis mihi ſtudiū fuit. Te tn̄ imperator ipſa eoꝝ relatio faciat cautiorē. Nā cū de ſuperioribus principibus texuiſſet: qa prior eoꝝ numerus cærimonias patrū coluit: recentior nō remouit: addidiſſet etiā ſi exēplum religio ueterū nō facit: faciat diſſimulatio ꝓximorū. Euidēter docuit ꝙ & fidei tuæ debeas: ut gentilitij rit⁹ nō ſequaris exemplū: & pietati ut fratris ſtatuta nō uioles. Si em̄ ꝑ ſuis dūtaxat partibus eoꝝ diſſimulationē principū prædicarūt: qui cū eſſent chriſtiani: decreta tamen gētilium minime remouerūt: quātomagis amori debēt deferre fraterno: ut qui diſſimulare deberes: etiam ſi quid forſitan nō probares: ne fraternis derogares ſtatutis: & nunc teneas quod & fidei tuæ & germanitatis neceſſitudini iudicas cōuenire.

Sancti Ambrosij ad Valentinianũ imperatorem: recusantis certare cum Auxentio arriano in consistorio imperatore iudicaturo: ex eo ꝙ in causa fidei episcopi de laicis in ecclesia: & nõ laici de episcopis in cõsistorio debeãt iudicare: Epla. XXXII.

CLemẽtissimo imperatori & beatissimo augusto Valentiniano: Ambrosius episcopus. Dalmatius me tribunꝰ & notarius mandato: ut allegauit: clementiæ cõuenit tuæ: postulanſ ut & ipse iudices legerẽ ſicut elegisset Auxentiꝰ: Nec tñ expressit eorũ noia qui fuerant postulati: sed id addidit ꝙ in cõsistorio esset futura certatio arbitro pietatis iudicio tuæ. Cui rei respõdeo: ut arbitror: cõpetenter. Nec quisq̃ cõtumacẽ iudicare me debet cũ hoc asseram quod augustæ memoriæ pater tuus nõ solum sermone respondit: sed etiã legibus suis sanxit: in causa fidei uel ecclesiastici alicuius ordinis eũ iudicare debere: qui nec munere impar sit nec iure dissimilis. Hæc enim uerba rescripti sunt: hoc est sacerdotes de sacerdotibus uoluit iudicare. Quinetiã si alias quoq; argueretur episcopus: & morum esset examinanda causa: etiam hanc uoluit ad episcopale iudicium pertinere.

Quis igitur cõtumaciter respondit clementiæ tuæ? Ille qui te patri similẽ esse desiderat: an qui uult esse dissimilẽ? Nisi forte uilis quibusdam tanti imperatoris existimatur sententia: cuius & fides cõfessionis constantia cõprobata est: & sapiẽtia meliorat æ reipublicæ profectibꝰ prædicatur. Quãdo audisti clementissime imperator in causa fidei laicos de episcopo iudicasse? Ita ergo quadã adulatione curuamur: ut sacerdotalis iuris simus immemores: & qđ deus donauit mihi: hoc ipse alijs putem esse credẽdum? Si docendus est episcopus a laico: quid sequatur: laicus ergo disputet: & episcopus audiat: episcopus discat a laico? At certe si uel scripturaꝝ seriem diuinarũ uel uetera tẽpora retractemꝰ: quis est qui abnuat in causa fidei: in causa inquã fidei episcopos solere de imperatoribꝰ christianis: nõ imperatores de episcopis iudicare? Eris deo fauente etiã senectutis maturitate ꝓuectior: & tunc de hoc cẽsebis qualis ille episcopꝰ sit qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus deo fauente uir maturioris æui dicebat: Nõ est meũ iudicare inter episcopos: tua nunc dicit clemẽtia: Ego debeo iudicare? Et ille baptiçatus in christo inhabilẽ se ponderi tãti putabat esse iudicij: clemẽtia tua cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta seruantur: arrogat de fide iudiciũ: cum fidei ipsius sacramẽta nõ nouerit? Quales autem elegerit iudices: possumus existimationi relinquere: quãdo eoꝝ nomina timet ꝓdere. Veniant plane si qui sunt ad ecclesiã: audiant cũ populo: nõ ut quisq̃ iudex resídat: sed unusquisq; de suo affectu habeat examẽ: eligat quẽ sequatur. Agit̃ de istius ecclesiæ sacerdote: si audierit illum populus: & putauerit melius disputare: sequatur fidem eius nõ inuidebo. Omitto quia iam ipse populus iudicauit: taceo qa eum quẽ habet de patre tuæ clemẽtiæ: postulauit: taceo quia pater pietatis tuæ quietem futuram spopõdit: si electus susciperet sacerdotium. Hanc fidem secutus sum promissorum. Q2 si de aliquorum peregrinorum assentatione se iactat: ibi sit episcopus: unde sunt ij qui eum episcopatus putant nomine esse donandũ. Nam ego nec episcopũ noui nec unde sit scio. Vbi illud constituimus imperator ꝙ iam ipse tuum iudicium declarasti. Immo etiã dedisti leges: ne cui esset liberum aliud iudicare. Qđ cũ præscripsisti alijs: præscripsisti & tibi. Leges em̃ imperator fert quas primus ipse custodiat. Visne igitur experiar: ut incipiant ij qui iudices eliguntur: aut aduersus tuam uenire sententiã: aut certe excusare ꝙ imperatoris tam seuero & tam districto imperio nõ potuerint obuiare? Sed hoc cõtumacis nõ modesti est sacerdotis. Ecce imperator legẽ tuam iam ex parte rescindis: sed utinam nõ ex parte sed in uniuersum. Legem em̃ tuam nollem esse supra dei legẽ. Dei lex nos docuit quid sequamur: humanæ leges hoc docere non possunt. Extorquere solent timidis commutationẽ: fidem inspirare nõ possunt. Quis erit igit̃ ille qui cũ legat per tot ꝓuincias uno momento esse mandatũ: ut quicũq; obuiauerit imperatori: feriatur gladio: quicũque dei templum nõ tradiderit: ꝓtinus occidatur? Quis inquã est qui possit uel unus uel inter paucos dicere imperatori: lex tua mihi nõ ꝓbat̃? Nõ ꝓmittit̃ hoc

dicere ſacerdotibus: permittit laicis? Et iudicabit de fide qui aut gratiam ſperat aut metuit offenſam? Deinde ipſe cõmittam ut eligã iudices laicos: qui cũ tenuerint fidei ueritatẽ: aut ꝓſcribant: aut necentur: qđ lex de fide lata decernit? Ego igitur aut præuaricationi offerã homines: aut pœnæ? Nõ tanti eſt Ambroſius: ut ꝓpter ſe deiſciat ſacerdotiũ. Nõ tanti eſt unius uita: quãti eſt dignitas omniũ ſacerdotum: quorũ de conſilio iſta dictaui: intimãtibus ne forte etiã gentilis eſſet aliquis aut iudæus: qui ab Auxentio eſſet electus: quib⁹ traderemus de chriſto triũphum: ſi de chriſto iudiciũ cõmitteremus. Quid illoſ aliud niſi chriſti iniuriã audire delectat? Quid illis aliud põt placere: niſi: qđ abſit: ut chriſti diuinitas deneget? Cũ ijs plane bene cõuenit arriano qui creaturã chriſtũ dicit: qđ etiam gẽtiles ac iudæi ꝓmptiſſime cõfitentur. Hoc ſcriptũ eſt in ariminẽſi ſynodo: Meritoq; conciliũ illud exhorreo: ſequens tractatũ concilij niceni: a quo me nec mors nec gladi⁹ poterit ſeparare. Quã fidem etiã parens clemẽtiæ tuæ Theodoſius beatiſſimus imperator & ſequit & ꝓbauit. Hanc fidem galliæ tenẽt: banc biſpaniæ: & cũ pia diuini ſpirit⁹ cõfeſſione cuſtodiunt. Si tractandũ eſt: tractare in eccleſia didici: qđ maiores fecerunt mei: ſi cõferẽdum de fide: ſacerdotũ debet eſſe iſta collatio: ſicut factum eſt ſub Conſtantino auguſtæ memoriæ principe: qui nullas leges ante præmiſit: ſed liberũ dedit iudiciũ ſacerdotib⁹. Factum eſt etiã ſub Conſtantio auguſtæ memoriæ imperatore paternæ dignitatis hærede: ſed qđ bene cœpit: aliter cõſummatũ eſt. Nam epiſcopi ſincerã primo ſcripſerant fidem: ſed dum uolũt quidã de fide intra palatiũ iudicare: id egerunt: ut circũſcriptionibus illa epiſcoporũ iudicia mutarẽtur. Qui tamẽ inflexã ſtatim reuocare ſentẽtiam. Ft certe maior numerus arimini niceni cõcilij fidem ꝓbauit: arriana decreta dãnauit. Si ad ſynodum ꝓuocat Auxentius: ut de fide diſputet: licet nõ ſit neceſſe ꝓpter unũ tot epiſcopos fatigari: qui etiã ſi angelus de cælo eſſet: paci eccleſiarũ nõ deberet præferri: cũ audiero ſynodũ cõgregari: & ipſe nõ dẽro. Tolle igitur legẽ: ſi uis eſſe certamẽ. Veniſſem imperator ad conſiſtoriũ clemẽtiæ tuæ: ut hæc corã ſuggererẽ: ſi me uel epiſcopi uel ꝑplus permiſiſſent dicẽtes de fide in eccleſia corã populo debere tractari. Atq; utinã imperator nõ denũciaſſes: ut quo uellẽ pergerẽ. Quotidie ꝓdibã: nemo me aſſeruabat. Debuiſti me quo uolueras deſtinare: quẽ ipſe omnib⁹ offerebã. Nunc mihi a ſacerdotib⁹ dicitur: nõ multũ intereſt utrũ uolens relinquas an tradas altare chriſti. Cum eñ reliqueris trades. Atq; utinã liquido mihi pateret: ꝙ arrianis eccleſia minime traderetur: ſpõte me offerrẽ tuæ pietatis arbitrio. Sed ſi ego ſolus interſtrepo: cur etiã de alijs omnibus inuadẽdis eccleſijs eſt præceptũ? Vtinã cõfirmetur: ut eccleſijs nulluſ moleſtus ſit: opto ut de me: qualis uideẽ: ſentẽtia proferaẽ. Dignãter igitur imperator accipe ꝙ ad conſiſtoriũ uenire nõ potui. Ego in cõſiſtorio niſi ꝓ te ſtare nõ didici: & intra palatium certare nõ poſſum: qui palatij ſecreta nec quæro nec noui. Ego Ambroſius epiſcopus hunc libellum obtuli clementiſſimo imperatori & beatiſſimo auguſto Valentiniano.

Sancti Ambroſij in Auxentiũ de baſilicis tradendis: inuebẽtis: ſuoſque ad cõſtantiam atq; tolerantiã exhortantis: Oratio.

Ualdeo uos præter ſolitũ ſubito eſſe turbatos atq; aſſeruantes mei. Miror ꝙ hoc fit: niſi forte quia per tribunos me uidiſtis: aut audiſtis imperiali mandato eſſe conuẽtum: ut quo uellem abirem hinc: & ſi qui uellent: ſequẽdi poteſtatẽ haberẽt. Metuiſtis ergo ne eccleſiã deſererẽ: & dũ ſaluti meæ timeo: uos relinquerẽ? Sed quid & ipſe mãdauerim potuiſtis aduertere: deſerẽdæ eccleſiæ mihi uoluntatẽ ſubeſſe nõ poſſe: qa plus dñm mundi q̃ ſæculi hui⁹ imperatorẽ timerẽ. Sane ſi me uis aliq̃ abduceret ab eccleſia carnẽ meã exturbari poſſe nõ mentẽ. Paratũ me eſſe ut ſi ille faceret qđ ſolet eſſe regiæ poteſtatis: ego ſubirem qđ ſacerdotis eſſe cõſueuit. Quid ergo turbamini? Volẽs nunq̃ ius deſerã: coactus repugnare nõ noui. Dolere potero: potero flere: potero gemere: aduerſus arma milites gotthos quoq; lachrymæ meæ arma ſũt. Talia eñ munimẽta ſunt ſacerdotis. Aliter nec de-

beo nec possum resistere. Fugere aũt & relinquere ecclesiã nõ soleo: ne quis grauio
ris pœnæ metu factum interp̃tet. Scitis & uos ipsi: q̃ imperatorib⁹ soleã deferre:
nõ cedere: supplicijs me libẽter offerre: nec metuere quæ parant. Vtinã essem secu
rus q̃ ecclesia hæreticis minime traderet. Ad palatiũ imperatoris irem libenter: si
hoc cõgrueret sacerdotis officio: ut in palatio magis certarẽ q̃ in ecclesia: Sed in cõsi
storio nõ reus solet christus esse sed iudex. Causam fidei in ecclesia agendã quis ab
nuat? Si quis confidit: huc ueniat: inclinatũ iam uel imperatoris iudiciũ: qđ lata lege
patefecit: quo impugnat fidẽ: uel sperata ambientiũ quorũdam studia nõ requirat.
Nõ cõmitto ut quisq̃ uendat iniuriã christi. Circũfusi milites: armorũ crepitus: qui
bus uallata ẽ ecclesia: fidẽ nõ terrẽt meã: sed mentẽ exagitãt. Nedũ me tenetis: pni
ciosum aliquid uestræ oboriatur saluti. Ego em̃ iam didici nõ timere: sed uobis time
re plus cœpi. Sinite quæso uestrũ sacerdotẽ cõgredi: habemus aduersariũ qui lacesſ
1. Petri. 5. sit. Aduersarius em̃ noster diabolus sicut leo rugiens circuit quærẽs quẽ deuoret: ut
Apostolus dixit. Accepit sine dubio: accepit (nõ fallimur sed admonemur) tẽtan
di huiusmodi potestatẽ: ne forte corporis mei uulnerib⁹ possim a fidei intẽtione re
Job. 1. et. 2. uocari. Legitis & uos q̃ multis alijs tẽtauit sanctũ Iob diabolus: ad postremũ pote
statẽ huiusmodi petijt & accepit: ut tẽtaret corpus eius qđ pfudit ulceribus. Cũ es
set p̃positũ: ut ecclesiæ uasa iam traderem⁹: hoc respõsi reddidi: Me si de meis aliq̃d
posceretur: aut fundus aut domus aut aurũ aut argentũ: id qđ mei iuris esset: libẽter
offerre: templo dei nihil posse decerpere: nec tradere illud qđ custodiendũ nõ tra
dendũ acceperim. Deinde cõsulere me etiã imperatoris saluti: q̃ nec mihi expedi
ret tradere: nec illi accipere. Accipiat em̃ uocẽ liberi sacerdotis si uult sibi esse cõsul
tum: recedat a christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt: & ut arbitror: plena affe
Eph. 6. ctus eius: quẽ iperatori debet sacerdos. Sed q̃ lucta nobis est: nõ solũ aduersus car
nẽ & sanguinẽ: sed etiã (qđ grauiꝰ est) aduersus spũalia nequiciæ quæ sũt i cælestib⁹:
tẽtator ille diabolus p̃ ministros suos certamẽ auget: uulnerib⁹ corporis mei experi
endũ arbitrat. Scio fratres uulnera hæc quæ p̃ christo excipimus: nõ eẽ uulnera q̃
bus uita amittit sed propagatur. Sinite quæso esse certamen: spectatores uos esse
decet. Cõsiderate q̃ si quem habet ciuitas uel athletã uel alteriꝰ nobilis artis peri
tum: optat offerre certamini: Cur in maiorib⁹ rebus repudiatis: quod uel in minori
bus uelle cõsuestis? Nõ metuit arma: nõ barbaros: qui mortẽ nõ timet: qui nulla car
nis uoluntate retinet Certe si dominꝰ huic nos certamini deputauit: frustra puigi
les tot noctibus & diebus custodias exhibetis. Implebit christi uolũtas. Omnipotẽs
em̃ noster est dominꝰ Iesus: hæc est fides nostra: Et ideo qđ fieri mãdat implebitur:
Luc. 19. nec cõuenit uos diuinæ obuiare sentẽtiæ. Audistis qđ hodie lectũ sit: Pullũ sibi asi
næ: saluator p̃ apostolos iussit adduci: mãdauitq̃ ut si quis resisteret: diceret: Domi
nus operã eius desiderat. Quid si & nunc pullũ istũ asinæ: hoc est animalis qđ gra
Matth. 11. uem sarcinã portare consueuit: sicut est hũana conditio cui dicit: Venite ad me oẽs
qui laboratis & onerati estis: & ego uos reficiã: tollite iugũ meũ q̃ leue est? Quid si
inquã pullũ istum ad se modo iussit adduci: missis apostolis: illis qui iã exuti corpore
incõprehensibilem oculis nostris angelorũ speciem gerunt? Nõne si ab aliquo resi
stat: dicent: Dominꝰ operã eius desiderat? Si resistat uel uitæ huius cupiditas: si resi
stat caro & sanguis: si resistat cõuersatio corporalis: q̃ aliquib⁹ forsitã grati uidemur:
Phil. 1. sed qui nos hic diligit: multoamplioꝰ diliget: si sinat fieri hostiã christi. Quia dissolui &
cũ christo esse multomeliꝰ. Et si manere in carne: magis necessariũ p̃pter uos. Ni
hil est ergo q̃ uereamini fratres dilectissimi. Scio em̃ quia quicquid passus fuero: pro
christo patiar. Et legi q̃ eos timere nõ debeam qui possunt carnẽ occidere. Et audi
Matth. 10. ui dicentẽ: Qui p̃diderit animã suam p̃pter me: inueniet eã. Ergo si uult dominꝰ: cer
tũ est qđ nullus obsistat. Q2 si adhuc nra differt certamina: quid uereminiꝰ? Seruum
christi nõ custodia corporalis: sed dñi p̃uidentia sepire cõsueuit. Turbati estis q̃
apertas repperistis geminas fores: quas captus oculis quidã dum hospitiũ propriũ
repetit: patefecisse memoratur. In quo cognoscite q̃ nihil suffragẽt humana custo-

dia. Ecce unus qui uidēdi munus amisit: soluit uestra uniuersa munimina: & custodi-
as lusit: Domin⁹ autē suæ misericordiæ custodiā nō amisit. Nōne ante biduum: ut
meministis: etiā illud repertū est: ꝙ a parte leua basilicæ ingressus quidā puer⁹ fuit:
quē putabatis clausum esse atq; munitū? Sepserūt nempe armati basilicam: explora
bant hos atq; illos aditus: cæcitate ꝑfusi sunt: ut quod apertū erat: uidere nō possent.
Itaq; ꝑ plurimas noctes ꝙ apertū fuerit: nō ignoratis. Desinite ergo sollicitari: quia
hoc erit qđ christus iubet: & hoc esse expedit. Deniq; exempla uobis legis ꝓferā.
Helisæus quærebat a rege syriæ: missus erat exercitus qui eū caperet: circūuallatus 4. Regl. 6.
erat undiq; cœpit timere eius seruulus qa seruulus erat: hoc est nō erat liberæ men
tis & liberæ potestatis: Petiuit aperiri eius oculos sanctus ꝓpheta & ait: Respice &
uide: quāto plures sint ꝑ nobis q̄ contra nos. Et respexit & uidit angelorū milia. Ad
uertitis igit ꝙ seruulos christi ij magis custodiāt qui nō uident q̄ qui uident. Sed &
illi si custodiūt: uestris custodiunt orationib⁹ aduocati. Legistis nempe eosipsos qui
Helisæum quærebāt: ingressos esse samariā ad eūipsum quem capere gestiebāt: cui
nō solū non potuerūt nocere: sed ipsius aduersus quē uenerāt: intercessione seruati
sunt. Petrus quoq; apostol⁹ utriusq; rei uobis edat exemplū. Nam ubi eū herodes Actꝫ. 12.
quæsiuit & cœpit: recepit in carcerē. Non em̄ recesserat dei seruulus: sed steterat ti-
moris ignarus. Orabat ꝑ eo ecclesia: sed apostol⁹ in carcere quiescebat: qđ est indici
um nō timētis. Missus est angelus qui dormientē excitaret: ꝑ quē Petrus ꝓductus e
carcere: mortē ad tēpus euasit. Idem Petrus postea uicto Simone cū præcepta dei
populo seminaret: doceret castimoniā: Excitauit animos gentiliū: quib⁹ eum quærē
tibus christianæ animæ dēpcatæ sunt ut paulisper cederet. Et q̄is esset cupidus pas
sionis: tamē cōtemplatiōe populi precātis inflexus est. Rogabat em̄ ut ad instituen
dū & cōfirmandū populū se reseruaret. Quid multa? Nocte muro egredi cœpit: &
uidens sibi in porta christū occurrere urbemq; ingredi: ait: Domine quo uenis? Re-
spondit christus: Venio iterū crucifigi. Intellexit Petrus ad suā crucem diuinū ptine
re responsum. Christus em̄ nō poterat iterum crucifigi: qui carnē passione susceptæ
mortis exuerat. Q2 em̄ mortuus est: mortu⁹ est semel: ꝙ autem uiuit uiuit deo. Intel
lexit ergo Petrus ꝙ iterū christus crucifigēdus esset in seruulo. Itaq; spōte remeauit
interrogantib⁹ christianis respōsum reddidit: statimq; corrept⁹: ꝑ crucē suā honori-
ficauit dominū Iesum. Videtis igit ꝙ in seruulis suis pati uelit christ⁹. Quid si & hu
ic seruulo dicit: Illū uolo sic manere: tu autē me seq̄re: Et de hac arbore gustare uult
fructum? Nā si illius cib⁹ erat: ut faceret uoluntatē patris: idē cibus illi⁹ est ut nostris
passionibus epulet Nōne ut de ipso dño sumam⁹ exemplū: qñ uoluit passus est: &
cū quæreret inuētus est? Quādo aūt hora nō uenerat passionis: ꝑ mediū quærentiū
trāsibat: & uidētes eum tenere nō poterant. Quo utiq; euidenter ostēdit: quia quā-
do dominus uult: unusquisq; inuenit & capitur. Quādo aūt differt: etiā si quærenti-
um manibus occurrat & oculis nō tenetur. Egoipse nō quotidie uel uisitādi gratia
prodibam uel ꝓgebam ad martyres? Non regiā palatij prætexebā eūdo atq; rede-
undo? Et tamen nemo me tenuit: cū exturbandi me haberent: ut prodiderunt po-
stea: uoluntatē: dicentes: exi de ciuitate: & uade quo uis. Expectabam fateor ma-
gnum aliquid: aut gladiū ꝓ christi nomine: aut incendiū. At illi delitias mihi pro pas
sionibus obtulerūt: sed athleta christi non delitias sed passiones suas exigit. Ne-
mo ergo uos turbet: qđ aut carrum præparauerant: aut dura: ut uidebatur sibi: Au-
xentij ipsius qui se dicit episcopum: ore iactata. Plærique narrabāt percussores præ-
missos pœnam mortis esse decretam: nec illa timeo: & ista nō desero. Quo enim
abibo: ubi nō omnia plena gemitus sint atq; lachrymarum: quando per ecclesias iu-
bentur eijci catholici sacerdotes: resistētes gladio feriri: curiales ꝓscribi omnes: nisi
mandatū impleuerint? Et hæc episcopi manu scripta & ore dictata: qui se ut ꝓbaret
doctissimū: uetus nō omisit exemplū. Legimus em̄ in ꝓpheta ꝙ uiderit falcē uolan-
tem. Hanc imitatus Auxenti⁹ gladium uolantē ꝑ omnes urbes direxit. Et Sathanas 2. Cor. 11.
transfigurat se in angelū lucis: & in malū imitatur eius potentiā. Tu dñe iesu uno

momento mundū redemisti: Aūxentiꝰ ūno momēto tot populos qđ in ipso est: trucidabit: alios gladio: alio sacrilegio. Meā basilicā petit cruento ore: sanguinolentis
Ps.49. manibꝰ: Cui bene præsens respondit lectio: Peccatori aūt dixit deus: Quare tu enarras iusticias meas? id est: nō cōuenit paci & furori: nō cōuenit christo & belial. Me-
3.Reg.21. ministis etiā qđ lectum est hodie: Nabuthe sanctū uirū possessorem uineæ suæ interpellatū petitione regia: ut uineam suā daret: ubi rex succisis uitibus olus uile sereret: eūq; respondisse: Absit ut ego patrū meorum tradā hæreditatē. Regē cōtristatū esse ꝙ sibi esset alienū ius relatione iusta negatū: sed muliebri consilio deceptum. Nabuthe uites suas uel ꝓprio cruore defendit. Si ille uineam nō tradidit suā: nos trademus ecclesiam christi? Quid igitur a me responsum est cōtumaciter? Dixi em̄ cōuentus: Absit a me ut tradam christi hæreditatē. Si ille patrū hæreditatē nō tradidit: ego tradam christi hæreditatē? Sed & hoc addidi: Absit ut tradā hæreditatē patrū: hoc est hæreditatē Dionysij qui in exilio in causa fidei defunctus est: hæreditatē Eustorgij confessoris: hæreditatē Myroclis: atq; omniū retro fideliū episcoporum. Respondi ego qđ sacerdotis est: qđ imperatoris est faciat imperator. Priꝰ est ut animā mihi quā fidem auferat. Ac cui tradā præsens lectio euāgelij docere nos
Luc.19. debet: quid petatur: a quibꝰ petatur. Audistis nēpe legi ꝙ cū christꝰ sup pullum asinæ sederet: clamabāt pueruli: & molestе ferebāt iudæi. Deniq; interpellauerūt dominū Iesum dicētes: ut faceret eos tacere: respōdit: Si hi tacebūt: lapides clamabūt. Deinde ingressus templū eiecit nūmularios & cathedras & colūbas uendētes in tēplo dei. Lectio nempe ista nulla nostra dispositione recitata est: sed casu: quæ præsentibus bene aptaꝫ temporibꝰ. Semp ergo christi laudes uerbera pfidorum sunt. Et nunc cū laudaꝫ christus: dicunt hæretici quia seditio cōmouetur: dicunt hæretici quia his mors paratur: & uere mortē habent in laudibꝰ christi: Quō em̄ laudes eius ferre possunt: cuiꝰ infirmitatē prædicāt? Itaq; & hodie cū laudatur christus: arrianorum amentia uerberaꝫ. Gerasени præsentiā christi ferre non poterant: isti peiores gerasenis nec laudationē christi sustinere possunt. Vident pueros christi gloriā con
Ps.8. cinentes: quia scriptū est: Ex ore infantiū & lactentiū pfecisti laudē: irrident istā æta-
Luc.19. tulam fidei plenā: cū dicunt: Ecce quid clamāt? Sed respōdit ijs christus: Si hi tacuerint: lapides clamabūt: hoc est fortiores clamabunt: clamabūt & iuuenes: clamabūt & maturiores: clamabunt & senes: isti lapides ad illū iam solidati lapidē: de quo scri-
Ps.117. ptū est: Lapidem quē reprobauerūt ædificantes: hic factus est in caput anguli. His igiť laudationibꝰ inuitatus templū suū christꝰ ingrediť: & flagellū prehendit: & eijcit de tēplo nūmularios. Nō patitur em̄ in suo tēplo pecuniæ esse uernaculos: nō patitur in suo tēplo esse eos qui uēdant cathedras. Quid sunt cathedræ: nisi honores? Quid sunt colūbæ: nisi simplices mentes uelamine fidē candidā & purā sequentes? Ego ergo indūcā in templū quē christus excludit? Iubeť em̄ exire qui dignitates uēdit & honores. Iubeť em̄ exire qui uēdere uult simplices mentes fideliū. Ergo Auxentius eijciť: mercurinus excludiť. Vnū portētiū est: & duo noia. Etem̄ ne cognosceretur quis esset: mutauit sibi uocabulū: ut ꝙa hic fuerat Auxētius ep̄s arrianus: ad decipiendā plebē quā ille tenuerat: se uocaret mercurinū. Mutauit ergo uocabulū sed pfidiam nō mutauit. Exuit lupū & induit lupum. Nihil ꝓ deest ꝙ mutauit nomen: quid sit agnosciť. Alius in scythiæ partibus dicebaťː alius hic uocaťː noia ꝓ regionibus habet. Habet ergo iam duo noia: & si hinc alio prexerit: habebit & tertiū. Quō em̄ patietur: ut maneat ei uocabulū ad tanti sceleris indiciū? Minora fecit iu scythia & ita erubuit ut mutaret uocabulū: sceleratiora hic ausus est: & uolet quocunq; prexerit: noie suo ꝓdi tantorū populoꝝ sanguinē? Manu sua scribet & poterit consistere animo? Paucos excludebat dn̄s Iesus de templo suo: Auxentiꝰ nullum reliquit.

De templo suo Iesus flagello eijcit: Auxētius gladio. Iesus flagello: Mercurinꝰ securi. Pius dn̄s flagello exturbat sacrilegos: nequā pſequitur pios ferro. De quo bn̄ dixistis hodie: Leges suas secū ferat. Feret etiā si nolit: feret cōsciētiā suā. Et si nō fert chartulā: feret sanguine iscriptā animā suā: & si atramēto inscriptā epistolā nō feret:

Scripta est iuda culpa tua graphio ferreo & ungue adamantino: & scripta i pectore tuo:hoc est ibi scripta unde ꝓcessit. Is mihi etiã audet mentionẽ facere tractandi: plen⁹ sanguinis:plen⁹ cruoris? Qui quos nõ potuerit sermone decipere: eos gladio putat esse feriendos. Cruentas leges ore dictãs:manu scribens:& putãs ꝙ lex fidẽ possit hominib⁹ imperare. Nõ audiuit & id qđ hodie dictum est: Qm̃ nõ iustificat homo ex operib⁹ legis? Aut:Per legẽ legi mortuus sum ut deo uiuã? Id est ꝓ legem spiritualẽ interꝓtatione legis est mortu⁹ corporali? Et nos ꝓ legẽ dñi nostri Iesu christi moriamur huic legi:quæ sancit decreta ꝓfidiæ. Nõ lex ecclesiam cõgregauit sed fides christi. Lex em̃ nõ est ex fide:iustus aũt ex fide uiuit. Iustũ ergo fides nõ lex facit:quia nõ est ꝓ legem iusticia sed ꝓ fidẽ christi. Qui autẽ fidem repudiat:& legis iura præscribit:ipse se testat' iniustũ:quia iustus ex fide uiuit. Hanc ergo legẽ quisq̃ sequat' qua firmat' ariminẽse cõcilĩ:in q̃ creatura dict⁹ est christ⁹? Sed aiũt:Misit de⁹ filiũ suum factũ ex muliere: factũ sub lege:Ergo factũ legunt:hoc est creatũ. Nõne hoc ipsum cõsiderant qđ ꝓposuerũt:quia fact⁹ dicit' christ⁹: sed ex muliere: hoc est ꝼm partũ uirginis fact⁹ est:qui ꝼm diuinã generationẽ ex patre natus est? Legerunt & hodie:quia christ⁹ nos redemit de maledicto legis factus ꝓ nobis maledictũ. Nun quid maledictũ christus ꝼm diuinitatẽ est? Sed quare maledictũ dicat':Apostolus te docet dicẽs:quia scriptũ est:Maledictus oĩs qui pẽdet in ligno. Hoc est qui in carne sua nostram carnẽ:in suo corpore nostras infirmitates:& nostra maledicta suscepit ut crucifigeret. Nõ em̃ ille maledictus:sed in te maledict⁹. Denique habes alibi: Qui peccatũ nõ cognouit sed ꝓ nobis peccatũ fact⁹ est: qa nostra peccata suscepit: ut sacramento suæ passionis aboleret. Hæc ego fratres corã ipso apud uos plenius disputarẽ:sed cert⁹ nõ ignaros uos esse fidei:uestrũ refugit examẽ:& gentiles quosdam quattuor aut quinq̃ ferme hoies eligit cognitores sibi:si tn̄ aliquos elegit:quos uellẽ adesse in cœtu omniũ:nõ ut de christo iudicent: sed ut maiestatẽ audiãt christi: Tamẽ illi iam de Auxẽtio ꝓnũciauerũt cui tractãti quotidie nõ crediderũt: Quæ maior eius cõdemnatio q̃ ꝙ sine aduersario apud iudices suos uict⁹ est? Ergo & ipsorum sententiã cõtra Auxentiũ iã tenemus:& ꝙ gentes elegit:iure dãnandus est: quia apostoli præcepta dimisit:cũ Apostol⁹ dicat: Audet aliquis uestrũ aduersus alterũ habens negociũ:iudicari apud iniquos & nõ apud sanctos? Aut nescitis qm̃ sancti de hoc mundo iudicabũt? Et infra ait:Sic nõ est inter uos sapiens quisq̃ qui possit iudicare inter fratres:sed frater cum fratre iudicio cõtendit & hoc apud infideles? Videſ quia qđ ille obtulit:cõtra auctoritatẽ Apostoli sit? Vos eligite:utrũ Auxentiũ an Paulũ sequi debeamus magistrũ. Sed quid dicã de Apostolo: cũ ipse dominus clamet ꝓ ꝓphetã:Audite me populus me⁹ qui scitis iudiciũ:quoꝝ in corde lex mea est. Deus dicit:Audite me populus me⁹ qui scitis iudiciũ: Auxenti⁹ dicit:Nescitis iudiciũ. Videtis quia iã deum contẽnit in uobis:qui sententiã cælestis refutat oraculi. Audite me inquit popul⁹ meus:dicit dñs. Nõ dicit audite gentes: nõ dicit audite iudæi. Iam em̃ nõ populus dei qui fuerat:populus erroris est factus. Et q populus erroris erat:popul⁹ dei esse cœpit:quia in christũ credidit. Iste ergo popul⁹ iudicat cuius in corde lex diuina est nõ bũana:lex nõ atramẽto scripta sed spiritu dei uiui: Nõ in charta exarata sed in corde signata lex gratiæ nõ cruoris. Quis igitur uobis iniuriam facit:qui recusat uestrã an qui eligit audientiã? Cõclusus undiq̃ ad uersutiã patrum suoꝝ cõfugit:de imperatore uult inuidiã cõmouere: dicens iudicare debere adolescentẽ catbecuminũ:sacræ electionis ignarũ:& in cõsistorio iudicare. Quasi uero supiore anno qn̄ ad palatium sum petitus:cũ præsentib⁹ primatib⁹ ante consistoriũ tractaret':cũ imperator basilicã uellet eripere:ego tunc aulæ cõtemplatõe regalis infractus sim:constantiã nõ tenuerim sacerdotis:aut iminuto iure discesserim.

Nõne meminerũt ꝙ ubi me cognouit popul⁹ palatiũ petisse:ita irruit:ut uim eius ferre nõ possent:qn̄ comiti militari cũ expeditis ad fugandã multitudinẽ egresso obtulerunt omnes se neci ꝓ fide christi? Nõ tunc rogatus sũ ut populũ multo sermone mulcerẽ? Sponderẽ fidẽ ꝙ basilicam ecclesiæ nullus inuaderet? Et cum ꝓ benefi

Hiere.17.

Gal.2.

Ibidẽ.

Ro.1.

Gal.4.

Gal.5.

Ibidem. Deut.21.

2.Cor.5.

1.Cor.6.

Esa.51.

2.Cor.5.

cio meũ ſit officiũ poſtulatũ: tñ ꝙ populus ad palatiũ ueniſſet: mihi inuidia cõmota eſt. In hanc igit̃ inuidiã me redire deſiderant: reuocaui populũ: & tamẽ inuidiã non euaſi: quã quidẽ inuidiã ego temperandã arbitror: nõ timendã. Quid em̃ timeam⁹ ꝑ chriſti nomine: niſi forte illud mouere me debet qđ aiunt: ergo nõ debet imperator unam baſilicã accipere ad quã ꝓcedat: & plus uult Ambroſius poſſe q̃ imperator: ut imperatori ꝓdeũdi facultatẽ neget? Qđ cũ dicunt: apprehẽdere ſermones
Matth.22. noſtros geſtiunt: ſicut iudæi qui chriſtũ uerſuto ſermone tẽtabant dicentes: Magiſter licet tributũ dare cæſari aut nõ? Semp ne de cæſare ſeruulis dei inuidia cõmouetur? Et hoc ad calumniã ſibi arceſſit impietas: ut imperiale nomẽ obtendat? Et iſti poſſunt dicere ꝙ eorũ nõ habeant ſacrilegiũ quoꝝ imitant̃ magiſteriũ? Et tamen uidete quãto peiores arriani ſunt q̃ iudæi. Illi quærebant utrũ ſoluendũ putarẽt cæſari ius tributi: iſti imperatori uolunt dare ius eccleſiæ. Sed ut ꝑfidi ſuũ ſequunt̃ auctorem: ita & nos quæ nos domin⁹ & auctor noſter docuit reſpõdeamus. Conſide-
Ibidem. rans em̃ Ieſus dolũ iudæorum dixit ad eos: Quid me tẽtatis? oſtendite mihi denarium. Et cũ dediſſent dixit: Cuius imaginẽ habet & inſcriptionẽ? Reſpondẽtes dixerunt: Cæſaris. Et ait illis Ieſus: Reddite quæ ſunt cæſaris cæſari: & quæ ſunt dei deo.

Ergo & ego dico illiſ qui mihi obiiciunt: oſtendite mihi denariũ. Ieſus cæſaris denariũ uidit & ait: Reddite cæſari quæ cæſaris ſunt: & quæ dei ſunt deo. Nũquid de eccleſiæ baſilicis occupãdis poſſunt denariũ offerre cæſari? Sed in eccleſia unã imagi-
Geñ.1. nẽ noui: hoc eſt imaginẽ dei inuiſibilis: de qua dixit de⁹: Faciamus hominẽ ad imagi-
Heb.1. nem & ſimilitudinẽ noſtrã. Illam imaginẽ de qua ſcriptũ eſt: Quia chriſtus ſplendor gloriæ & imago ſubſtãtiæ eius. In iſta imagine patrẽ cerno: ſicut dixit ipſe dñs Ieſus:
Joh.14. Qui me uidet uidet & patrẽ. Nõ em̃ hæc imago a patre eſt ſeparata: quæ unitatem
Ibidem.10. me docuit trinitatis dicens: Ego & pater unũ ſumus. Et infra: Omnia quæcũq; habet
Ibidem.16. pater mea ſunt. Et de ſpiritu ſancto dicens: quia ſpiritus chriſti ſit: & de chriſto accepit: ſicut ſcriptũ eſt: Ille de meo accipiet & annũciabit uobis. Quid igit̃ nõ humili-
Ibidem. ter reſpõſum a nobis eſt? Si tributũ petit: nõ negamus: agri eccleſiæ ſoluunt tributum. Si agros deſiderat imperator: poteſtatẽ habet uendicandorũ: nemo noſtrũ interuenit. Poteſt pauperib⁹ collatio populi redũdare. Nõ faciant de agris inuidiam: tollãt eos ſi libitũ eſt. Imperatori nõ dono: ſed nõ nego. Aurũ quærũt: poſſum dicere: Argentũ & aurũ nõ quæro: ſed inuidã faciunt: qa auꝝ erogat̃: nec ego hanc inuidiã phorreſco. Habeo ærarios. Aerarij mei pauperes chriſti ſũt. Hunc noui cõgregare theſaurũ. V tinã hoc mihi ſemp crimẽ aſcribant: qa aurũ pauperib⁹ erogat̃.

Qđ ſi obiiciũt ꝙ defenſionẽ ab ijs requirã: non nego ſed etiã ambio: habeo defenſionẽ ſed in orationib⁹ pauperũ. Cæci illi & claudi: debiles & ſenes: robuſtis bella-
Prouer.19. toribus fortiores ſunt. Deniq; munera pauꝑ deũ obligant: quia ſcriptũ eſt: Qui largit̃ pauperi: deo fœnerat: præſidia bellatorum diuinã ſæpe gratiã nõ merentur.

Hymnoꝝ quoq; meorũ carminib⁹ deceptũ populũ ferũt. Plane ne hoc abnuo. Grande carmen iſtud eſt: quo nihil potẽtius. Quid em̃ potẽtius q̃ cõfeſſio trinitatis: quæ quotidie toti⁹ populi ore celebrat̃? Certatim oẽs ſtudent fidẽ fateri: patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſanctũ norunt uerſib⁹ prædicare. Facti ſunt igit̃ omnes magiſtri qui uix poterãt eſſe diſcipuli. Quid igit̃ obaudiẽtius põt eſſe q̃ ut chriſti ſequamur exem-
Phil.2. plũ: qui ſpecie inuẽtus ut homo hũiliauit ſemetipſum factus obediẽs uſq; ad mortẽ?
Ro.5. Deniq; oẽs ꝑ obedientiã liberauit. Sicut em̃ ꝑ inobedientiã unius hominis: peccatores cõſtituti ſunt plurimi: ita & ꝑ unius obedientiã iuſti cõſtituent̃ multi. Si ergo ille obediẽs: accipiant obediẽtiæ magiſteriũ: cui nos inhæremus: dicẽtes ijs qui nobis de imperatore inuidã faciunt: Soluimus quæ ſunt cæſaris cæſari: & quæ ſunt dei deo. Tributũ cæſariſ eſt: nõ negatur. Eccleſia dei eſt: cæſari utiq; nõ debet addici: qa ius cæſaris eſſe nõ põt dei templũ. Qđ cum honorificẽtia imperatoris nemo dictũ poteſt negare. Quid em̃ honorificẽtius q̃ ut imperator eccleſiæ filiꝰ eſſe dicat̃? Qđ cũ dicit̃: ſine peccato dicit̃: cũ gratia dicitur. Imperator em̃ bonus intra eccleſiã: nõ ſupra eccleſiã eſt. Bonus em̃ imperator quærit auxiliũ eccleſiæ: non refutat. Hæc ut

humiliter dicimus: ita cõstanter exponimus. Sed incẽdia aliqui: gladiũ: deportationẽ minant. Didicimus christi seruuli nõ timere: nõ timẽtibus nunq̃ est grauis terror. Deniq; scriptũ est: Sagittæ infantiũ factæ sunt plagæ eor. Satis igitur ꝓpositis responsum uidet. Nunc illos interrogo qđ saluator interrogauit: Baptismũ Iohã nis de cælo est an ex hominib⁹? Et nõ potuerũt respondere ei iudæi. Si baptismum Iohãnis nõ soluerunt iudæi: Auxenti⁹ soluit baptismũ christi? Nõ em̃ istud ex hominibus est baptismũ: sed de cælo: qđ detulit nobis cõsilij magni angel⁹ ut iustificemur deo. Cur igit rebaptiçãdos Auxentius fideles populos putat baptiçatos in nomine trinitatis: cũ Apostolus dicat: Vna fides: unũ baptisma: Et se hominũ dicit aduersariũ esse nõ christi: cũ consiliũ dei spernat: & condẽnet baptismũ: & qđ christus nobis ad redimenda nostra peccata donauit? Mt. 63. Luc. 20. Eph. 4.

Sancti Ambrosij ad Marcellinã sororẽ suã: referentis illi quid in causa de basilicis tradẽdis actum sit: & in quo statu res ipsa nunc cõsistat: Epla. XXXIII.

QVoniam omnib⁹ epistolis fere sollicite quæris de ecclesia: accipe quid agat. Postridie q̃ accepi litteras tuas quib⁹ significaueras ꝙ te exagitarent somnia tua: moles inquietudinũ grauium cœpit moueri. Neciam portiana: hoc est extramurana basilica petebat: sed basilica noua: hoc est intramurana quæ maior est. Conuenerũt me primo principes uirtutũ: uiri comites cõsistoriani: ut & basilicã traderẽ: & procurarẽ ne quid populus turbarũ moueret. Respondi qđ erat ordinis: templũ dei tradi a sacerdote nõ posse. Acclamatũ est sequẽti die in ecclesia: etiã præfectus eo uenit: cœpit suadere uelut basilica portiana cederemus. Populus reclamauit. Ita tunc discessum est: ut intimatur̃ se imperatori diceret sequẽti die. Erat autẽ dominica. Post lectiones atq; tractatũ dimissis cathecuminis symbolũ aliquibus cõpetentibus in baptisterijs tradebã basilicæ. Illic nunciatũ est mihi cõperto ꝙ ad portionã basilicam de palatio decanos misissent: & uela suspẽderent: populi partẽ eo ꝑgere. Ego tñ mansi in munere: missam facere cœpi. Dũ offero: raptum cognoui a populo Castulũ quendã quẽ presbyter̃ dicerent arriani. Hunc autẽ in platæa offenderãt transeũtes. Amarissime flere & orare in ipsa oblatione deũ cœpi: ut subueniret: nec huius sanguis in causa ecclesiæ fieret: certe ut me⁹ sanguis ꝑ salute nõ solum populi sed etiã ꝑ ipsis impijs effũderet. Quid multa? Missis presbyteris & diaconibus eripui iniuriæ uirũ. Cõdemnationes ilico grauissime decernunt: primo in corpus omne mercator̃. Itaq; sanctis dieb⁹ hebdomadis ultimæ quibus solebãt debitorũ laxari uincula: stridunt catenæ: imponunt collo innocẽtiũ: exigunt ducenta pondo auri infra totũ triduum. Respõdẽt aliqui se tantũ aut duplũ si peterẽtur daturos: dũmodo seruarẽt fidẽ. Erant pleni carceres negociatoribus. Palatina oia officia: hoc est memoriales agẽtes in reb⁹: apparitores diuersorũ comitum tẽperare a ꝓcessu iubent specie qua seditioni interesse ꝓhibebant: honoratis multa minabãt grauissima: nisi basilicã traderẽt. Feruebat ꝓsecutio ac si aperuissent portã: prupturi in omne facin⁹ uidebant. Cõuenior ipse a comitibus & tribunis: ut basilicæ fieret matura traditio: dicẽtibus imperatorẽ iure suo uti: eo ꝙ in ptãte ei⁹ essent oia. Respondi si a me peteret qđ meũ esset: id est fundũ meũ: argentũ meũ: ius hmõi meũ me non refragaturũ: q̃q̃ omnia quæ mea sunt: essent pauperũ: Verũ ea quæ diuina imperatoriæ ptãti nõ esse subiecta. Si patrimoniũ petit: inuadite: si corpus: occurrã. Vultis in uincula rapere: uultis in mortẽ: uolũtati est mihi. Nõ ego me uallabo circũfusione populorũ: nec altaria tenebo uitam obsecrãs: sed ꝑ altarib⁹ gratius imolabor. Horrebã quippe animo: cũ armatos ad basilicã ecclesiæ occupãdam missos cognoscerẽ: ne dũ basilicam uẽdicãt: aliqua strages fieret: quæ in perniciem totius uergeret ciuitatis. Orabam ne tãtæ urbis uel toti⁹ italiæ busto supuiuerem. Detestabar inuidiã fundendi cruoris: offerebã iugulum meũ. Aderãt gotthi tribuni: adoriebar eos dicẽs: Propterea uos possessio romana suscepit: ut ꝑturbationis publicæ uos præbeatis ministros? Quo transibitis: si hæc deleta fuerint? Exigebat a me: ut cõpescerẽ populũ. Referebã in meo iure esse ut nõ excitarem: in dei

manu ut mitigaret. Postremo si me incentorē putarent: iam in me uindicari oportere: uel abduci me in quas uellet terrarum solitudines. His dictis illi abierūt: ego in basilica ueteri totum exegi diē: inde domū cubitum me recepi: ut si quis abducere uellet: inueniret paratū. Ante lucē ubi pedem limine extuli: circūfuso milite occupatur basilica. Idq; a militibus imperatori mādatū dicitur: ut si ꝓdire uellet: haberet copiam: se tamē præsto futuros: si uiderēt eum cū catholicis conuenire. Alioquin se ad eum cœtum quē Ambrosius cogeret: transituros. Prodire de arrianis nullus audebat: quia nec quisq; de ciuib⁹ erat: pauci de familia regia: nōnulli etiā gothi. Quibus ut olim plaustro sedes erat: ita nunc plaustrū ecclesia est. Quocūq; fœmina ista ꝓcesserit: secū suos omnes cœtus uehit. Circūfusam basilicā esse gemitu populi intellexi: sed dū leguntur lectiones: intimatur mihi plenā populi esse basilicam: etiā nouam maiorē uideri plebē q̄ omnes cum eēnt liberi lectorē efflagitari. Quid plura? Milites ipsi q; uidebātur occupasse basilicā: cognito ꝙ præcepissem ut abstinerētur a cōmunionis cōsortio: ad conuentū hunc nostrū uenire cœperūt. Quibus uisis turbant' mulierū animi: ꝓripit se una. Ipsi tamē milites se ad orationē uenisse nō ad prælium loquebant'. Clamauit aliqua populus: q̄ moderate q̄ cōstanter q̄ fideliter poscebat: ut ad illam ꝓgeremus basilicam. In illa quoq; basilica ferē ꝙ populus præsentiam flagitabat meā. Tunc ego hunc adorsus sermonē sum: Audistis filij librum legi Iob: qui solēni & munere est decursus: & tempore. Sciuit & usu hunc librū etiam diabolus intimandū: quo uirtus omnis suæ tētationis aperit' & proditur: Et ideo se hodie motu maiore cōcussit. Sed gratias deo nostro qui nos ita firmauit fide atq; patientia. Vnum Iob miraturus ascenderā: omnes Iob quos mirarer inueni. In singulis uobis Iob reuixit: in singulis sancti illius patiētia & uirtus refulsit. Quid enim præsenti⁹ dici potuit a christianis uiris: q̄ id qd' hodie in uobis spiritussanct⁹ ē locut⁹? Rogamus auguste: nō pugnamus. Non timemus sed rogam⁹. Hoc christianos decet: ut & tranquillitas pacis opteť & fidei: ueritatisq; cōstantia: nec mortis reuocet' periculo. Est em̄ præsul domin⁹ qui saluos faciet sperātes in se. Sed ueniamus ad ꝓpositas lectiones. Videtis diabolo tētandi licentiā dari: ut boni ꝓbētur. Inuidet inimicus bonis ꝓfectibus: tētat diuersis modis: Tētauit sanctū Iob in patrimonio: tētauit in filijs: tentauit in dolore corporis. Fortior in suo corpore tētatur: infirmior in alieno. Et mihi meas diuitias quas in uobis habeo: uolebat auferre: & hoc trāquillitatis uestræ patrimoniū dissipare cupiebat. Vos quoq; ipsos mihi bonos filios gestiebat eripere: ꝓ quib⁹ ego quotidie instauro sacrificiū. Vos ruinis quibusdā publicæ ꝓturbationis conabat' inuoluere. Duo igit' iam genera tētationis excepi. Et fortasse quia infirmiorē me domin⁹ deus nouit: adhuc in corpus meū nō dedit potestatem. Et si ipse cupiā & si offeram: adhuc me fortasse huic certamini imparē iudicat: & diuersis exercet laboribus. Nec Iob ab isto cœpit certamine: sed in hoc cōsummauit. Tentatus est autē Iob nūcijs coaceruatis malox: tētatus est etiā ꝑ mulierē quæ
Iob. 2. ait: Dic aliquod uerbū in deū & morere. Videtis quāta subito moueant'. Gothi: arma: gentiles: mulcta mercatox: pœna sanctorū. Aduertitis quid iubeat' cū mādat': Trade basilicā. Hoc est: Dic aliquod uerbū i deū & morere. Nec solū dic aduersum deū: sed etiam fac aduersus deū. Mandat': trade altaria dei. Vrgemur igitur præ-
Ibidem. ceptis regalibus: sed cōfirmamur scripturæ sermonib⁹: quæ respōdit: Tanq̄ una ex insipiētibus locuta es. Non mediocris igit' ista tētatio. Nāq; asperiores tētationes has esse cognouim⁹ quæ fiunt ꝑ mulieres. Deniq; ꝑ Euam etiā Adā supplātatus est: eoq; factū est: ut a mandatis cælestib⁹ deuiaret. Quo errore cognito: præuaricatri-
Gen. 3. cis cōsciētiæ reus latere cupiebat: sed latere nō poterat: & ideo ait ei deus: Adā ubi es? Hoc est: quid eras ante? ubi nūc esse cœpisti? ubi te cōstituerā? quo ipse trāsgressus es? Agnoscis esse te nudū: quia bonæ indumēta fidei ꝓdidisti. Folia sunt ista quibus nunc uelare te quæris. Repudiasti fructum: sub folijs legis latere cupis: sed ꝓderis. Recedere a dn̄o deo tuo ꝓpter unā mulierē desiderasti: ꝓpterea fugis quē uidere quærebas. Cū una muliere te abscondere maluisti: relinquere speculū mūdi:

incolatū paradiſi: gratiā chriſti. Quid dicā ꝙ etiā Heliā Ieçabel cruenta pſecuta eſt? ꝙ Iohannē baptiſtā Herodias fecit occidi? Singulæ tñ ſingulos. Mihi quo minora longe merita: eo tētamenta grauiora. Virtꝰ infirmior: ſed plus piculi. Succedūt ſibi mulierū uices: alternant odia: cōmenta uariant: ſeniores cōueniunt: prætexit regis iniuria. Quæ ratio igit eſt aduerſus hunc uermiculū moliri grauiores tētatiōes: niſi quia nō me ſed eccleſiā pſequunt? Mandat deniq; Trade baſilicā. Reſpōdeo. Nec mihi fas eſt tradere: nec tibi accipere imperator expedit. Domū priuati nullo potes iure temerare: domū dei exiſtimas auferendā? Allegat: iperatori licere omnia: ipſi⁹ eſſe uniuerſa. Reſpondeo. Noli te grauare iperator: ut putes te in ea quæ diuina ſunt: imperiale aliqd ius habere. Noli te extollere: ſed ſi uis diutius imperare: eſto deo ſubditus: ſcriptū eſt: Quæ dei deo: quæ cæſaris cæſari. Ad imperatorē pala tia ptinent: ad ſacerdotē eccleſiæ. Publicorū tibi mœniū ius cōmiſſum ē nō ſacrorū. Iterū dicitur mandaſſe: debeo & ego unā baſilicā habere. Reſpondi. Nō tibi licet illā habere. Quid tibi cū adultera? Adultera eſt em quæ nō eſt legitimo chriſti cōiugio copulata. Dū hæc tracto: ſuggeſtū eſt mihi cortinas regias eſſe collectas: Refertam aūt populo baſilicā præſentia mei poſcere: ſtatimq; eo cōuerti ſermonē meū dicens: Q alta & pfunda oracula ſunt ſpūſſancti. Matutinis horis lectū eſt ut meminiſtis fratres qd ſūmo animi dolore reſpondem⁹: De⁹ uenerunt gētes in hæreditatem tuā. Et reuera uenerūt gentes: & plus etiā q̄ gentes uenerūt. Venerūt em gotthi & diuerſarū nationū uiri: uenerunt cū armis: & circūfuſi occupauerūt baſilicam. Hoc nos ignari tuæ altitudinis dolebam⁹: ſed noſtra imprudentia aliud opinabat. Venerunt gētes: ſed uere in hæreditatē tuā uenerunt. Qui em gentes uenerūt: facti ſunt chriſtiani. Qui ad inuadendā hæreditatē uenerūt: facti ſunt cohæredes dei. Defenſores habeo quos hoſtes putabā: ſocios teneo quos aduerſarios exiſtimabā. Completū eſt illud qd de dño Ieſu Dauid pphēta cecinit: Quia factꝰ eſt in pace locꝰ eiꝰ: & cōfregit cornua arcuū: ſcutum & gladiū & bellū. Cuiꝰ em hoc munus: cuiꝰ opus niſi tuū dñe Ieſu? Videbas ad templū tuū armatos uenire: hinc gemere populū & frequentē adeſſe: ne baſilica dei traderet. Inde uim militibꝰ: imperatori: mortē añ oculos mihi: ne qd inter hæc furori liceret: inſeruiſti te dñe mediū & feciſti utraq; unū.

Cōpeſcuiſti armatos dicens pfecto: Si ad arma concurrit: ſi in tēplo meo lis cōmouetur: quæ utilitas in ſanguine meo? Gratias itaq; tibi chriſte: nō legatꝰ: neq; nūciꝰ: ſed tu dñe ſaluū feciſti populū tuū: cōſcidiſti ſaccū meū: & præcinxiſti me læticiam.

Hæc ego dicebā miratꝰ imperatoris animū: ſtudio militū: obſecratiōe comitū: precatu populi poſſe miteſcere. Interea nūciat mihi miſſum notariū qui mādata deferret. Cōceſſi paululū: mandatū itimat. Quid tibi uiſum eſt inquit ut contra placitū faceres? Reſpōdi: Quid placitū ſit ignoro: quidue temere factū dicat: icertū habeo.

Ait: Cur preſbyteros ad baſilicā deſtinaſti? Si tyrannus es: ſcire uolo: ut ſciā quēad modū me aduerſum te præparē. Rettuli dicēs: me nihil in præiudiciū feciſſe eccleſiæ: eo tēpore quo audierā occupatā eſſe a militibꝰ baſilicā: gemitū tm̄modo liberiorē habuiſſe: Multiſq; adhortātibꝰ ut eo pgerē dixiſſe: tradere baſilicā nō poſſum: ſed pugnare nō debeo. Poſtea uero q̄ cognouerim cortinas regias inde eſſe ſublatas: cū me populus eo ire depoſceret: direxiſſe preſbyteros: me tñ noluiſſe ire: ſed dixiſſe: credo in chriſto ꝙ ipſe nobiſcū faciet imperator: ſi hæc tyrānis uidet: habeo arma: ſed in chriſti noie: habeo offerēdi mei corporis ptātem. Quid moraret ferire: ſi tyrannū putaret: ueteri iure a ſacerdotibuſ donata iperia nō uſurpata. Et uulgo dici: ꝙ iperatores ſacerdotiū magis optauerint q̄ iperiū ſacerdotes: Chriſtꝰ fugit: ne rex fieret. Habemus tyrannidē noſtrā. Tyrānis ſacerdotis infirmitas eſt. Cū infirmor inquit: tūc potēs ſum. Cauere tñ ne ipſe ſibi tyrannū faceret: cui deꝰ aduerſariū nō excitauit. Nō hoc maximū dicere ꝙ tyrānus ego ſim Valētiniani: qui ſe meæ legatiōis obiectu queritꝰ ad italiā nō potuiſſe tranſire. Addidi qa nunq̄ ſacerdotes tyrāni fuerunt: ſed tyrannos ſæpe ſunt paſſi. Exactus eſt totus ille dies in mœrore noſtro: ſciſſæ tñ ab illudētibus pueris cortinæ regiæ: ego domū redire nō potui: quia circūfuſi

3.Reg.19.
Matth.14.
Pſ.78.
Pſ.75.
Pſ.29.
Iob.6.
2.Cor.12.

erant milites: qui basilicã custodiebant: Cũ fratribus psalmos in ecclesiæ basilica minore diximus. Sequẽti die lectus est de more liber Ionæ: quo cõpleto: hunc sermonẽ adorsum sum. Liber lectus est fratres quo ꝓphetaꝫ: ꝙ peccatores in pœnitentiã reuertãtur. Acceptũ est ita ut sperareꝫ in præsenti futurũ. Addidi ꝙ uir iustus etiã offensã contrahere uoluisset: ne uel spectaret uel denũciaret excidium ciuitati: Et ꝙ lugubre esset illud dictũ: Contristatus quoq; sit ꝙ aruisset cucurbita: Deum quoq; di
Ione.4. xisse ad ꝓphetã: Si tristis es ꝓ cucurbita? Respondisse Ionã: tristis: Dixisse dominũ: Num si illud doleret ꝙ exusta esset cucurbita: quantomagis sibi curæ esse oportere tantæ plæbis salutẽ? Et ideo excidium qđ paratum toti urbi fuerat remouisse. Nec mora: nunciatur imperatorẽ iussisse ut recederẽt milites de basilica: negociatoribus quoq; qđ exacti de condẽnatione fuerant redderẽt. Quæ tunc plæbis totius lætitia fuit? qui totius populi plausus? quæ gratia? Erat autẽ dies quo sese dominus ꝓ nobis tradidit: quo in ecclesia pœnitẽtia relaxatur. Certatim hoc nũciare milites: irruẽtes in altaria osculis significare pacis insigne. Tunc agnoui ꝙ deus uermẽ antelucanum ꝓcusserat: ut tota ciuitas seruaretur. Hæc gesta sunt: atq; utinã iam finita: sed grauiores motus futuros plena cõmotionis imperialia uerba indicant. Ego tyrannus appellor: & plus etiã q̃ tyrannꝰ. Nã cũ imperatorẽ comites obsecrarẽt uti ꝓdiret ad ecclesiã: idq; petitu militum facere se diceret: respõdit: Si uobis iusserit Ambrosius: uinctum me tradetis. Quid post hanc uocẽ supsit considera. Quam uocẽ omnes coborruerũt: sed habet a quibꝰ exasperetꝫ. Deniq; etiam speciali expressione Galligonus præpositus cubiculi mãdare mihi ausus est. Me uiuo: tu cõtẽnis Valẽtinianũ? Caput tibi tollo. Respõdi: Deus ꝓmittat tibi ut impleas qđ minaris. Ego eñ patior qđ episcopi: tu facies qđ spadones. At utinã dñs auertat eos ab ecclesia: & in me oia sua tela cõuertant: meo sanguine sitim suã expleãt.

Sancti Ambrosij Oratio funebris de obitu Valẽtiniani imperatoris.

ET si incrementum doloris sit: id quod doleas scribere: quoniã tamẽ plærũq; in eius quẽ amissum dolemus: cõmemoratione requiescimꝰ: eo ꝙ in scribendo: dum in eum mentẽ dirigimus: intentionẽq; defigimus: uidetur nobis in sermone reuiuiscere: signare aliquid de Valentiniani iunioris ultimis cordi fuit: ne aut oblitterasse silentio benemeriti de nobis pignoris memoriã uideremur: atq; inbonoratam reliquisse: aut refugisse incentiuũ dolendi: cum doluisse plærũq; solatium sit dolentis. Simul ut cum de ipso aut ad ipsum loquor: tanq̃ de præsente sermo sit. Quid igitur primum defleam? Quid primum amara conquestione deplorem? Conuersi sunt dies nobis uotorum nostrorũ in lachrymas. Siquidem Valentinianus nobis sed non talis qualis sperabatur aduenit. Et iste quidẽ uel morte sua uoluit implere ꝓmissum: sed nobis acerbissima est facta eius quæ exoptabatur: præsentia. Vtinã adhuc nobis abesset: ut sibi uiueret. Sed ille non passus cum audiret alpes italiæ hoste infestari barbaro: maluit periclitari se: si gallias derelinqueret: q̃ nostro deesse periculo. Magnũ discrimẽ agnoscimꝰ imperatoris ꝙ romano subuenire uoluit imperio. Hæc causa mortis quæ plena laudis. Soluamus bono principi stipendiarias lachrymas: quia ille nobis soluit etiam mortis suæ stipendium. Nec tamẽ flendi admonitio necessaria. Flent omnes: flent & ignoti: flent & timentes: flent & inuiti: flent & barbari: flent & qui uidebantur inimici. Quãtos iste de gallijs usque huc totius tractu itineris populorum egit gemitus? Omnes enim nõ tanq̃ imperatorem sibi sed tanq̃ parentem publicum obisse domestico fletu doloris illachrymant: suaq; omnes funera dolent. Amisimus enim imperatorem in quo duo pariter acerbãt dolorem: annorum immaturitas: & consiliorũ senectus. In bis ergo flent: sicut dixit
Thren.1. prophęta: Oculi mei caligauerunt a fletu: quia elongauit a me qui cõsolabatur me. Oculi mei nõ solum corporis sed etiam mentis hebetati sunt: & quadã cæcitate omnis sensus obductus est: quoniã ereptus est mihi qui conuertit animam meam: & ad
Ibidem. spem maximã de summa rerum desperatione reuocauit. Audite omnes populi

& uidete dolorem meũ: Virgines meæ & iuuenes mei abierũt in captiuitatem: sed cognito ꝙ de Valentiniani essent partibus: liberi reuerterũt. Militauit hostis barbarus imperatori adolescenti: & suæ oblitus uictoriæ: memor fuit imperialis reuerẽtiæ. Laxauit sponte quos cœperat: excusans qđ ignorasset italos. Nos adhuc murꝫ alpibus addere parabamus: Valentiniani gratia nõ expectauit alpium uallũ: fluenta animũ: aggeres niuium: sed alpes & fluuios supergressa: muro nos sui imperij ꝓtexit. Vnde prophetici threni mihi utẽdum exordio uidetur. Quomodo mœret italia quæ abundabat gaudijs? Plorans plorauit in nocte: & lachrymæ illius in maxillis eius. Non est qui eam consoletur ab omnibus qui diligunt eam. Omnes qui amant illam despexerunt eam. Omnis populus eius ingemiscẽs. Et quia de hierusalẽ: id est: ecclesia: plorauit in nocte: quoniam qui eam splendidiorẽ fide sua & deuotione faciebat occubuit: merito ergo plorans plorauit: & adhuc lachrymæ eius in maxillis eius. Vbertatem quidẽ fletuum solet uultus humescentis declarare infusio: cum lachrymis genæ rorant. Sed quia scriptũ est: Genæ eius sicut phialæ aromatis gignẽtes unguentaria: labia eius sicut lilia distillantia myrrham plenam. Mystice ecclesiæ gratia deflẽtis accipitur: quæ in obitu Valẽtiniani bonum doloris sui effudit unguẽtum: & uitam eius prædicando cõcelebrat. Cui mors obesse non potuit: eo ꝙ odor prædicationis uniuersorum ore celebrabilis: fœtorem omnẽ mortis aboleuit. Flet igitur ecclesia pignus suum: & lachrymæ eius in maxillis eius. Quid sit maxilla: audi: Qui te percusserit in maxillam: præbe ei & alteram: eo ꝙ in dolore sit patiens: ut pœniteat uerberantẽ. Percussa erat ecclesia in maxilla tua: cum amitteres Gratianũ: præbuisti & alteram: quãdo tibi Valẽtinianus ereptus est. Merito tibi nõ in una maxilla sed in utraq; sunt lachrymæ: quia pie germanũ utrunq; deploras. Ploras igitur ecclesia: & fletum genæ tuæ uelut fluentibus quibusdam stillicidijs pietatis exudãt.

Thren.1.

Quæ sunt istæ genæ ecclesiæ? De quibus & alibi ait scriptura: Vt corium malorũ granatorum genæ tuæ. Istæ sunt genæ: in quibus solet nitere uerecundia: pulchritudo fulgere: in quibus aut flos iuuentæ aut perfectæ ætatis insigne est. In obitu igitur fidelium imperatorũ quidam fidei pudor: quædam ecclesiæ uerecũdia est: & in tam immatura morte piorum principum omnis ecclesiæ mœstior pulchritudo est. Plorat ecclesia in sapientibus suis qui uelut caput ecclesiæ sunt. Oculi emꝫ sapientis in capite eius. Plorat in oculis: hoc est in suis fidelibus: quia scriptũ est: Oculi tui sicut columbæ extra taciturnitatem tuã: eo ꝙ & uideant spiritualiter: & nouerint ea quæ uiderint tacere mysteria. Plorat in sacerdotibꝰ suis qui sunt sicut genæ ecclesiæ: in quibus est barba Aaron: hoc est barba sacerdotalis: in quã de capite descendit unguentum. Isti sunt: in quibus est pulchritudo ecclesiæ: in quibus flos eius gratior: in quibus ætas perfectior: qui uelut cortices malorum punicorum decorẽ floris præferãt abstinentia corporali: Intus autẽ cõmissam sibi plæbẽ diuersæ ætatis & sexus foueant sapientia spirituali. Obiecti quidem sæculo ad iniurias: sed interna mysteria diuidentes. Plorat in uirginibus suis: quæ sunt sicut lilia myrrha plena: candorẽ integritatis & mortificatæ corporalis illecebræ gloriã præferentes. In his ergo flet sicut scriptũ est: Viæ syon lugent: sacerdotes eius ingemiscũt: uirgines eiꝰ abductæ: & ipa indignat' intra se. Et intra se quidẽ indignat'. Ad Valẽtinianũ aũt dicit: Assumã te & inducam te in domũ matris meæ: & in secretũ eius quæ cõcepit me. Potum tibi dabo a uino operosi unguenti: hoc est multi operis: multi odoris unguenti: a fluxu malorum granatorũ meorum: ut bibat uinum qđ lætificat cor hominis: & defluat in eũ malorum granatorum fluxus: in quibus multus & diuersus est fructus. Sermo emꝫ multorũ sensuum & de diuersis scripturis abundans: sermo angelorum: sermo apostolorum ac prophetarũ: quos uno uelut corio ecclesia sancta cõplectitur: malorum fluxus est granatorũ. Videns hæc Valentinianus integræ plena gratiæ respõdet: Misericordiæ domini ꝙ nõ defecimus: quia nõ sunt cõsummatæ miserationes eius. Renouabit illa sicut lux matutina. Multi sunt gemitus mei: & cor meũ defecit. Sors mea dñs dixit: lõ suscitabo eũ: Bonus ẽ dñs sustinẽtibꝰ eũ: aiæ quæ quærit eũ. Bonũ

Luc.6.

Cant.6.

Eccs.2.

Cant.4.

Ps.132.

Thren.1.

Cant.8.

Thren.3.

Threñ.3. est sperare in salutare dñi: Bonũ est uiro cũ portauerit iugũ graue in iuuẽtute sua: sedebit singulariter & silebit qa tulit iugũ graue. Et ille quidẽ se suarũ uirtutũ remuneratione solat̃: eo ꝙ in iuuẽtute sua labores absorbuit: picula multoꝝ tolerauit. Iugũ maluit graue emendationis ꝓpositi: q̃ molle illud ac plenũ delitiarũ inuida mentis ceruice portare. Bene beat⁹ plane qui uel in senectute correxit errorẽ: beatus qui
Pšs.31. uel sub ictu mortis animũ cõuertit a uitijs. Beati em̃ quoꝝ tecta sunt peccata: qa scri-
Pšs.36. ptũ est: Desine a malo & fac bonũ: & inhabita in sæcula sæculorũ. Quicũqꝫ ergo desierit a peccatis: & fuerit ad meliora in quacũqꝫ cõuersus ætate: habet supiorũ indulgentiã peccatoꝝ: quæ fuerit uel patiẽti cõfessus affectu: uel corrigẽti aduersat⁹ ingenio. Sed huic cũ plurimis ueniæ societas emerẽdæ. Plurimi em̃ sunt q se a peccatis iuuẽtutis i senectute reuocare potuerũt. Rar⁹ aũt q i iuuẽtute graue iugũ seria sobri
Matth.11. etate portauerit. Hoc est illud iugũ de quo dñs in euãgelio ait: Venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis: & ego uos reficiã: tollite iugũ meũ sup uos. Si qs ergo añ q̃ graui onerẽt̃ pcõꝝ sarcina tulerit iugũ i iuuẽtute: singulariter sedebit: nõ cũ pluri
Pšs.4. mis cõferẽd⁹: sed cũ illo põt dicere: Q̃m tu singularit̃ in spe cõstituisti me. Sed forte dicas: quõ iugũ graue dicit Hieremias: cũ i euãgelio dñs dixerit: Iugũ. n. meũ suaue & on⁹ meũ leue ẽ? Ac primũ disce qa græc⁹ iugũ tm̃mõ posuit: nõ addidit graue. Tñ & illud aduerte: qa & si ita esset i threnis: in euãgelio iugũ suaue dixerit: & onus leue nõ iugũ leue. Põt em̃ graue iugũ uerbi esse sed suaue. Graue adolescẽti: graue iueni: cui⁹ ætas est florulentior: ut nolit iugo uerbi subijciendã animi præbere ceruicẽ. Põt & graue uerbi iugum uideri præ põdere disciplinæ: austeritate correctiõis: pondere abstinẽtiæ: restrictioneqꝫ lasciuiæ: suaue tñ esse fructu gratiæ: spe remunerationis æternæ: purioris cõscientiæ suauitate. Tñ iugũ uerbi suaue dixit: onus obedientiæ leue: Q̃m ei qui iugũ uerbi patienti ceruice susceperit: disciplinæ on⁹ graue esse nõ poterit. Qui ergo tulerit a iuuentute iugũ: singulariter sedebit & silebit: reuelata sibi gaudẽs diuinæ remunerationis æterna mysteria: Aut certe silebit: nõ op⁹ habens excusatione peccati: qd̃ matura cõfessione præuenit: & ꝓpera correctione
Eccl.25. deposuit. Nõ em̃ dicet̃ huic: Quæ in iuuẽtute nõ cõgregasti quomõ inuenies in senectute? Põt aũt & sic intelligi. Q̃m qui cito portauerit iugũ uerbi: hoc est a iuuẽtute nõ se miscebit cũ iuuenib⁹: sedebit seorsum & silebit: donec plena sepfectione uirtutis erudiat: & magnã induat animo patiẽtiã: dabitqꝫ pcutienti maxillã suã: etiã cædis cõtentus iniuria: ut mãdatis obsequat̃ cælestib⁹. Magnũ est em̃ uel abstinere a uitijs iuuẽtutis: uel ea in ipso iuuẽtutis uestibulo derelinquere atqꝫ ad saniora cõuerti.
Prouer.30. Lubricæ em̃ & pplexæ uiæ sunt iuuẽtutis. Deniqꝫ Salomon ait: Tria mihi impossibilia sunt itelligere: & quartũ qd̃ nõ cognosco: Vestigia aquilæ uolãtis: & uias serpẽtis in petra: & semitas nauis nauigãtis: & uias uiri in iuuentute. Dauid aũt ait: Delic-
Pšs.24. ta iuuẽtutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Iuuenis em̃ nõ solũ fragilitate
Ibidẽ. lubricæ ætatis ꝓlabit̃: uerũetiã ignorantia cælestiũ mandatorum plærũqꝫ delinquit. Cito aũt meret̃ ueniã qui prætedit ignorantiã. Propheta itaqꝫ dicit: Delicta iuuẽtutis meæ & ignorãtias meas ne memineris. Nõ dicit: delicta senectutis meæ & sciẽtiæ meæ ne memineris: sed quasi ꝓpheta qui cito correxerit & emẽdauerit uitia iuuentutis: ætatẽ ignorantiãqꝫ prætẽdit. Valẽtinianus quoqꝫ in delicto ꝓphetæ simul ait: Delicta adolescẽtiæ & ignorãtiæ meæ ne memineris. Nõ solũ dixit: sed etiã ante correxit errorẽ: q̃ disceret esse lapsum alicui⁹ erroris. Itaqꝫ dicit: Correctionẽ iuuentutis meæ ne memineris. Error in plurib⁹ est: in paucis correctio. Et qd iã de alijs dicã: q etiã ludo iuuẽtutis putauerit abstinendũ: resecandã ætatis licentiã: seueritatis publicæ duriciã molliendã: lenitatẽ senectutis in alienis annis deferendã ei qui in periculũ conuicti criminis uocaret̃? Ferebat̃ primo ludis circensib⁹ delectari: sic istud absterserit: ut ne solẽnibus quidẽ principũ natalib⁹ uel imperialis honoris gratia: circẽses putaret esse celebrãdos. Aiebãt aliqui ferarũ eũ uenatiõib⁹ occupari: atqꝫ ab actib⁹ publicis intentionẽ eius abduci. Oẽs feras uno momẽto iussit interfici. Audire in cõsistorio negocia: & Danielis spũ in quib⁹ dubitarẽt senes: uel pſonæ alicuius cõtuitu

ducerent: congruã uero adolescentẽ uideres senilẽ ferre sententiã. Iactabãt inuidi q̃ præmature prandiũ peteret: cœpit ita frequẽtare ieiuniũ: ut plærũq; ipse impransus cõuiuiũ solẽne suis comitib⁹ exhiberet: quo & religiõi sacræ satisfaceret: & principis hũanitati. Scænicæ cuiusdã forma ac decore: deperire romæ adolescẽtes nobiles nunciabat: iussit eã ad comitatũ uenire. Missus precio deprauat⁹ sine mandati effectu redijt. Alterũ misit: ne uoluisse emẽdare uitia adolescentũ & nõ potuisse uideret. Datus est obtrectãdi aliquib⁹ locus. Deductã tñ nunq̃ aut spectauit aut uidit. Postea redire præcepit: ut & omnes cognoscerẽt irritũ eius nõ esse mãdatũ: & adolescentes docerẽt ab amore mulieris tẽperare: quã ipse qui potuit habere in ptãte: despexerat. Et hæc fecit cũ adhuc nõ haberet uxorem: & tñ exhiberet sui tanq̃ uinctus cõiugio castitatẽ. Quis tã dñs serui q̃ ille sui corporis fuit? Quis tam aliorũ arbiter: q̃ ille suæ censor ætatis? Quid de pietate eius loquar? qui cũ homies nobili ortos genere & locupleti ꝑsapia: quæ cito mouere inuidiã solet regiæ cupiditatis: accusator urgeret: præfect⁹ insisteret: respõdit: ut nihil cruentũ sanctis præsertim diebus statueret. Et cũ post aliquot dies: accusatoris legeret libellus: calũniã ꝓnũciaturus: accusatũ libere donec præfect⁹ cognosceret: obseruare iussit. Neq; ante aut postea quisq̃ tanti criminis sub adolescẽte imperatore formidauit inuidiã. Risit adolescens qđ robusti metuũt imperatores. Miserat ꝓpter recuperãda templorũ iura: sacerdotioꝝ ꝓphana priuilegia: cultus sacroꝝ suoꝝ roma legatos: & qđ est grauiꝰ: senatus nomine nitebant. Et cũ uniuersi qui in cõsistorio aderãt christiani pariter atq; gentiles dicerẽt esse reddenda: solus uelut Daniel excitato i se dei spiritu arguebat ꝑfidiæ christianos: gentilib⁹ obuiabat dicẽs: qđ pius frater eripuit: quõ a me putatis esse reddendũ: cũ in eo & religio lædat & frater: a quo se nolet pietate superari? Et cũ paterno cõueniret exemplo: q̃ sub patre suo ea null⁹ abstulerat: Respõdit: Patrẽ meũ laudatis qa nõ abstulit: nec ego abstuli. Nunqd pater me⁹ reddidit: ut me debere reddere postuletis? Postremo & si pr̃ reddidisset: frater abstulerat. Imitatorẽ i ea parte fratris esse me mallẽ. Aut nũquid me⁹ pater august⁹ fuit: & frater nõ fuit? Par utriq; debetur reuerẽtia: & par utriusq; est circa rẽpublicam gratia. Vtroq; imitabor ut & nõ reddam: quod & pater reddere nõ potuit: quia null⁹ abstulerat: & seruẽ qđ a fratre est constitutũ. Postulet parens roma alia quæcũq; desiderat. Debeo affectũ parẽti: sed magis obsequiũ debeo salutis auctori. Quid de amore ꝓuincialium loquar: uel quo eos ipse cõplectebat: uel qui ab ijs cõsultori suo repẽdebatur: quib⁹ nihil unq̃ indici passus est? Præterita inquit nõ queũt soluere: noua poterũt sustinere?

Hoc laudãt ꝓuinciæ Iulianũ: & ille quidẽ in robusta ætate: iste in ꝓcessu adolescẽtiæ. Ille plurima repperit: & exhausit oia: iste nihil inuenit: & omnib⁹ abũdauit. Audiuit in transalpinis partib⁹ positus: ad italiæ fines barbaros appropinquasse: sollicit⁹ ne alieno hoste suũ regnum attẽtaretur: uenire ꝓperabat cupiẽs dimittere gallicana ocia: & pericula nostra suscipere. Hæc mihi cũ alijs cõmunia: illa priuata q̃ sæpe me appellabat absentẽ: & a me initiatũ se sacris mysterijs præferebat. Quinetiã cũ rumor quidã ad uiennẽsem ptulisset urbem q̃ inuitãdi eius ad italiam⁹ gratia eo pgerẽ: q̃ gaudebat: q̃ gratulabat me sibi optato affore: mora ei aduentus mei ꝓlixior uidebatur: atq; utinã aduẽtum ipsius nullus præuenisset nũcius. Iam ꝓmiserã me ꝓfecturum: respondẽs uel bonoratis petẽtibus uel profecto ut trãquillitati italiæ consuleretur: me sicut superfluo ingerere nõ possem ꝓpter uerecundiã: ita necessitatib⁹ non defuturũ. Confirmatũ hoc erat. Ecce postridie litteræ de instruendis mansionibus: inuectio ornamẽtorum regaliũ: aliaq; eiusmodi quæ ingressurum iter imperatorem significarẽt: Quibus rebus ab ipsis quib⁹ fuerat postulata: intermissa legatio est. Reus mihi uidebar speratæ meæ præsentiæ nec impletæ: sed utinam uiuẽti tibi hũc deberẽ reatũ. Excusarem q̃ nulla tua audissem pericula: nullas tuas accepissem litteras: q̃ nõ potuissem ꝓprijs aialib⁹ occurrere: etiã si iter igressus essem. Itaq; securus ueniæ: dũ dies subduco: aduẽtũ tuũ intelligo. Ecce rescriptũ accipio: ut sine mora pgendum putarẽ: eo q̃ uadem fidei tuæ haberẽ caput: comitẽ tuum uelles. Num

restiti? Num moratus sum? Additur eo ut ꝑperarē ocyus: nec arbitrarer causam itineris mei synodū gallorum esse episcoporū: propter quorū frequētes dissensiōes crebro me excusauerā: sed ut ipse baptiçaret in ipso egressu. Gestarū iam rerū indicia potui cognoscere: sed ꝑperandi studio nihil aduertere poterā. Iam superabā alpium iuga: & ecce nūcius amarus mihi & omnib⁹ de tanti morte imperatoris. Reflexi: iter fletib⁹ meis laui. Quibus ego uotis omniū ꝑficiscebar? Quo gemitu omniū reuertebar? Non em̄ imperatorē sibi sed salutē ereptam putabāt. Quāto ipse angebar dolore? Primū ꝙ tantus princeps: ꝙ dulce pignus meū: ꝙ ita mei cupidissimus occidisset. Quos ego æstus eius illo biduo fuisse cōperi: quo litteris quos ad me miserat supuixit. Vesperi ꝑfectus est silētiarius: tertio die mane quærebat: iāne remeasset: iam uenirē? Ita sibi salutē quandā uenturā arbitrabat. O iuuenis optime utinam te uiuentē inuenire potuissem: utinā te dilatio aliqua meo reseruasset aduētui. Nihil de aliqua mei uirtute polliceor: nihil de ingenio atq; prudentia. Sed quāta ego cura inter te & comitē tuum: quāta sedulitate concordiā & gratiā refudissem? Quā meipsum ꝑ tua obtulissem fide: quā in meipsū eos recepissem: quibus ille se timere dicebat. Certe si comes nō esset inflexus: tecū remansissem. Præsumebā de te ꝙ ipse me audires: si ꝑ te nō esse auditum uideres. Multa habuerā quæ tenerem: Nunc nihil habeo præter lachrymas & fletus. Quotidie mihi maior ad dolorē es: Crescis ad gemitū. Omnes quāti me feceris ꝑtestantur. Omnes absentiā meā causā tuæ mortis appellant. Sed nō sum ꝑpheta quo potuerim futura cognoscere: sed sū uox clamantis in gemitu: quo possim deflere præterita. Quid em̄ habeo ꝙ melius faciā q̄ ut tibi lachrymas ꝑ tanto tuo in me affectu repēdam? Ego te suscepi paruulum: cum legatus ad hostē tuum pergerē. Ego iustinæ maternis traditū manib⁹ amplexus sum. Ego tuus iterū legatus repetiui gallias: & mihi dulce illud officium fuit ꝑ salutē tua primo: deinde pro pace atq; pietate qua fraternas reliquias postulabas. Nondū ꝑ te securus: & iam ꝑ fraternæ sepulturæ honore sollicitus. Sed reuertamur ad threnos: & ipsa doloris ingrediamur uiscera. Quid testabor inqt tibi: aut quid assimilabo tibi filia hierusalē? quis saluam faciet te? & quis cōsolabitur te uirgo filia syon? Quia magna facta est sup te contritio tua: quis sanabit te? Quis aūt me cōsolabitur: a quo alij petunt cōsolationis officium? Impleuit me amaritudine: inebriauit in felle. Ventrē meum doleo: ut ꝑphetico utar eloqo: qm̄ quē in euangelio erā generaturus: amisi. Sed ille nō amisit gratiā q̄ poposcit: qui mihi in sermone quo utebar ad plebē: hodie surrexit. Nā cum in tractatum incidissem ꝑ positæ lectionis: ꝙ populus paup benediceret deū: quærere cœpi: quis esset hic populus: & distingueret ꝙ esset populus: alter diues: alter pauper: diues iudæorū: paup ecclesiæ. Diues ille eloquijs sibi creditis: iste pauper aliena eloquia mutuatus. Merito pauper: quia congregatus a paupere est: illo uidelicet qui pauper factus est cū diues esset: ut nos eius inopia ditaremur. Exinaniuit enim se ut omnes repleret. Sed quomō pauper qui habebat æternitatis diuitias & plenitudinem diuinitatis? Deniq; in carne erat & dicebat: Amodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexterā uirtutis. Et alibi ad Petrum dicit: Tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergo pauper qui regnū cæleste donabat? Sed audi quomō pauper: Tollite inquit iugum meū super uos: quia mitis sum & humilis corde. Ideo & populus eius pauper est: non indigentia quē diuite illo populo uideo ditiorem. Non solū enim oracula prophetarum: sed etiam apostolorum meruit diuino fusa spiritu habere præcepta. Non ergo inopia pauper sed spiritu: cui dictum est: Beati pauperes spiritu: ipsorū est enim regnum cælorum. Vere beati pauperes qui acceperūt quod diuites non habebant. Ex hoc numero est ille ꝑpheticus pauper de quo scriptū est: Iste pauper clamauit: & domin⁹ exaudiuit eum. Ex hoc populo ille qui ait: Argentū & aurū nō habeo sed quod habeo: hoc do tibi: In nomine iesu naçareni surge & ambula. Ille ergo paup auctor populi pauperis dicit: Deus laudē meā ne tacueris: quia os pctōris & os dolosi sup me apertū ē. Locuti sunt sup me lingua dolosa: & sermonib⁹ odij circūdederunt me: & expugnarūt

Threñ.2.
Hiere.4.
2.Cor.8.
Matth.26.
Matth.16.
Ibidem.11.
Matth.5.
Ps.33.
Act.3.
Ps.108.

me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi: ego autē orabam. Bonū scutū oratio: quo omnia aduersarij ignita spicula repelluntur. Orabat ergo domin⁹ Iesus: & eius imitator Valētinianus orabat. Sed forte dicat̄: quid ei ꝓfuit sua oratio? Ecce in primo uitæ occidit cursu: de celeritate mortis nō de genere loquor. Nō em̄ accusationis uoce utor sed doloris. Sed etiā domin⁹ orabat: & crucifixus est. Hoc em̄ orabat: ut peccatū mundi tolleret. Audiam⁹ ergo quid oret christi discipul⁹. Vtiq; quod magister docuit. Docuit aūt ut uigilemus ne intremus in tentationē: hoc est ne incidamus in peccatū. Hæc est em̄ tētatio christiani: si in suæ animæ periculū ꝓlabat̄: mortem autē timere nō est pfectionis. Rogare aūt quis debeat & ꝓ inimicis suis: orare etiam ꝓ psequentibus: sicut domin⁹ orabat dicēs: Pater dimitte illis: nō em̄ sciunt quid faciunt. Vide clementiā magnā: illi suum psequebantur auctorē: ipse aduersarijs etiā grauia peccata donabat: quinetiā ignorātiæ uelamine excusabat admissum: dicēs: Quia nesciunt quid faciūt. Nam si scirent: dominū nō persequerētur suum: in cuius potestare ac iure salutē esse suam arbitrarētur. Et quia non sola christi psecutores ei⁹ erāt morte cōtenti: addebāt maledicta atq; cōuitia: ut ait ipse: Maledicent ipsi & tu benedices. Docuit nos q̄ timere maledicta persequētū minime debeamus: cū habeamus benedictionis auctorē: Nec mouere nos cōuitia debeāt: ubi præsul est qui possit auferre maledicta. Quid illud q̄ mori nō timuit? Immo ꝓ omnibus se obtulit dicens: q̄ frustra innoxij in inuidiā uocarent̄: q̄ frustra ꝓpter se alij periclitarētur. Sibiq; potius mortē optabat: ne ipse alijs causa mortis esset. Hoc est illud euangelicū domini in ipsa sui captione dicentis: Si me quæritis: sinite hos abire. Occidit itaq; ꝓ omnibus quos diligebat. Pro quo amici sui parū putabant: si omnes perirent. Aduertamus quē circa amicos suos habuerit animū. Considerem⁹ quē erga germanas suas habuerit affectum. In ipsis requiescebat: in ipsis se cōsolabatur: in ipsis relaxabat animū: & fessa curis corda mulcebat. Rogabat eas ut si quo puericiæ suæ lapsu: si sermone aliquo offensæ a fratre uiderētur ignoscerēt: ueniā sibi a domino deprecarētur. Manus: caput sororibus osculabat̄: immemor imperij: memor germanitatis: & quo magis alijs potestatis iure præstaret: hoc se magis sororib⁹ exhibebat. Rogabat ut nō meminissent iniuriæ: meminissent gratiæ: ut q̄d̄ acciderat de earū possessione: audiret negociū. Tantus em̄ erat: ut etiā in causa sororū æquus fore arbiter a ꝓuincialibus: existimaretur. Q̄ & si circa sanctas necessitudines suas charitatem ꝓpenderet: tamē pietatē suam iustitia tēperaret. Audiuit negociū nō de iure sed de possessione prædij. Hinc pietas ꝓ sororib⁹: inde misericordiæ ꝓ orphano causa certabat: ut pro eo apud ipsas interueniret sorores. Remisit ad iudicē publice negociū: ne aut ius aut pietatē læderet. Priuatim tamen quantū ex ꝓposito nobiliū puellarū aduertimus: pium sanctis sororib⁹ impressit affectū: ut cōcedēdi prædij uoluntatē haberent: iudiciū darent. Vere dignæ tanto fratre germanæ: quæ ei quod mater sibi reliquerat mallent de suo potius iure laxare: q̄ fratrē in sua causa uerecundiā sustinere. Hæc est uobis sanctæ animæ hæreditas preciosior fraternæ laudis & gloriæ: bis uos pius frater nobiliores & ditiores reddidit: qui caput uestrū nō gēmis onerabat sed osculis. Manus uestras nō tam regalibus ambiebat insignib⁹ q̄ imperatorio ore lambebat. In uestræ fructu præsentiæ omne ponebat solatiū: ut nec ipsam nimie desideraret uxorē. Ideo nuptias differebat: quia pius eū uestræ gratiæ pascebat affectus. Hæc uobis desiderio ampli⁹ q̄ dolori sint: ut fraterna gloria plus reficiat mentē q̄ dolor torqueat. Pascūt frequēter & lachrymæ & mentē alleuāt: flet⁹ refrigerant pectus: & mœstum solant̄ affectū. Durū quidē funus uidetis: sed stabat & sancta Maria iuxta crucē filij: & spectabat uirgo sui unigeniti passionē. Stantē illam lego: flentem nō lego. Vnde dixit ei fili⁹: Mulier ecce fili⁹ tuus: & discipulo dixit: Ecce mater tua: hæreditatē illis charitatis suæ & grāæ derelinquēs. In quo uobis pia pignora qm̄ fratrē uestr̄ ꝓpter mea pctā nō merui: affectū paternū exhibere desidero. Illū intueor in uobis: illū teneo: illum puto esse mihi præsentē: Immo utrunq; germanū: quos uelut oculos mihi effossos doleo. Fœlici⁹ episcopos psequāt̄ imperatores q̄

Matth. 16.

Luc. 23.

Ibidem.

Ps. 108.

Joh. 18.

Ibidem. 19.

diligant. Quãto mihi beatius maximus minabat? In illi⁹ odio laus erat: in hoꝛ amore ſupplici feralis hæreditas. Vtinã filij ꝓ nobis licuiſſet: hunc ſpiritũ fundere: compendiũ doloris inuenerã: & glorioſius mihi fuerat ꝓ tantis obire pignoribus. Sed ad ueſtrã ſanctæ filiæ conſolationẽ reuertar: q̃uis rerum geſtaꝛ acerbitaſuim omnẽ cõſolationis abſorbeat. Quæ ſi breuis ſit: nihil afferet quo mœſtum affectu demulceat: ſin ꝓlixior: longiorẽ afferat admonitionẽ doloris. Quo em̃ ꝓlixior fueris: hoc magis in cõſolando afficies eum quẽ conſolari uelis: & diutius mœrorẽ ei⁹ tenebis. Nõ igitur uelut penicillo quodã ſermonis mei ueſtras abſtergam lachrymas. Neq; em̃ id facere uellẽ: etiã ſi poſſem. Eſt em̃ pijs affectibus quædã etiam flendi uoluptas: & plærũq; grauis euaporat dolor. Sed id poſtulo: ne uel infixũ pectori ueſtro fratrem duris gemitibus releuetis: uel auertatis planctib⁹: uel requieſcentẽ excitetis. Ille uobis maneat in corde: ille uiuat in pectore: ille amplexibus pijs hæreat ut ſolebat. Ille fraterna oſcula præmat: ille ſemp in oculis ſit: ſemp in oſculis: ſemp in alloquijs: ſemp in mẽtibus: ille iam talis ut ei nihil timeatis ſicut ante. Obliuiſcamini eius erumnã: teneatis gratiã. Ille uobis auxiliaturus ſpereť: ille noctibus præſul aſſiſtat: illum a uobis iam nec ſomnus excludat. Propter ipſum delectet quies: ut uobis gratior reuertať. In uobis eſt filiæ: ut fratrẽ uobis iam nemo poſſit auferre. Sed corp⁹ eius tenere deſideratis: tumulũ circũfuſæ tenetis. Ille tumulus fratris uobis habitatio ſit: Ille ſit aula palatij: in quo cara membra requieſcũt. Q̃ ſi me ad illum reuocatis dolorẽ: ꝙ cito exceſſit e uita: nec ego abnuo imatura obiſſe ætate: quẽ noſtræ uitæ tẽporibus fulcire cuperem⁹: ut de noſtris annis uiueret: qui fungi nõ potuit ſuis. Sed quæro utrũ aliquis ſit poſt mortẽ ſenſus an null⁹? Si eſt uiuit: imo quia eſt: uita iam fruiť æterna. Quõ em̃ non habet ſenſum: cuius anima & uiuit & uiget: & remeabit ad corpus: &
1. Theſſal. 4. faciet illud cũ refuſa fuerit: reuiuiſcere? Clamat Apoſtolus: Nolumus uos ignorare fratres de dormiẽtibus ut nõ cõtriſtemini: ſicut & cæteri qui ſpem nõ habent. Nã ſi credimus ꝙ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & deus illos qui dormierũt ꝑ Ieſum: adducet cũ eo. Manet ergo eorum uita: quos manet reſurrectio. Q̃ ſi gentes qui ſpem reſurrectionis nõ habent: hoc uno ſe cõſolantur quo dicant: ꝙ nullus poſt mortem ſenſus ſit defunctorũ: ac ꝑ hoc nullus remaneat ſenſus doloris: quãto magis nos conſolationẽ recipere debem⁹: quia mors metuẽda non ſit: eo ꝙ finis ſit peccatoꝛ: uita autẽ deſperanda nõ ſit quæ reſurrectione reparať? Iob quoq; docet nec mor-
Iob. 14. tem timendã & potius optandã pijs: dicens: Vtinam in inferno me cuſtodires & abſconderes me: donec mitigeť ira tua: & cõſtituas mihi tẽpus in quo memor ſis mei. Si em̃ mortu⁹ fuerit homo: uiuet. Conſũmãs dies uitæ meæ ſuſtinebo: donec iteꝛ fiam. Tunc uocabis & ego tibi obediã: Opera autẽ manuũ tuarũ ne deſpicias. Iſtud tñ dolendũ ſit ꝙ primæua obierit ætate. Gratulandũ autẽ ꝙ uirtutũ ſtipendijs ueteranus deceſſerit. Tanta em̃ fuit emendatio uitæ ei⁹ in illo omnib⁹ lubrico adoleſcẽtiæ tẽpore: tanta laus morũ eius ut omnem memoriã doloris obducat. Q̃ em̃ obijt: fragilitatis eſt: ꝙ talis fuit: admirationis. Q̃ beata fuiſſet reſpublica: ſi eũ diutius ser-
Phili. 1. uare potuiſſet. Sed qa uita ſanctorũ nõ hic in terris eſt: ſed in cælo (Iuſtis em̃ uiuere chriſtus: & mori lucrũ: quia & diſſolui & cũ chriſto eſſe: multo meli⁹) dolendũ eſt ꝙ
2. Reg. 12. nobis cito raptus ſit: conſolandũ ꝙ ad meliora tranſierit. Deniq; Dauid moriturũ filium flebat: mortuũ nõ dolebat: flebat ne ſibi eriperetur: ſed flere deſiuit ereptum
Ibidẽ. 13. quẽ ſciebat eſſe cũ chriſto. Sed ut ſcias uerum eſſe qd̃ aſſero: inceſtũ Ammon filiũ
Ibidẽ. 18. fleuit occiſum: paricidã Abſalon doluit interemptũ: dicens: Fili⁹ meus Abſalon: fili⁹ meus Abſalon. Innocentẽ filiũ nõ putauit eſſe lugendũ: quia illos ſibi periſſe ꝑ ſcelere: hunc ꝑ innocẽtia credidit eſſe uicturũ. Nihil ergo habetis qd̃ grauiſſime doleatis in fratre: homo nat⁹ eſt: hũanæ fuit obnoxius fragilitati. Nemo ſe redimit a mor-
Iob. 15. te: nõ diues: nõ ipſi reges: immo ipſi grauioríb⁹ ſubiacent. Iob dixit: Numerati anni dati ſunt potẽti: timor autẽ eius in auribus eius: q̃n uidetur habere pacẽ: tunc ueniet ei euerſio. Vobis quoq; ipſis tam acerba incidiſſe patiẽter ferre debetis: quæ uidetis uobis cõmunia eſſe cũ ſanctis. Etiã Dauid amiſſis filijs deſtitutus eſt. Optaſſet

illos tales obire qualis uobis frater ereptus est. Ille crimina doluit: nō exitum filiorꝝ. Quæ luctus tēpora ꝓtrabunt: duorū mensiū curricula in fraterni funeris quotidiano clausistis amplexu? Sola in scripturis lepte filia fletus sui tēpora postulauit: cognito ꝙ pater eius ꝓfecturus ad præliū uouerat: qa id rerū potius offerret dño qđ sibi primū ocurreret. Post uictoriā reuertēti: occurrerat filia: ignara pietatis: ignara ꝓmissi. Vidit eam & ingemuit pater dicēs: Heu me filia: impedisti me: in stimulū doloris facta es mihi. Ego uero aperui os meū de te ad dominū: & nō potero auertere. Illa dixit ad eū: Pater si in me aperuisti os tuū: fac mihi ut exijt de ore tuo. Et iterꝝ dixit: Sine mēsibus duobus & uadens flebo in mōtibus sup uirginitatē meā ego & cō pares amicæ meæ. Itaq; duobus exactis regressa mēsibus: sacrificij munus impleuit: Quæ decreto populi israel quaternis in anno diebꝰ ab eiusdē plæbis fœminis deplo ratur. Ad deflendū igitur uirginitatis suæ florē duos sat esse menses lepte filia iudicauit; & adhuc nō uenerat resurrectio: & hoc spatio tēporis satis putauit paucis se esse defletam: Vobiscū omnes populi defleuerūt: omnes ingemuerūt ꝓuinciæ: & adhuc parua putatis uestri hæc esse supplicia? Si fratrē uestrū redimere possetis exitio: nollet tn̄ ille uestra afflictione resuscitari: qui se melius uiuere credidit in uobis: q optauit potius seipsum mori: cū uestrā uideret iniuriā: qui ꝓ uobis se libēter fuit paratus offerre: qui ipso uestri doloris die dicit banc solā emisisse uocē: Væ miseris sororibus meis. Itaq; magis uestram destitutionē q̄ suam mortē dolebat. Sed audiui uos dolere ꝙ nō acceperit sacramēta baptismatis. Dicite mihi quid aliud in nobis est: nisi uolūtas: nisi petitio? At qui etiā dudū hoc uotū habuit: ut añq̄ i italiā uenisset: initiaret: & ꝓxime baptiçari se a me uelle significauit. Et ideo præ cæteris causis me accipiendū putauit. Nō habet ergo gratiam quā desiderauit? Nō habet quā poposcit? Et quia poposcit accepit. Et ubi illud est: Iustus quacūq; morte præuētus fuerit anima eiꝰ in refrigerio erit? Solue igitur pater sancte munꝰ seruo tuo: qđ Moyses dū in spiritu uidit accepit: Qđ Dauid quia ex reuelatione cognouit emeruit. Solue inquā seruo tuo Valētiniano munus qđ cōcupiuit: munus qđ poposcit sanus: robustus: incolumis. Si affectus ægritudine distulisset: tn̄ nō penitus a tua misericordia esset alienus: qui celeritate tēporis esset nō uoluntate fraudatus. Solue ergo seruo tuo munus tuæ gratiæ: quā ille nunq̄ negauit: qui ante diē mortis: templorū priuilegia negauit: insurgētibus quos reuereri posset. Astabat uirorū caterua gentiliū: supplicabat senatus. Nō metuebat hominibꝰ displicere in christo. Qui habuit spiritū tum: quō nō accepit gratiam tuā? Aut si quia solēniter nō sūt celebrata mysteria: hoc mouet: ergo nec martyres si catbecumini fuerint coronātur? Non em̄ coronātur si non initiant? Q; si suo abluuntur sanguine: & hunc sua pietas abluit & uoluntas. Ne quæso eum dn̄e a fratre seiungas: ne iugū hoc piæ germanitatis patiaris abrūpi. Hic tuus iam & tuo iudicio uindicatus: piclitatur amplius Gratianus: si separet a fratre: si nō mereatur esse cū eo: ꝓ quē meruit uindicari. Quas ille nunc manꝰ ad te pater erigit: quas ꝓ fratre preces fundit: quo ei inbæret amplexu: quē admodū sibi eum non patitur auelli? Adest etiā pater qui militiā sub Iuliano & tribunatus honores fidei amore contēpsit. Dona patri filium: fratri germanū: quorum utrūq; imitatus est: alterum fide: alterū deuotione pariter atq; pietate in temploꝝ priuilegijs denegādis. Qđ patri defuerat adiunxit: quod frater constituit custodiuit. Et huic adhuc intercessionē asciſco: cui remunerationē præsumo? Date manibus sancta mysteria. Pio requiē eius poscamus affectu. Date sacramenta cælestia mysteria. Animā piam matris oblationibus ꝓsequamur. Extollite populi mecū manus in sancta: ut eo saltem munere uicem eius meritis repēdamus. Nec ego floribus tumulū eius aspergā: sed spiritū eius christi odore ꝓfundam. Spargant alij plenis lilia calathis: nobis lilium est christus. Hoc reliquias eius sacrabo: hoc eius gratiā cōmēdabo. Nunq̄ ego piorum fratrū separabo numeꝝ merita discernā. Scio ꝙ dominū cōmemoratio ista cōciliet: copula ista delectet. Nec putet aliquis meritis eorum obitus celeritate detractum.

Iudic. 11.

Sap. 4.

Raptus est Enoch: ne malicia mutaret cor eiꝰ: Et Iosias decimooctauo anno regni

Gen. 5.
4. Reg. 23.

sui: ita domini pasca celebrauit: ut omnes retro principes deuotione superaret: nec diutius fidei suæ meritis supuixit: immo quia plæbi iudææ graue imminebat exitiũ: rex iustus ante sublatus est. Metuo ne & tu nobis aliqua nostri offensione sis raptus ut octauodecimo regni tui anno imminentis mali acerbitatẽ quasi iustus euaderes.

Sed iam cara mihi cõplectar uiscera: & debita quõdã sepulchro prius tamẽ singula mẽbra ꝓspiciam. Valẽtinianus meus: iuuenis meus cãdidus & ruber: habens in
Cant. 5. se imaginẽ christi. Talibus em̃ ꝓsequitur ecclesia in canticis christũ. Nec iniuriã putes: charactere domini inscribunt & seruuli: & nomine imperatoris signant milites.
Ps. 104. Denicꝙ & ipse dñs dixit: Nolite tangere christos meos. Et: Vos estis lux mũdi. Et la-
Matth. 5. cob dixit: Iuda te laudabunt fratres tui. Ad filiũ loquebatur: & dominũ reuelabat. Et
Gen. 49. de Ioseph dixit: Filius meus ampliat⁹: filius meus ampliatus Ioseph: & christũ signifi
Ibidem. cabat. Licet ergo & mihi charactere dñi schema. Iuuenis me⁹ cãdidus & ruber decem milibus. Elect⁹ est fili⁹ meus: cũ post mortẽ patris paruulus ascisceret imperio.
Cant. 5. Caput eius aurum cephas: oculi eius sicut colũbæ sup abundantiã aquarũ. Ibi enim sedimus & fleuimus: dixerunt qui inde uenerunt. Venter ei⁹ pyxis eburnea: qui re-
Iere. 4. ciperet oracula scripturarũ: ut posset dicere: Ventrẽ meũ doleo: sicut dixit ꝓpheta.
Cant. 5. Dicit em̃ hæc qui imitator est christi. Genæ eius phialæ aromatis: quibus christus influebat unguentũ. Labia eius lilia distillantia mirrha plena. Manus eius tornatæ aureæ: plenæ tarsis: eo ꝙ in uerbis eius iusticia refulgeret: in factis & operibus reniteret gratia: in quo & plenũ uirtutis & auctoritatis regalis esset alloquium: nec inflexa aliquo mortis terrore cõstantia: & factorũ preciosa emendata correctio. Omnis em̃ bonus operarius: manus christi est: fauces eius dulcedines: & totũ desiderium. Q̃ dulcia em̃ omnia iudicia eius: uniuersorũ faucibus adhæserũt? Quãta gratia sermones ipsius singuli recensent? Quẽadmodũ fili desideraris a populis: mihi certe impressisti quæ pectore teneo: uerba illa postrema. Quibus me uadẽ tuum fieri postulabas. Reliquisti ipse de me testimoniũ iudicij glorioſi. Ego tibi fidem meã exhibere nõ potui quã parabã. Dixi tamen absens: & dicentẽ me fidem ꝓ te christus audiuit. Tenet in cælo sponsio mea: & si nõ tenetur in terris. Obligatus sum deo: & si nõ potui hominib⁹ obligari. Locutus sum de corpore tuo: Nũc alloquar animã tuã dig-
Ibidem. 6. nam ꝓpheticis ornamẽtis. Iisdẽ igitur utar exordijs. Quæ nã est hæc prospiciẽs sicut diluculũ: speciosa sicut luna: electa sicut sol? Videor mihi te uidere fulgentẽ: uideor audire dicentẽ: Diluculum mihi est pater. Nox terrena præcessit: dies cælestis appropinquauit. Prospicis nos igitur sancta anima: de loco superiore tanq̃ inferiora respiciens. Existi de tenebris istius sæculi: & ut luna resplendes: ut sol refulges. Bene ut luna: quia & ante in umbra licet istius corporis refulgebas: & terrarũ tenebras illuminabas: & nunc lumen a sole iusticiæ mutuata clarũ diem ducis. Videre igitur uideor te tanq̃ de corpe recedentẽ: & repulsa noctis caligine surgentẽ diluculo sicut solem: appropinquãtẽ deo: & rapido uolatu sicut aquilã quæ terrena sunt relinquẽ-
Ibidem. tem. Cõuertère sunamitis cõuertere. Cõuertere & uidebim⁹ in te. Cõuertere ad nos pacifica: ut gloriam tuã sororibus tuis mõstres: & incipient se tuæ quietis & gratiæ securitate solari. Semel tantũ ad nos cõuertere: ut te uideamus. Et rursus cõuertere: atq̃ ad hierusalẽ illam ciuitatẽ sanctorum tota intẽtione festina. Aut certe ad animam piã christus hoc dicit: iubet illam paulisper cõuerti: ut nobis gloria eius appareat: & requies futura cũ sanctis. Et postea præcipit eam ad illud supernũ sanctoꝝ
Cant. 7. festinare cõsortiũ. Quid uidebitis inquit in sunamite: de qua uenit sicut chori castrorum? Hoc est i ea quæ multũ & aduersus plurimos in corpore præliata est? Etenim pugnauit aduersus extraneos hostes: pugnauit aduersus lubricas sæculi mutatões: pugnauit aduersus corporis fragilitates: aduersus multiplices passiones. Audiuit a dño: Cõuertere sunamitis. Conuersa est ad pacem semel in sæculo: cõuersa est itera ta cõmunione ad gratiã christi: Et ideo pulchra cõuersio eius in sæculo: pulcherrim⁹
Ibidem. incessus eius: uolatus in cælũ. Vnde meret audire: Specioſi facti sũt gressus tui in calciamentis filia Aminadab: hoc est filia principis. Speciosa es em̃ in ꝓcessu: habitasti

in corpore: tanq̃ calciamento eo usa: nõ ut inuolucro: ut quia superior & eminẽtior: eo ut uelles tuum circũferres sine ulla offensione uestigium. Vel certe sicut calciamentũ illud exoluere: sicut Moyses fecit: cui dictum est: Solue calciamentũ pedum tuorũ. Dicit igitur tibi nunc pater Aminadab ille populi princeps: Audi filia & uide: quoniã cõcupiuit rex speciẽ tuam. Speciosi ergo facti sunt gressus tui in calciamentis filia Aminadab. Moduli fœmorum tuorũ similes torquibus: hoc est: cõsonans sibi in omnibus factis tuis gratia atq; moderatio magnorũ æquauit insignia triumphorũ. Deniq; moderatione tua ex trãquillitate pacifica: nec gallia hostẽ sensit: & italia hostem reppulit: qui eius finib⁹ imminebat. Torques aũt insignia esse uictoriæ: dubitari nõ potest: cũ ij qui in bello fortiter fecerint: torquib⁹ honorent. Vmbilicus tuus crater tornatilis nõ deficiens mixto. Venter tuus aceruus tritici munití inter lília. Ceruix tua sicut turris eburnea. Oculi tui stagna mesebon. Bon⁹ umbilicus animæ uirtutũ omniũ capax: sicut crater ab ipso fidei auctore tornatus. Sapientia em̃ in cratere miscuit uinũ suum dicens: Venite edite panes meos: & bibite uinum qd̃ miscui uobis. Vmbilicus ergo iste tornatus omni decore uirtutũ nõ deficit mixto. Venter quoq; eius nõ solum iusticiæ uelut frumẽtario cibo replebatur: sed etiã gratiæ suauitate quæ florebat liliũ. Ceruix quoq; ei⁹ candida & pura iugo christi spõte subiecta: cogitationes rationabiles: fidei odor: circũcisionis attentio: ornatus capitis gloriosus: qd̃ nõ regalia diademata: sed domini sanguinis insignia coronarent. Merito tanq̃ rex: peccati uictor: & cælesti corona redimitus ascẽdit. Cuius animæ dicit deus uerbũ: Quid pulchra & suauis facta ẽ charitas in delitijs tuis? Pulchra p uirtutis decorẽ: suauis p gratiam. Procera sicut palma: quæ uincentis est præmiũ. Tuæ ascendẽti animæ Gratianus frater occurrit: & cõplexus eam dicit: Ego fratri meo: & sup me cõuersio ei⁹: uel q̃ sibi eã cupiat inbærere: uel q̃ pietate fraterna quasi aduocatus assistat dicens: cõuersionẽ eius etiã suæ gratiæ præferendã. Veni inquit frater meus: exeamus in agrũ: requiescam⁹ in castellis: diluculo surgam⁹ in uineas. Hoc ẽ: ueniste eo: ubi diuersarũ uirtutum fruct⁹ p singulorũ meritis deferũt̃: ubi abũdant meritor; præmia. Exeam⁹ ergo in agrũ ĩ quo nõ uacu⁹ labor: sed fæcũdus, puẽtus ẽ grã; qd̃ in terris seminasti: h̃ mete: qd̃ ibi sparsisti: hic collige. Aut certe ueni in illũ agrũ: q est odor Iacob: hoc ẽ ueni in gremiũ Iacob: ut sicut Laçar⁹ pauper in Abraæ sinu: ita etiã tu in Iacob patriarchæ tranquillitate requiescas. Sinus em̃ patriarcharũ recessus quidã est quietis æternæ. Merito ergo Iacob est fructuosus: sicut Isaac patriarcha testat⁹ est dicens: Ecce odor filij mei tanq̃ odor agri pleni quem benedixit dñs. Requiescamus inquit in castellis: ostẽdens illic esse requiẽ tutiorem: quæ septo cælestis refugij munita atq; uallata nõ exagitet̃ sæculariũ incursibus bestiarũ. In foribus inquit nostris omnes fœtus arborũ: noua & uetera frater meus seruaui tibi. Quis dabit te frater fratrẽ mihi lactentẽ ubera matris meæ? Inueniẽs te foris osculabor te: assumã te & inducã te in domũ matris meæ: & in secretũ ei⁹ quæ cõcepit me. Potũ dabo tibi a uino operosi unguenti: a fluxu malor; granatorũ meor;. Leua eius sub caput meũ: & dextera eius cõplectetur me. Promittit fratri augustæ memoriæ Gratianus præsto sibi fructus diuersarũ esse uirtutũ. Fuit em̃ & ipse fidelis in dño: pius atq; mansuetus puro corde. Fuit etiã cast⁹ corpore: qui præter cõiugium nescierit fœminæ alterius cõsuetudinẽ. Ideo in forib⁹ sedis suæ habet fruct⁹ paratos: nec longe petẽdos offert. Qui seruauerit fratri noua & uetera: hoc est: & testamẽti ueteris & euãgelij sacramenta: & dicit: Quis dabit te frater fratrẽ mihi lactẽtẽ ubera matris meæ? hoc est: nõ quicũq; te sed christus illuminabit gratia spũali. Ille te baptiçauit: qa humana tibi officia defuerũt. Plus adeptus es qui minora te amisisse credebas. Quæ sunt ubera ecclesiæ: nisi sacramenta baptismatis? Et bene ait: lactẽtẽ: quasi qui baptiçatus lactis niuei succũ requirat. Inueniẽs inquit te foris: osculabor te: hoc est extra corpus te reperiẽs: osculo mysticæ pacis amplectar. Nemo te spernet: nullus excludet: in penetralia te arcana ecclesiæ matris inducã: & in oia secreta mysterij: ut bibas poculũ gratiæ spũalis. Amplexatus igit̃ fratrem ducere cœpit ad

Exo. 3. Psã. 44. Cant. 7. Cant. 7. Prouer. 9. Cant. 7. Luc. 16. Gen. 27. Cant. 7. Ibidẽ. 8.

ꝑpriam manſionē: & quia pio officio ad ulteriora ꝓceſſerat: cū fratre cœpit aſcēde/re: petens ut ſibi fratri maior illic charitas augeat᷑: eo ꝙ uitia humana defecerant: in/uidia atq; iactantia: quæ in plæriſq; ſolēt fraternæ pietatis iura uacuare. Vidētes eos uel angeli uel aliæ animæ: quærunt ab ijs quæ ueluti comitatu ſuo fratres hos & of/
Cant. 8. ficio deducebāt dicentes: Quæ eſt hæc quæ aſcēdit candida innitēs ſup fratrē ſuū?
Nec nos quidē dubitabamus de meritis Valētiniani: ſed iam credam⁹ uel teſtimo/nijs angelorū: ꝙ deterſa labe peccati ablutus aſcendit: quē ſua fides lauit: & petitio cōſecrauit. Credamus quia aſcendit a deſerto: hoc eſt ex hoc arido & inculto loco ad illas florulētas delectationes: ubi cū fratre cōiunctus æternæ uitæ fruitur uolupta/ti. Beati ambo: ſi quid meæ orationes ualebunt. Nulla dies uos ſilentio præteribit: Nulla inbonoratos uos mea trāſibit oratio. Nulla nox nō donatos aliqua precū me/arum cōtextione trāſcurret. Omnib⁹ uos oblatōib⁹ frequentabo. Quis ꝓhibebit in/
Pſ. 136. noxios nominare? Quis uetabit cōmendationis ꝓſecutionē cōplecti? Si oblitus fu/ero te ſancta bieruſalē: hoc eſt: ſancta anima: pia & pacifica germanitas: obliuiſcatur me dextera mea: adhæreat lingua mea faucib⁹ meis: ſi nō meminero tui: ſi nō memi/nero bieruſalē in principio meæ læticiæ. Ipſe me citius q̄ uos obliuiſcar. Et ſi unq̄ ſer/mo tacebit: loquet᷑ affectus. Et ſi uox deficiet: nō deficiet gratia: quæ meis eſt infixa præcordijs. Quomō ceciderunt potentes? Quō uterq; ſup illa babylonis ceciderūt flumina? Quō rapidiora utriuſq; uitæ fuere curricula: q̄ ipſius rhodani ſunt fluenta?
O mihi Gratiane & Valentiniane ſpecioſi & chariſſimi: q̄ anguſto uitā fine clauſi/ſtis: q̄ ꝓxima uobis mortis fuere cōfinia: q̄ ſepulchra uicina. Gratiane inquā & Valē/tiniane in ueſtris nominib⁹ adhærere iuuat atq; delectari: in ueſtri cōmemoration e requieſcere. Omnib⁹ Gratiane & Valētiniane ſpecioſi & chariſſimi: inſeparabiles in uita & in morte nō eſtis ſeparati. Nō uos diſcreuit tumulus: quos nō diſcernebat af/fectus. Nō cauſa mortis ſeparauit: quos pietas una iūgebat. Non uirtutū diſtātia diſ/pares fecit: ſup colūbas ſimpliciores: ſup aquilas leuiores: ſup agnos clemētiores: ſu/per uitulos innocētiores. Gratiani ſagitta nō eſt reuerſa retro: & Valētiniani iuſticia nō fuit uacua: nec inanis auctoritas. Quō ſine pugna ceciderūt potenteſ? Doleo in te fili Gratiane: ſuauis mihi ualde. Plurima dediſti tuæ pietatis inſignia. Tu me inter tua pericula requirebas: tu in tuis extremis me appellabas: meū de te plus dolebas dolorē. Doleo etiā in te fili Valentiniane: ſpecioſus mihi ualde. Ceciderat amor tu/us in me: ſicut amor pignoris. Tu ꝓ me putabas eripi te periculis: tu me nō ſolum ut parentē diligebas: ſed ut redemptorē tui & liberatorē ſperabas. Tu dicebas: putas ne uidebo patrē meum? Specioſa de me uoluntas tua: ſed nō efficax præſumptio.
Hei mihi uanæ ſpes in homine: ſed tu in ſacerdote. Hei mihi ꝙ uoluntatē tuā non ante cognoui. Hei mihi ꝙ non clanculo ante miſiſti. Hei mihi qualia amiſi pignora. Quō ceciderunt potentes: & perierūt arma cōcupiſcētia deū? Et quia nemo habet qd̄ alij plus deferat q̄ qd̄ ſibi optat: nō me ab illis poſt mortē ſepares: quoſ in hac uita chariſſimos ſenſi dñe. Peto: ut ubi ego fuero: ſint & illi mecū: uel illic eorum ꝑpetua copula fruar: quia hic uti eorū diuturniore cōiunctione non potui. Te quæſo ſum/me deus: ut chariſſimos iuuenes matura reſurrectiōe ſuſcites & reſuſcites: ut imma/turū hunc uitæ iſtius curſum matura reſurrectione cōpenſes.
Sancti Ambroſij ad Theodoſium imperatorem: deceſſum Valentiniani auguſti uehementer ſe dolere: aptiſſimūq; pro ſepultura eius locū præparatum eſſe inſinu/antis. Epiſtola. XXXIIII.
AMbroſius Theodoſio imperatori. Silentiū meum rupit ſermo clementiæ tuæ. Nihil em̄ in tam triſtibus rebus meli⁹ facere in animū induxerā: q̄ ſi fieri poſſet: meipſum abdere. Sed quia ī ſeceſſu aliquo delitеſcere: & ſacerdotio exire nō poterā: uel ſilētio ītra me latebā. Doleo em̄ fateor dolore acerbo: nō ſolū ꝙ imatura ætate Valētinianus auguſtus deceſſerit: ſed etiā ꝙ informat⁹ fide: ac tuis in/ſtitutis tantā deuotionē erga deū noſtrū induerat: atq; tanto in me incubuerat affe/ctu: ut quē ante ꝑſequebat᷑: nunc diligeret: quē ante ut aduerſariū repellebat: nūc ut

parentē putaret. Qđ ego nō ꝓ recordatione iniuriæ ueteris exprompſi: ſed ꝓ teſtimonio cōuerſionis. Illud em̄ alienū: hoc ſuū: qđ a te infuſum ſibi ita tenuit: ut matris ꝓſuaſionē excluderet. Ille ſe a me nutritū præferebat: ille ut ſedulū patrem deſiderabat: ille ſimulato a quibuſdā aduētus mei nūcio impatiēter præſtolabat. Quinetiā illiſipſis publici doloris diebus cū ſanctos & ſūmos ſacerdotes dñi intra gallias haberet: ut a me tn̄ ſacramētis baptiſmatis initiaret: ſcribendū arbitrat⁹ eſt. Qđ etiā ſi nō rationabiliter: amabiliter tn̄ erga me ſuū ſtudiū teſtificatus eſt. Hunc ergo nō intimo anbelē ſpiritu: ſecretiſq; mentis atq; animi uiſceribus amplectar? Hunc mihi mortuū putem? Immo mihi magis uiuū. Quas ego dño deferebā gratias: ꝙ ita in me cōuerſus eſſet: ꝙ ita emēdatus: quaſi ſenioris cuiuſdā ætatis mores iduiſſet: quas clemētiæ tuæ ꝙ eum nō ſolū regno reddidiſſes: ſed etiā qđ eſt ampli⁹: inſtituiſſes fidei & pietatis tuæ diſciplinis. Hunc ergo nō doleā æui integrū: anteq; ſacramentorū quæ deſiderauit adipiſceret gratiā: repentina obiſſe morte? Refrigeraſti animū ꝙ etiā ipſe dignatus es ferre teſtimoniū meo dolori. Te imperator arbitrū teneo affectus mei: te meæ mentis interpretē: ſed flendi tēpora alias nō deerūt. Nūc de ſepultura eius qm̄ ſcripſit clementia tua ita hic ꝓcurandū. Sed exors receſſit baptiſmatis: quid cognouerim nō repreſſi. Eſt hic porphyreticū labrum pulcherrimū: & in uſus hmōi aptiſſimū. Nā & Maximianus Diocletiani ſocius ita humat⁹ eſt: Sūt tabulæ porphyreticæ ꝑcioſiſſimæ: quibus ueſtiebat operculū quo regales exuuiæ claudant. Hoc fuerat præparatū: ſed expectabat reſcriptū clemētiæ tuæ: cuius perceptione recreatæ ſunt ſanctæ filiæ tuæ: filij tui Valentiniani ſorores: quæ ſe grauib⁹ afficiūt modis: & ampli⁹ exagitabant ꝙ diu nihil ſcriberet ſibi. Vnde ijs nō parū accеſſit ſolatij: ſed dū inhumatæ ſunt reliquiæ: nequaquā ſibi parcūt. Videntur em̄ ſibi germani ſui quotidianū funus tenere. Et reuera cū ſine fletu magno ac ſine dolore graui nunq̄ ſint: tn̄ quotienſcūq; eo accedūt: exangues reuertunt. Et ipſis igit cōſulet: & chariſſimis exuuijs: ſi acceleret ſepultura: ne æſtiuo penitus ſoluant calore. Vix em̄ ſuperiorē æſtatem tranſegimus. Mandatū tuū ſeruo & cōmēdo dño. Diligat te dominus: quia tu dñi ſeruos diligis.

Sancti Ambroſij Oratio de exitu: uita: ac uirtutib⁹ Theodoſij imperatoris: habita in celebritate quadrageſimi diei obit⁹ ſui: Honorio principe filio ei⁹ aſſiſtente.

HOc nobis motus terrarū graues: hoc iuges pluuiæ minabant: & ultra ſolitū caligo tenebroſior denūciabat: ꝙ clemētiſſimus imperator Theodoſius receſſurus eſſet e terris. Ipſa igit exceſſum ei⁹ elementa mœrebant. Cælū tenebris obductū: aer ꝑpeti horrens caligine. Terra quatiebat motibus: replebat aquarū alluuionibus. Quid ni mūdus ipſe defleret eū principē cōtinuo eſſe rapiendū ꝙ quē dura mundi iſti⁹ tēperari ſolerent: cū criminū pœnas indulgētia præueniret? Et ille quidē abijt ſibi in regnū qđ nō depoſuit ſed mutauit: in tabernacula chriſti iure pietatis aſcitus: in illā hieruſalē ſupernā: ubi nunc poſit⁹ dicit: Sicut audiuim⁹: ita & uidemus in ciuitate dñi uirtutū: in ciuitate dei nr̄i quā deus fundauit in æternū. Sed plurimos tanq̄ paterno deſtitutos præſidio dereliquit ac potiſſimum filios. Sed nō ſunt deſtituti quos pietatis ſuæ reliquit hæredes. Nō ſunt deſtituti quib⁹ chriſti acquiſiuit gratiā: & exercitus fidē cui documēto fuit: deū fauere pietati ultorēq; eſſe perfidiæ. Eius ergo principis & ꝓxime cōclamauimus obitū: & nunc quadrageſimū celebramus aſſiſtente ſacris altarib⁹ Honorio principe. Quia ſicut ſanct⁹ Ioſeph patri ſuo Iacob quadraginta diebus hūationis officia detulit: ita & hic Theodoſio patri iuſta ꝓſoluit. Et quia alij tertiū diem & trigeſimū: alij ſeptimū & quadrageſimū obſeruare cōſuerūt: quid doceat lectio: cōſideremus. Defuncto inquit Iacob præcepit Ioſeph pueris ſepultorib⁹: ut ſepelirēt eū. Et ſepelierūt ſepultores iſrael: & repleti ſunt ei quadraginta dies: ſic em̄ dinumerant dies ſepulturæ. Et luxit eū ægyptus ſeptuaginta dieb⁹. Hæc ergo ſequēda ſolēnitas: quā præſcribit lectio. Sed etiam in Deuteronomio ſcriptū eſt: Quia planxerūt filij iſrael Moyſen diebus triginta: & cōſūmati ſunt dies luctus. Vtraq; ergo obſeruatio habet auctoritatē: qua neceſſariū

Pſ. 47.

Geñ. 50

Deuñ. 34.

pietatis implet officiũ. Bonus itaq; Ioseph qui formã pio muneri dedit quẽ amabat
Gen.49. pater: cui dixit: Adiuuet te de⁹ meus: & bñdicat te bñdictione terræ habẽtis oia ꝓpter benedictionẽ mamillaꝝ & uuluæ bñdictionis matris tuæ: & ꝓpter benedictionẽ patris tui pij patris soboles bona. Celebrat ergo & iste quadragesimã patris Iacob supplãtatoris illius: & nos celebram⁹ Theodosij quadragesimã: q imitat⁹ Iacob supplantauit pfidiã tyrannoꝝ qui abscõdit simulacra gentiũ. Ois em̃ cultus idolorũ fides eius abscõdit. Oẽs em̃ cærimonias oblitterauit: qui etiã ijs qui in se peccauerãt doluit quã dederat perijsse indulgentiã & ueniã denegatã. Sed nõ negabũt filij qd̃ donauit pater: nõ negabunt etiã si quiddã interturbare conat⁹ sit. Neq; em̃ poterũt negare qd̃ in cõmune donauit qui soluũt qd̃ in singulis dedit. Nihil glorios⁹ exitus tanti principis habuit: qui oia iam filijs tradidisset: regnũ: ptãtem: nomẽ augusti: Nihil inquã speciosius ei in morte seruatũ est: q̃ q̃ ꝓ immane quãtis ꝓmissa annonaꝝ exigendarũ relaxatio dũ moratꝰ: facta est successio ei⁹ indulgentiarũ hæreditas: ut ille q̃ uoluit impedire: sibi odiũ fecerit: Theodosio tñ tantæ cumulus grãæ nõ adẽptus ſit. Nec imerito. Si em̃ priuatoꝝ ultimæ uoluntates & deficientiũ testamẽta habent ꝓpetem firmitatẽ: quõ põt tanti principis esse irritũ testamẽtũ? Glorios⁹ quoq; in eo Theodosius qui nõ cõi iure testat⁹ est. De filijs em̃ nihil habebat nouũ qd̃ conderet quibus totũ dederat nisi ut eos præsenti cõmendaret parẽti. De subditis sibi & cõmissis testari debuit: ut legata dimitteret: fidei cõmissa signaret. Præcepit dare legẽ indulgentiæ quã scriptã reliquit. Quid digni⁹: q̃ ut testamentũ imperatoris lex sit? Ergo tant⁹ imperator recessit a nobis: sed non totus recessit. Reliquit em̃ nobis liberos suos: in quib⁹ eũ debemus agnoscere: & in quibus eũ & cernim⁹ & tenem⁹. Nec moueat ætas: fides militũ imperatoris ꝓfecta ætas est. Est em̃ ꝓfecta ætas: ubi ꝓfecta est uirtus. Reciproca hæc quia & fides imperatoris militũ uirtus est. Recognoscitis nẽpe quos uobis Theodosij fides triũphos acquisiuerit: cũ locoꝝ angustijs & impedimẽtis calonũ agmen paulo serius in aciem descẽderet: & inequitare hostis mora belli uideret: desiliuit equo princeps: & ante aciẽ solus ꝓgrediẽs ait: Vbi est Theodosij deus? Iam hoc christo ꝓximus loquebat. Quis em̃ posset hoc dicere: nisi q̃ christo se adhærere cognosceret? Quo dicto excitauit oẽs: & exẽplo oẽs armauit & iam certe senior ætate: sed ualidus fide. Theodosij ergo fides fuit uestra uictoria: uestra fides filioꝝ eius fortitudo sit. Fides ergo auget ætatẽ. Deniq; nec Abraã ut in senectute generaret filiũ: considerauit ætatẽ: nec Sara ut pareret. Nec mirũ si
Heb.11. auget ætatem fides: cũ repræsentet futura. Quid em̃ est fides nisi rerum earũ quæ sperant̃ substãtia? Sic nos scripturæ docent. Ergo si substãtia eoꝝ quæ sperant̃: fi-
Abacbuc.2. des est: quãtomagis eoꝝ quæ uident̃? Bona fides de qua scriptũ est. Iustus aũt ex fide uiuit: qd̃ si subtraxerit se nõ placebit animæ meæ. Nos aũt nõ subtrahim⁹ nos ad dispendiũ animæ: sed inhæreamus fidei ad animæ nostræ acquisitionẽ: q̃m in hac fidei militia testimoniũ cõsecuti sunt seniores nostri Abraam: Isaac: Iacob. Et ideo hæ-
Gen.15. reditatẽ nobis fidei reliquerũt. Fidelis Abraam qui nõ ex operib⁹ sed ex fide iustificatus est: q̃m deo credidit. Isaac ꝓ fidẽ nec gladium feriturꝰ parẽtis expauit. Iacob
Ibidẽ.22. Ibidẽ.28. paternæ fidei uestigijs intẽtus dũ iter agit: angelorũ uidit exercitũ: & uocauit cõci-
4.Reg.6. liũ dei. Alibi quoq; id est: in libris regnoꝝ Helisæus erat intra samariã: & subito eũ circũfusus syrorũ obsedit exercitus. Vidit eos Gieçi: & ait ad dñm suũ: O dñe quid faciemus? Et dixit Helisæus ꝓpheta: Noli timere: q̃m nobiscũ plures sunt q̃ cũ illis. Et rogauit ut aperiret deus oculos Gieçi: Et aperti sunt oculi ei⁹: & uidit plenũ montẽ equis & currib⁹ in circuitu Helisæi: & rogauit Helisæus ut ꝓcuteret eos de⁹ cæcitate: & ꝓcussi sunt: & introierũt in ciuitatẽ: quo ingrederent̃ nequaquã uidẽtes. Audistis certe milites qui circũfusi estis: quia ubi pfidia: ibi cæcitas est. Merito ergo cæcus erat exercitus infideliũ: Vbi aũt fides: ibi exercit⁹ angeloꝝ est. Bona itaq; fides quæ frequẽter operat̃ in mortuis. Deniq; aduersarius & legiones suæ quotidiana martyrũ uirtute torquent̃. Vnde arbitror q̃ fila chordaꝝ citharæ ideo fides dicãtur: q̃m & mortua sonũ reddãt. Quo magis ac magis enitẽdũ est: ne in hoc uiuẽdi

munere siti: simus ingrati: sed pij pignoribus principis sedulũ ac patriũ impẽdamus affectũ. Soluite filijs eius qđ debetis patri. Plus debetis defuncto q̃ debuistis uiuenti. Etẽm si in liberis priuatorũ nõ sine graui scelere minorum iura temerant: quãto magis in filijs imperatoris? Addat & cuius imperatoris? Imperatoris pij: imperatoris misericordis: imperatoris fidelis. De quo nõ mediocre locuta est scriptura dicẽs: Magnũ & bonorabile est homo misericors: Inuenire autẽ uirũ fidelem difficile est. Prouer. 20.

Si magnũ est misericordẽ aut fidelẽ quæcũq; hominẽ inuenire: quãtomagis imperatorẽ: quẽ potestas ad ulciscendũ impellat: sed reuocet tamẽ ab ultione miseratio?

Quid præstãtius fide imperatoris: quẽ nõ extollat potentia: supbia non erigat: sed pietas inclinet? De quo Salomon præclare ait: Iniqui regis imitatio similis rugitui leonis: sicut autẽ ros in herba: sic & bilaritas eius. Ibidẽ. 16. Quantũ igitur est deponere terrorẽ potentiæ: præferre suauitatẽ gratiæ? Beneficiũ se putabat accepisse auguste memoriæ Theodosius: cũ rogaretur ignoscere. Et tunc ꝓpior erat ueniæ: cũ fuisset cõmotio maior iracũdiæ. Prærogatiua ignoscendi erat: indignatũ fuisse. Et optabatur in eo qđ in alijs timebatur ut irascereť. Hoc erat remediũ reorũ: qm̃ cum haberet supra omnes potestatẽ: quasi parẽs expostulari malebat: q̃ quasi iudex punire. Sæpe trementes uidimus quos obiurgabat: & coniuctos sceleris cũ desperassent: solutos crimine. Vincere em̃ uolebat nõ plectere: æquitatis iudex nõ pœnæ arbiter: q nunq̃ ueniã confitẽti negaret. Aut si quid esset qđ occulta cõscientia inuolueret: deo seruabat. Hanc uocẽ eius boies magis q̃ pœnam timebãt: ꝙ tanta imperatorẽ ageret uerecundia: ut mallet sibi boies religione q̃ timore astringere. Maximũ philosophorũ impunitatẽ ferunt dedisse ijs facinoribus quæ ꝓ iram cõmissa forẽt: sed scriptura diuina melius ait: Irascimini & nolite peccare. Maluit peccatũ recidere q̃ excusare. Satius est indignatione laudẽ clemẽtiæ reperire: q̃ ira in ultionẽ excitari. Ps. 4

Quis ergo dubitabit filijs eiꝰ maximũ præsidiũ fore apud deũ? Dño fauẽte Arcadius imperator iam ualidus inuẽtꝰ est. Honorius cõtinuo pulsat adolescentiæ flores: ꝓuectior ætate q̃ Iosias. Ille em̃ destitutus patre orsus imperiũ usq; ad tricesimũ & primũ annũ regni sui ꝓduxit ætatẽ: & placuit dño ꝙ præ cæteris regibus israel domini pascha celebrauit: & cærimoniarũ aboleuit errores. Asa quoq; adhuc inualidus corporis robore: cũ regnandi curricula recepisset: quadraginta annis regnauit in bierusalẽ. Qm̃ cũ æthiopum infinita urgereť atq; innumerabili multitudine: speraуit a dño & in paucis se posse saluari. Vtinã tam fidelis ꝓcessus q̃ exordio. Nã seruatus in paucis & uictor: postea a syrijs auxilia relicto dño postulauit: & medicos adhibuit ad pedũ dolorem. Accepto em̃ tanto indicio diuini fauoris auxiliatorẽ suum nõ derelinquere debuit sed tenere. Ideo ei nec medici ꝓfuerunt: & quasi incredulꝰ mortẽ impleuit. Sed illoq; patres Abias & Amos ambo infideles: Theodosius uero plenus timoris dei: plenus misericordiæ: speramꝰ ꝙ liberis suis apud christũ præsul assistat: si dñs ꝓpitius sit rebꝰ humanis. Bonũ est misericors hõ qui dũ alijs subuenit: sibi consulit: & in alieno remedio uulnera sua curat. Agnoscit em̃ se esse hominem qui nouit ignoscere: & uias christi sequiť: qui carne susceptа maluit in hunc mũdum redẽptor uenire q̃ iudex. Vnde pulchre psalmista dixit: Dilexi quoniã audiet dñs uocẽ orationis meæ. In quo psalmo dum legiť: uelut ipsum Theodosiũ loquentẽ audimus. Dilexi inquit. Agnosco uocẽ piam: cuius testimonia uocis agnosco. Et uere dilexit: qui officia diligentis impleuit: qui seruauit hostes: qui dilexit inimicos: qui ijs a quibꝰ est appetitus ignouit: qui regni affectatores pire nõ passus ẽ. Nõ mediocris sed ꝓfecti in lege uox ista est: dicere dilexi. Plenitudo enim legis dilectio est. Ps. 114. Ro. 13. Sed quid dilexerit audiamꝰ. Cũ tacet: urget nos dilectio: utiq; diuinæ charitatis grã significať. Quia diligimꝰ illud qđ ẽ sup oĩa desiderabilia desiderabile. De quo scriptũ est: Diliges dñm deũ tuũ. Ergo decedẽs e terris pia anima: & sctõ repleta spũ: quasi interrogãtibꝰ ijs qui sibi occurrerẽt: cũ sese ad sublimia & supna subrigeret: dicebat: dilexi. Nihil hoc pleniꝰ: nihil expressius. Interrogabãt angeli uel archangeli: qd egisti in terris? (Occultoq; em̃ solus cognitor deus) dicebat: dilexi. Hoc est dicere: legẽ Deut. 6.

impleui: euangeliũ non præteriui. Hoc est dicere: morti me obtuli: & tota die existi-
Ro.8. matus sum sicut ouis occisionis. Et ideo cõfido: quia neq; mors: neq; uita: neq; ange-
li: neq; uirtutes: neq; altitudo: neq; ꝓfundum: neq; creatura alia poterit nos separa-
re a charitate dei quæ est in christo Iesu dño nostro. Hoc mãdatũ legis etiã in euã-
Joh.21. gelio dñs Iesus docet esse seruandũ: cũ dicit ad Petrum: Simon Iobãnis diligis me?
Et ille respondit: Tu scis dñe quia diligo te. Et iteꝝ dixit: Simon Iobãnis diligis me?
Et iterum respondit: Etiã dñe tu scis quia diligo te. Et tertio interrogatus sait: Omnia
tu scis: tu scis quia amo te. Confirmauit itaq; charitatẽ trina respõsio: uel aboleuit tri
næ negationis errorẽ. Et hic trinã responsionẽ si quærimus: inuenimus. Dilexi qm̃
Ps.114. audiet dñs uocem orationis meæ. Dilexi qm̃ inclinauit aurẽ suam mihi: ut in diebus
meis inuocarem eũ. Dilexi quia tribulationẽ & dolorẽ inueni: & ꝓ nomine dei mei
picula inferni nõ refugi: sed expectaui ut cõprehendere & inuenire me possent. Et
pulchro ait: Dilexi: quia iam cursum uitæ hui⁹ impleuerat. Vnde & Aplʼs in passiõe
2.Timoth.4. iam positus ait: Certamen bonũ certaui: cursum cõsummaui: fidem seruaui. Qd̃ reli
quum est: reposita est mihi corona iusticiæ. Magnus dñs: qui nobiſ dedit certamina
quibus mereaṫ qui uicerit coronari. Dilexi inquit confidens: qm̃ audiet dñs uocem
orationis meæ. Dilexi: & ideo inclinauit aurem suã mihi: ut iacentẽ erigeret: mortu-
um suscitaret. Non em̃ deus inclinat aurẽ suã ut audiat corporaliter: sed ut cõdescẽ-
dat nobis quo nos audire dignetur: & infirmitates nostræ releuare substantiæ. Incli-
nat se nobis ut nostra ad eum ascẽdat oratio. Voce nõ indiget: qui misericordiã de-
fert. Neq; em̃ uoce indiguit qui Moysen tacẽtẽ audiuit & nõ loquentẽ: sed interpel
lantẽ gemitibus ineffabilib⁹ ad se clamare dicebat. Nouit deus & sanguinẽ audire:
cui nulla uox subest: lingua nõ suppetit: sed accepit uocẽ sacræ titulo passionis. Cla-
mauit in martyrio: clamauit in paricidio qd̃ ptulit ꝓ sacrificio. Dilexi inquit: & ideo
diligens feci uoluntatẽ domini: & inuocaui eum nõ in paucis sed in omnib⁹ diebus
uite meæ. Nã certis dieb⁹ inuocare nõ oĩbus: fastidiẽtis est nõ sperãtis: & ꝓ usu af-
fluentiũ cõmodoꝝ mercedẽ gratiaꝝ referre: nõ ꝓ deuotionis affectu. Et ideo Paul⁹
1.Thessal.5 in omnib⁹ inquit gratias agite. Qñ em̃ non habes qd̃ deo debeas: aut qñ sine dei
1.Cor.4. munere es: cui quotidie uiuendi usus a dño est? Quid em̃ habes qd̃ nõ accepisti? Er
go qa semp accipis: semp inuoca. Et quia qd̃ habes: a dño est: debitorem te semp esse
cognosce. Malo tñ ut quasi diligens q̃ coactus debitũ tuũ soluas. Audis dicentem:
Ps.114. Circũdederũt me dolores mortis. Ego tñ & in mortis dolore dñm dilexi. Pericula
inferni inuenerũt me: nõ timentẽ utiq; sed amantẽ sed sperantem: ꝙ nullæ me angu
stiæ: nulla psecutio: nulla pericula: nullus gladius separat a christo. Deniq; uolens in-
Ro.5. uenit tribulationẽ & dolorẽ: sciens quia tribulatio patientiã operaṫ: patientia ꝓbati
onẽ: ꝓbatio spem. Etenim quasi bonus athleta quæsiuit certamina: ut coronã inue-
niret: quã tñ nõ suis uiribus sed domini auxilio nouit sibi esse donatã. Non em̃ potu-
isset uincere: nisi eum qui certãtes adiuuat inuocasset. Miser homo congrediṫ ut
uincat: & ipse in periculũ ruit: nisi domini nomẽ affuerit: si cũ uereṫ orauerit dicens:
Ps.114. O dñe libera animã meã. Hinc illud apostolicũ: Video legẽ carnis meæ repugnan
Ro.7. tẽ legi mentis meæ: & captiuantẽ me in lege peccati: qd̃ est in mẽbris meis. Infœlix
ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? gratia dei ꝑ Iesum christũ dñm
nostrꝝ. Ille uincit q̃ gratiã dei sperat: nõ q̃ de sua uirtute præsumit. Cur ergo nõ præ-
Ps.114. sumas gratiã: cũ habeas præsulẽ certaminis misericordiã? Misericors em̃ & iustus
dñs: & de⁹ noster misereṫ. Bis misericordiã posuit: semel iusticiã. In medio iusticia ẽ
gemino septæ inclusa misericordiæ. Supabũdãt em̃ peccata: supabundet ergo mise
ricordia. Apud dñm oim uirtutũ abundãtia est: quia dñs uirtutũ est. Neq; tñ iusti-
Eccs.7. cia sine misericordia est: neq; sine miseratiõe iusticia: quia scriptũ est: Noli esse nimiũ
iustus. Qd̃ supra mensurã est: & si bonũ est: tñ tu nõ sustines. Mensurã serua: ut ꝑm
mensurã recipias. Nõ impedit tñ iusticia misericordiã: quia misericordia ipsa iusti-
Ps.111 cia est. Dispersit dedit pauperib⁹: iusticia eius manet in æternũ. Nouit em̃ iustus de-
bere se infirmis atq; inopib⁹ subuenire. Vnde dñs ueniẽs ad baptismũ: ut nobis infir

mantib⁹ peccata donaret ait ad Iohānē: Sine modo. Sic em̄ decet nos implere oēm iusticiā. Liquet igit̄ iusticiā esse misericordiā: & misericordiā esse iusticiam. Etem̄ si dei nos misericordia nō sustentaret: quō in ipso exordio paruuli uiueremus: cū effusi utero de calidis in frigida: de humidis in arida pisciū more iactemur: quos naufragos in banc uitam quidā naturæ fluctus expuerit? Ratio deest sed gratia diuina nō deficit. Ipse ergo custodit paruulos: aut certe eos qui se paruulos humili cōfitent̄ affectu. Bona igit̄ humilitas: quæ liberat periclitātes: iacētes erigit. Nouit eam ille qui dixit: Ecce sum ego peccaui: & ego pastor malefeci: & isti in hoc grege qd fecerūt? Fiat man⁹ tua in me. Bene hoc dicit qui regnū suū deo subiecit: & pœnitentiā gessit: & peccatū suū confessus ueniā postulauit: ipse p humilitatē puenit ad salutē. Humiliauit se christus: ut oēs eleuaret. Ipse ad christi puenit requiē: qui humilitatē christi fuerat secut⁹. Et ideo qa humilē se præbuit Theodosi⁹ imperator: & ubi peccatum obrepsit: ueniā postulauit: cōuersa est aia ei⁹ in requiē suā: sicut habet scriptura quæ dicit: Cōuertere anima mea in requiē tuā: qa dñs benefecit mihi. Pulchre dicit aiæ cōuertere: quasi diuturno cuiusq; operis sudore exercitæ ut a labore cōuertatur ad requiē. Cōuertit̄ equ⁹ ad stabulū: ubi cursum impleuerit: nauis ad portū: ubi ad stationē fidam a fluctuū mole subducitur. Sed quid est qd̄ ait: Ad requiē meā: nisi ꝑm illud intelligas qd̄ ait dñs Iesus: Venite benedicti p̄ris mei: hæreditate possidete paratū uobis regnū a cōstitutione mundi? Tanq̄ em̄ possessionē hæreditariā de qua recipimus quæ ꝓmissa sunt nobis: fidelis deus quæ semel seruis suis præparat nō subtrahit. Si fides nostra maneat: manet & sponsio. Vide o homo circa te gratiā christi adhuc in terris quas teris: & in cælo possides. Ibi ergo sit cor tuū: ubi ē possessio tua.

Matth.5.

Hæc est requies quæ iustis debet̄: negat̄ indignis. Vnde ait dñs: Sicut iuraui in ira mea: si introibunt in requiē meā. Qui em̄ non cognouerūt uias dñi: nō ingrediūtur in requiē dñi. Qui autē bonū certamē certauit: & cursum cōsummauit: ipsi dicitur: Cōuertere in requiē tuā. Bona requies præterire quæ mūdi sunt: & in illis quæ supra mundū sunt cælestiū consortijs requiescere secretoꝝ. Hæc est requies ad quā ꝑperauit dicens: Quis dabit mihi pennas sicut colūbæ: & uolabo & requiescā? Hāc sanctus requiē suam nouit: ad banc requiē conuertendū animæ suæ dicit: Erat ergo anima in requie sua: ad quā dicit esse redeundum. Hæc est requies sabbati magni ut unusquisq; sanctorū supra mundi sensibilia sit in illo intelligibili secreto tot⁹ intēt⁹ atq; adhærēs deo. Hæc est requies illa sabbati quo requieuit de⁹ ab omnib⁹ operib⁹ mundi isti⁹. Feriatus bis sæculi curis Theodosius se ereptū gaudet & eleuat aiam suam atq; ad illā perpetuā dirigit requiē: pulchre sibi consultū asserens q̄ eripuerit animā ei⁹ deus de morte: quā mortē frequēter in hoc sæculi isti⁹ lūbrico sustinebat: inquiet⁹ fluctibus peccatoꝝ: eripuerit etiā oculos ei⁹ a lachrymis. Fugit em̄ dolor & tristicia & gemitus: Et alibi hab em⁹: Deleuit oēm lachrymā ab oculis eorū: & mors non erit amplius: neq; luctus: neq; clamor: neq; dolor. Si ergo mors non erit: lapsum sentire nō poterit in illa requie cōstitutus: sed placebit deo in regione uiuorū. Non em̄ ut hic homo inuolutus est mortis corpore obnoxio lapsibus atq; delictis: ita & illic. Ideoq; regio illa uiuorum est: ubi anima est quæ ad imaginem & similitudinem dei facta est: nō caro figurata de limo: ideo in terram reuertit̄: anima ad requiē festinat supnā: cui dicit̄: Cōuertere aia mea in requiē tuā: In quā festinauit intrare Theodosius: atq; ingredi ciuitatē hierusalē: de qua dictū est: Et reges terræ ferent gloriam suā in illam. Illa est uera gloria: quæ ibi sumit̄: illud regnum beatissimum qd̄ ibi possidetur: ad qd̄ festinabat Apostolus dicēs: Audemus ergo & consentim⁹: magis peregrinari de corpore: & adesse ad dominū: & ideo cōnitimur siue absentes siue præsentes placere illi. Absolutus igit̄ dubio certamine fruitur nūc augustæ memoriæ Theodosi⁹ luce ꝑpetua: trāquillitate diutura: & ꝑ ijs quæ in hoc gessit corpore: munerationis diuinæ fructibus gratulat̄. Ergo qa dilexit augustæ memoriæ Theodosi⁹ dñm deū suum: meruit sanctorū cōsortia. Et ego ut quidem sermonē meum p orationē concludam: dilexi uirum misericordē: humilē imperio: corde puro & pectore

Psal.114.

Psal.94.

Psal.54.

Apoc.21.

2.Cor.5.

Esa.66. mansueto prædituꝰ: Qualē dñs amare cōsueuit dicēs: Supra quē requiescā: nisi supra humilē & mansuetuꝫ? Dilexi uiruꝫ qui magis arguentē q̄ adulātē ꝓbaret. Strauit omne quo utebat insigne regiuꝫ: defleuit in ecclesia publice peccatuꝫ suuꝫ: qđ ei aliorum fraude obrepserat. Gemitu & lachrymis orauit ueniā. Qđ priuati erubescūt: nō erubuit imperator publice agere pœnitentiā: neq; ullus postea dies fuit quo nō illuꝫ doleret errorē. Quid ꝙ præclarā adeptus uictoriā: tamē quia hostes in acie strati sūt: abstinuit a consortio sacramentoruꝫ: donec dñi circa se gratia filiorū exprimeret aduentuꝫ? Dilexi uiruꝫ qui me ī supernis suis ultimo spiritu requirebat. Dilexi uiruꝫ qui cum iam corpore solueretur: magis de statu ecclesiaruꝫ q̄ de suis periculis angebat.

Dilexi ergo fateor: & ideo dolorē meū intimo uiscere dolui: & ꝓlixiore sermonis ꝓsecutione solandū putaui. Dilexi: & præsumo de dño: ꝙ suscipiat uocē orationis
Ps.114 meæ qua ꝓsequor animā piam. Circūdederūt me dolores mortis: pericula inferni inuenerūt me. Multoruꝫ em̄ pericula sunt sed remedia paucoruꝫ. In omnib⁹ sacerdos periclitat: in omnib⁹ reis angit. Qđ em̄ alij patiūtur: ipse sustinet: & iterū liberat cū alij qui tenent periculis: liberant. Conteror corde quia erept⁹ est uir: quē uix possumus inuenire. Sed tn̄ tu solus dñe inuocandus es: tu rogādus: ut eū in filijs repræsentes. Tu dñe custodiens etiā paruulos: in hac humilitate saluos facito sperātes in te. Da requiē ꝓfecto seruo tuo Theodosio: requiem quā præparasti sanctis tuis. Illo conuertat anima eius unde descēdit: Vbi mortis aculeū sentire non possit: ubi cognoscat mortē hanc nō hominis finē esse sed culpæ. Q̄ em̄ mortuus est: peccato mortuus est: ut iā peccato loc⁹ esse nō possit: resurget aūt: ut ꝓfectior renouato munere uita repareť. Dilexi: & ideo ꝓsequor eum usq; ad regionē uiuoruꝫ: nec deserā donec fletu precibus inducā uiruꝫ quo sua merita uocant in montē dñi sanctū: ubi pennis uita: ubi corruptelæ nulla cōtagio: nullus gemit⁹: null⁹ dolor: nulla cōsortia mor-
1.Cor.15. tuoruꝫ: uera regio uiuentiū: ubi mortale hoc induat īmortalitatē: & corruptibile hoc induat incorruptionē: magna requies quæ uotū impleat diligentis: pulcherrima ꝓmissio. Ideo cēteſimus quartusdecimus psalmus inscribit. Deniq; supra in quartodecimo psalmo ꝓfectionē hominis accepimus: sed illic formatus ꝓfectus licet uir: sed adhuc peccato obnoxius quia uiuit in sæculo: Hic uera ꝓfectio est: ubi iam culpa cessauit: gratia ꝓpetuæ quietis affulsit. Ideo centeſimus quartusdecim⁹ psalmus quia remuneratio charitatis est: unde domini pascha quartadecima luna formā celebritatis accepit: qm̄ qui pascha celebrat: debet esse ꝓfectus: debet amare dominū Iesum: q̄ diligens populum suū perfecta charitate: sese obtulit passioni. Et sic diligamus nos quoq; ut si necesse fuerit: ꝓ domini nomine mortē non fugiamus: nullū existimem⁹
1.Joh.4. dolorē: nihil metuamus. Perfecta em̄ charitas timorē expellit foras. Grande numeri mysterium: quādo pater filiū unicum ꝓ nobis omnibus tradidit: cū pleno luminis sui orbe luna fulgeret. Ita est em̄ ecclesia: quæ pie pascha celebrat domini nostri Iesu christi sicut luna ꝓfecta in æternū manet. Quisq; bene hic dñi pascha celebrat: in lumine ꝓpetuo erit. Quis splēdidius celebrauit q̄ qui sacrilegos remouit errores: clusit tēpla: simulacra destruxit? In hoc Iosias rex supioribus antelat⁹ est. Manet ergo in lumine Theodosius: & sanctoꝝ cœtibus gloriatur. Illic nunc cōplectitur Gratianū iā sua uulnera nō mœrentē: quia inuenit ultorē. Qui licet indigna morte præuētus ac præceptus sit: requiē animæ suæ possidet. Ille bonus uterq; & pietatis interpres: lar-
Ps.18. gi⁹ misericordiæ suæ cōsortio delectat. De quibus bene dicit: Dies diei eructat uerbū. Contra aūt Maximus & Eugeni⁹ in inferno: quasi nox nocti īdicat scientiā: Docentes exēplo miserabili q̄ durū sit arma suis principib⁹ irrogare. De quib⁹ pulchre
Ps.36. dicit: Vidi impiū supexaltatū & eleuatū sup cedros libani: & trāsiui & ecce nō erat. Transiuit em̄ pi⁹ de caligine sæculari ad lumē æternū: & nō erat impi⁹: qui esse desiuit iniquus. Nunc se augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit: qn̄ in regno dñi Iesu christi: & considerat templū eius: Nūc sibi rex est: quādo recipit etiā filiū Gratianū: & pulchra iā dulcissima sibi pignora quæ hic amiserat: qn̄ eius flaccilla adhæret fidelis aīa deo: qn̄ patrē sibi redditū gratulat: qn̄ Cōstantino adhæret. Cui

licet baptiſmatis gr̃a in ultimis cõſtituto oĩa peccata dimiſerit: tñ ꝙ primus impera-
torũ credidit: & poſt ſe hæreditatẽ fidei principib⁹ dereliquit: magni meriti locũ rep
perit: cui⁹ tẽporibus cõpletũ ẽ illud ꝓphеticũ. In illo die erit qđ ſup frenũ equi ẽ ſan Zacharie.14.
ctum dño oĩpotenti. Qđ illã ſanctæ memoriæ Helena mater ei⁹ infuſo ſibi ſct̃ōſpiri
tu reuelauit. Beatus Cõſtantin⁹ tali parẽte: quæ imperãti filio diuini muneris quæſi-
uit auxiliũ: quo inter prælia quoq; tut⁹ aſſiſteret: & ꝑiculũ nõ timeret. Magna fœmi
na quæ multo ampli⁹ inuenit qđ imperatori cõferret q̃ qđ ab impatore accipet. An-
xia mater ꝓ filio: cui regnũ orbis romani ceſſerat: feſtinauit hieroſolymã: & ſcrutata
eſt locũ dñicæ paſſionis. Stabulariã banc primo fuiſſe aſſerũt: ſic cognitã Cõſtantio
ſentori q̃ poſtea regnũ adept⁹ eſt. Bona ſtabularia quæ tã diligẽter præſepe dñi req-
ſiuit. Bona ſtabularia quæ ſtabulariũ nõ ignorauit illũ q̃ uulnera curauit a latronibus
uulnerati. Bona ſtabularia: quæ maluit exiſtimari ſtercora: ut chriſtum lucrifaceret.
Ideo illũ chriſt⁹ de ſtercore leuauit ad regnũ: ſm qđ ſcriptũ eſt: Quia ſuſcitat de ter- Pſ.112.
ra inopẽ & de ſtercore erigit pauperẽ. Venit ergo Helena: cœpit reuiſere loca ſan
cta: infudit ei ſpũs: ut lignũ crucis reqreret: acceſſit ad golgotthã & ait: Ecce loc⁹ pu-
gnæ: ubi eſt uictoria? Quæro uel uexillũ ſalutis: & nõ inuenio. Ego inqt in regnis: &
crux dñi in puluere? Ego in aulis: & in ruinis chriſti triũpb⁹? Ille adhuc latet: & latet
palma uitæ æternæ? Quõ me redemptã arbitror: ſi redẽptio ipſa nõ cernit? Video
quid egeris diabole: ut gladi⁹ quo pemptus es: obſtrueret. Sed Iſaac obſtructos ab
alienigenis puteos eruderauit: nec latere aquã paſſus ẽ. Tollat igit̃ ruina: ut uita ap
pareat. Promat gladius quo ueri Goliæ caput eſt amputatũ. Aperiat hum⁹: ut ſalus
fulgeat. Quid egiſti diabole ut abſconderes lignum: niſi ut iteꝝ uincereris? Vicit te
Maria quæ genuit triũphatorẽ: quæ ſine iminutione uirginitatiſ edidit eũ: qui cruci-
fixus uinceret te: & mortu⁹ ſubiugaret. Vinceris & hodie: ut mulier tuas iſidias de-
prehendat. Illa q̃ſi ſancta dñm geſtauit: ego crucẽ eius inueſtigabo. Illa generatũ de-
cuit: ego reſuſcitatũ. Illa fecit ut de⁹ inter boĩes uideret: ego ad remediũ peccatoꝝ
diuinũ de ruinis eleuabo uexillũ. Aperit itaq; humũ: decutit puluerẽ: tria patibula
cõfuſa repperit: quæ ruina cõtexerat: inimic⁹ abſconderat. Sed nõ potuit oblittera-
ri chriſti triũphus. Incerto hæret ut mulier: ſed certã indaginẽ ſanctuſſpũs inſpirat:
eo ꝙ duo latrones cũ dño crucifixi fuerint. Quærit ergo mediũ lignũ: ſed poterat fi
eri: ut patibula inter ſe ruina cõfunderet: caſus mutaret & iuerteret. Redit ad euan-
gelij lectionẽ: inuenit qa ĩ medio patibulo prælat⁹ titul⁹ erat: Ieſus naçaren⁹ rex iudæ Joh.19.
orũ. Hinc collecta eſt ſeries ueritatis: titulo crux patuit ſalutaris. Hoc eſt: qđ petẽti-
bus iudæis Pilat⁹ reſpõdit: Qđ ſcripſi ſcripſi. Id eſt: nõ ea ſcripſi quæ uobis placerẽt: Ibidem.
ſed quæ ætas futura cognoſceret: nõ uobis ſcripſi ſed poſteritati: ꝓpemodũ dicenſ:
Habeat Helena q̃ legat: unde crucẽ dñi recognoſcat. Inuenit ergo titulũ: regẽ ado
rauit nõ lignũ utiq;: qa hic gẽtilis eſt error & uanitas impiorũ. Sed adorauit illũ q̃ pe
pendit in ligno: ſcriptus in titulo. Illũ qui ſicut ſcarabæus clamauit ut ꝓſecutorib⁹ ſuis
pctã donaret. Auida mulier feſtinabat tangere remedium ĩmortalitatis: metuebat
calcare ſacramentũ ſalutis. Læto corde & trepidãti ueſtigio quid faceret neſciebat.
Pertẽdit tñ ad cubile: ueritatis lignũ refulſit: & gratia micuit: ut quia iam fœminã ui-
ſitauerat chriſtus in Maria: ſpirit⁹ in Helena uiſitaret: docuit etiã qđ mulier ignora-
bat: & deduxit in uiã: quã mortalis ſcire nõ poterat. Quæſiuit clauos quib⁹ crucifi-
xus ẽ dñs & inuenit. De uno clauo frenos fieri præcepit: de altero diadema intexu-
it: unũ ad decorẽ: alterũ ad deuotionẽ uertit. Viſitata eſt Maria ut Euã liberaret: ui-
ſitata eſt Helena: ut impatores redimerent. Miſit itaq; filio ſuo Cõſtantino diade-
ma gẽmis inſignitũ: quas ꝓcioſior ferro innexas: crucis redẽptionis diuinæ gẽma cõ
necteret. Miſit & frenũ: utroq; uſus eſt Cõſtantin⁹: & fidẽ trãſmiſit ad poſteros re-
ges. Principiũ itaq; credentiũ imperatoꝝ: ſanctũ eſt qđ ſup frenũ: ex illo fides: ut ꝓ-
ſecutio ceſſaret: deuotio ſuccederet. Sapiẽter Helena egit: quæ crucẽ ĩ capite regũ
leuauit: & locauit ut crux chriſti ĩ regib⁹ adoret. Nõ inſolẽtia iſta ſed pietas ẽ: cũ de-
ferẽt ſacræ redẽptiõi. Bon⁹ itaq; clau⁹ romani ĩperatoris: q̃ totũ regit orbẽ: ac ueſtit

principũ frontẽ: ut sint prædicatores q̃ pſecutores esse cõsuerunt. Recte i capite clauus: ut ubi sensus est: ibi præsidiũ. In uertice corona: in manibus habena. Corona de cruce: ut fides luceat: habena quoq; de cruce: ũt ptãs regat: sitq; iusta moderatio nõ iniusta præceptio. Habeant hoc etiã principes christi: sibi liberalitate cõcessum: ut
Pſ. 20. ad imitationẽ dñi dicaẽ de imperatore romano: Posuisti in capite eiꝰ coronã de lapide precioso. Ex illo gratulaẽ ecclesia: erubescit iudæus: non solũ erubescit sed etiã torqueẽ: ꝙ ipe sibi auctor cõfusiõis ẽ. Dũ insultat christo: cõfessus ẽ eũ regẽ: dũ regẽ iudæorũ appellauit: sacrilegiũ suum qui nõ credidit cõfiteẽ. Ecce iquiũt: Et crucifiximus Iesum: ut christiani & post mortẽ resurgant: & mortui regnẽt. Nos crucifiximus quẽ reges adorant: quẽ nõ adoramus: ipsi adorant. Ecce & clauꝰ in honore est: & quẽ ad mortẽ impressimus: remediũ salutis est: atq; inuisibili quadã ptãte dæmones torquet. Putabamus nos uicisse: sed uictos fatemur. Iterũ christus resurrexit: & resurrexisse eũ principes agnouerunt. Iterũ uiuit: qui nõ uideẽ. Nunc maior nobis cõtẽtio: nũc pugna nobis uehemẽtior aduersus eũ cui regna famulanẽ: cui seruit potestas: illũ cõtempsimus: quõ regibꝰ resistemus? Ferro pedũ eiꝰ reges inclinanẽ. Reges adorant: & photiniani diuinitatẽ eiꝰ negãt? Clauũ crucis eiꝰ diademati suo præferunt imperatores: & arriani ptãte eius iminuũt? Sed quæro quare sanctũ sup frenũ: nisi ut imperatorũ insolentiã refrenaret: cõprimeret licentiã tyrannoꝝ: qui quasi equi in libidines adhinnirent: ꝙ liceret illis adulteria impune cõmittere: quæ neronũ: quæ caligularũ cæterorũq; ꝑbra cõperimus: quibꝰ nõ fuit sanctum sup frenũ.

Quid ergo aliud egit Helenæ operatio: ut frena dirigeret: nisi ut omnibꝰ imperato
Pſ. 31. ribus sancto dicere ſpiritu uideret: Nolite fieri sicut equus & mulus: Sed in freno & chamo maxillas eoꝝ cõstringeret qui se nõ agnoscerẽt reges: ut regerẽt sibi subditos? Prona emꝫ ptãs in uitiũ ferebaẽ: & more pecudũ uaga sese libidine polluebant. Ignorabant deũ: restrinxit eos crux dñi: & reuocauit a lapsu impietatis: leuauit oculos eorũ: ut christũ in cælo quærerẽt. Exuerũt se chamo pfidiæ: susceperũt frena de-
Matth. 11. uotionis & fidei: secuti dicentẽ: Tollite iugũ meũ sup uos. Iugum emꝫ meũ suaue est: & onus meũ leue est. Inde reliqui principes christiani præter unũ Iulianũ: qui salutis suæ auctorẽ reliquit: dũ philosophiæ se dedidit errori: inde Gratianus & Theodosi-
Esa. 60. us. Nõ ergo mentita est ꝓphetia dicẽs: Ambulabunt reges in lumine tuo. Ambulabũt plane: ac maxime Gratianꝰ & Theodosius præ cæteris principes: nõ iam armis militũ sed meritis suis tecti: nõ purpureum habitũ sed amictũ induti gloriæ. Qui cũ hic delectarenẽ absolutione multorũ: quãtomagis illic pepcisse se pluribus recẽsendo pietatis suæ recordatione mulcenẽ: qui nunc luce fruunẽ candida: longe melio-
Baruch. 3. ra illic q̃ hic possidebant: habitacula consecuti dicentes: O israel q̃ magna est domus dñi: & q̃ ingens locus possessionis eius: magnus & non babens finẽ. Et pfuncti maxi-
Threñ. 3. mis laboribus inter se cõferunt: Bonũ est uiro cum portauerit iugũ graue a iuuentute: sedebit singulariter & silebit: quia portauit iugum graue. Qui emꝫ iugũ graue portauit a iuuẽtute: requiescit: postea remotus a turba præcipuũ locũ quietis suæ possi-
Pſ. 4. det dicens: Qm̃ tu singulariter in spe cõstituisti me. Portauit iugum graue a iuuen-
Luc. 16. tute sua Laçarus paup: ideo singulariter in sinu Abraæ requiescit diuinæ testimonio lectionis. Portauit iugũ graue Theodosius a iuuẽtute: qñ insidiabanẽ eius saluti q patrẽ eiꝰ triũphatorẽ occiderãt. Portauit iugũ graue: qñ subiit pietatis exiliũ: qñ infusis romano imperio barbaris suscepit imperiũ. Portauit iugũ graue: ut tyrãnos romano imperio demoueret. Sed qũia hic in labore: ibi in requie. Sed iam ueniamus ad augusti corporis transmissionẽ. Fles honori germen augustũ: & lachrymis pium testificaris affectum: ꝙ inbonorum adhuc honore tumuli patris corpus ꝑ spatia multa transmittis. Sed & patriarcha Iacob ꝓpter populum liberandũ quem tetra fames graui urgebat periculo: relicta domo senex ad peregrina cõtẽdit: atq; ibi defunctus ad sepulchrũ patrium ꝑ aliquot dies filio ꝓsequente deductꝰ est. Nec derogatũ est aliqd meritis eiꝰ: sed magis accessit ad laudẽ: ꝙ ꝓ suis carens dedita domꝰ sorte: quodã supremi funeris peregrinatus est exilio. Fles etiam imperator auguste ꝙ nõ usq;

constantinopolim reuerendas reliquias ipse ꝓsequeris. Eadem tibi causa nobiscum est: omnes iusto dolore ꝓsequimur: omnes si fieri posset: deductores tecū esse cupe remus. Sed Ioseph ad finitimā accessit ꝓuinciā: Hic multa interiacēt regionū diuortia: hic maria transfretāda sunt. Nec hoc quidē tibi laboriosum: nisi te teneret respublica: quā boni imperatores & parētibus & filijs prætulerūt. Deniq; ideo te imperatorē pater fecit: domin⁹ cōfirmauit: ut nō solū militares patri: sed oīb⁹ imperares. Nec uereare ne inbonore uideant quocūq; accesserint reliquiæ triūphales. Nō hoc sentit italia: quæ claros spectauit triūphos: quæ a tyrānis iterum liberata cōcelebrat suæ libertatis auctorē. Non hoc cōstantinopolis quæ secūdo ad uictoriā principē misit: quem cū uellet tenere nō potuit. Expectabat quidē in reditu ei⁹ triumphales solēnitates & titulos uictoriarū. Expectabat totius orbis imperatorē stipatum exercitu gallicano: & totius orbis subnixū uiribus: Sed nunc illuc Theodosius potentior: nunc glorioſior redit: quē angelorum caterua deducit: quē sanctorum turba ꝓsequitur. Beata plane quæ paradisi incolam suscipis: & habitatorē supernæ illius ciuitatis angusto sepulti corporis tenebis hospitio.

Sancti Ambrosij ad Eusebiū episcopū: apparitori præfecturæ offensam quā contraxerat esse remissam: Faustinūq; paruulum tussi laborātem ad sororem uenisse referentis: Epistola. XXXV.

AMbrosius Eusebio episcopo. Apparitor præfecturæ qui ꝓpter operas portuenses offensam cōtraxerat: iam in portu nauigat: oportune autē aduenit. Nam simul ut accepi litteras tuas uidi præfectū: rogaui ꝓ eo: ignouit ilico: iussi retrahi epistolam quā de facultatibus ei⁹ publicādis dictauerat. Q̄ si tardius uenisset: nemo magis ꝓbasset inexplicabile illud opus esse port⁹ reformandi: q̄ iste qui illic naufragiū fecerat: nisi te habuisset gubernatorē: ut aliter nō posset inde nisi nud⁹ exire. Faustinus paruulus tussi laborat: ad sanctā sororē curatū uenit: & uenit sponte. Expert⁹ em̄ est melius sibi uentrē curari. Deniq; & me medicum putat: expectat prandiū. Itaq; hic bis ad diē curat: & cœperat pulchre ualere: sed dū eū nimio amore abstinere gestiūt: tussire de uentre plus cœpit & laborabit adhuc: nisi ad medicamenta sua reuertat. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Liber Sextus.

Sancti Ambrosij ad Sabinū episcopum: eos qui indignū duxerint ꝙ Paulinus uēditis facultatibus & sæculo relicto: secretū quoddā elegerit cōfutantis: & cōprobantis ꝙ nō ignominiosum aut turpe: sed glorioſum sit opprobrioſum: uilē & nudū fieri ꝓ christo: Quid etiā denutatio ipsi⁹ Dauid figurauerit exponētis: Epla. XXXVI.

AMbrosius Sabino episcopo. Paulinum splendore generis in partib⁹ aquitaniæ nulli secūdū uenditis facultatibus tam suis q̄ etiā coniugalib⁹ in hos se induisse cultus ad fidem comperi: ut ea in pauperes conferat quæ redegit in pecuniam: & ipse pauper ex diuite factus tanq̄ deoneratus graui sarcina: domui: patriæ cognationi quoq; ualedicat: quo impēsius deo seruiat. Elegisse autē secretum affirmatur nolanæ urbis: ubi tumultum fugitās: æuum exigat. Matrona quoq; uirtuti & studio eius ꝓxime accedit: neq; a ꝓposito uiri discrepat. Deniq; transcriptis in aliorū iura suis prædijs: uirum sequit̄: & exiguo illic coniugis contēta cespite solabitur se religionis & charitatis diuitijs. Soboles eis nulla: & ideo meritorū posteritas desiderata. Hæc ubi audierint proceres uiri: quæ loquētur ex illa familia: illa ꝓsapia: illa indole: tanta prædituū eloquentia migrasse a senatu: interceptam familiæ nobilis successionem: ferri hoc non posse. Et cum ipsi capita & supercilia sua radant: si quādo Isidis suscipiunt sacra: si forte christianus uir attentior sacrosanctæ religioni uestem mutauerit: indignū facin⁹ appellāt.

Equidē doleo tantā esse in mendacio obseruantiā: in ueritate negligentiā: ut confundantur plærique: attētiores ad sacrosanctā religionē uideri: nō cōsiderātes uocem dicētis: Qui me cōfusus fuerit corā hominib⁹: cōfundar & ego eum corā patre meo Luc. 9

Exo.2. qui est in cælis. Sed nō cōfusus est Moyses: qui cū esset ascit⁹ in domū regiā: thesau
2.Reg.6. ris ægypti opprobriū christi præferendū putauit. Nō cōfusus est Dauid: qui ante
Esa.20. arcā testimonij corā omni populo saltauit. Nō cōfusus est Esaias: qui nudus & dis-
calciatus ibat p populos oracula clamans cælestia. Quid utiq; tam deforme uisibili
spectaculo q̄ bistrionicos sinuare gestus: & fœmineo usu mollire membra? Delitia-
rū comes & luxuriæ ludibriū est lasciua saltatio. Quid illud qđ ipse cecinit dicēs:
Psa.46. Oēs gentes plaudite manib⁹? Nēpe si corporalia cōsiderem⁹: tanq̄ muliebribus in-
termixtū choreis: putamus eū cōcrepare manib⁹: & turpi sono plaudere. Nā & de
Ezech.21. Eçechiel dictū est: Plaude manu: & pcute pede. Sed hæc quæ corporeo aspectu fi-
unt turpia: sacrosanctæ religionis cōtēplatione reuerēda sunt: ut q̄ ista reprehēdūt:
ipsi in laqueos reprehēsionis animas suas induāt. Deniq; reprehēdit Michol saltan
2.Reg.6. tē Dauid & ait ad eū: Quid honorificat⁹ est hodie rex israel: qa denudat⁹ est hodie
ante oculos puellarū suarū? Et respōdit ei Dauid: Corā dño ludam qui elegit me ꝑ
patre tuo & ꝑ uniuersa domo eius: ut cōstitueret me regem sup populū suum isra-
el. Et ludam corā dño: & denudabor adhuc sic: & ero nugax ante oculos tuos: & cū
puellis quibus dixisti me denudatū: honorificabor. Nō erubuit igit̄ Dauid fœmi-
neas opiniones: nec opprobria apud mulieres subire ꝑ religionis obsequio: uere-
cūdatus est. Ludebat em̄ dño puer suus: & ideo amplius placuit: qa ita se humiliauit
deo: ut regale post haberet fastigiū: & ultimū exhiberet deo quasi seruulus minis-
triū. Deniq; illa quæ saltationē hmōi reprehēdit: sterilitatis dānata non dedit sobo
lem regiam: ne supbos crearet: & qđ uerū est: nullā est adepta posteritatis suæ meri
torūq; successionē. Q̄ si quis adhuc dubitat: accipiat euangelicū testimonium. Di
Matth.11. xit em̄ dei filius: Cantauimus uobis & nō saltastis. Derelicti sunt itaq; iudæi qui non
saltauerūt: qui nescierūt manibus suis plaudere. Ascitæ sūt gētes quæ spirituālē deo
Eccs.4 plausum dederunt. Stultus em̄ cōplexus est manus suas: & deuorauit uiscera sua: id
est: corporalib⁹ se implicauit negocijs: & deuorauit uiscera sua sicut mors prævalēs:
& ideo nō inueniet uitā æternā. Sapiens aūt attollens opera sua: ut lucerēt corā pa-
tre suo qui in cælis est: nō assūpsit sed eleuauit uiscera sua usq; ad resurrectionis gra-
tiā. Hæc glorioſa sapientis saltatio: quā saltauit Dauid: & ideo usq; ad sedem christi
sublimitate spūalis saltationis ascendit: ut uideret atq; audiret dicentē dominū dño
Psa.109. suo: Sede a dextris meis. Ergo si nō absurde cecidisse nobis hāc de saltatiōe inter-
pretationē iudicas: nō supsedeas adhuc lectionis laborē: ut etiā de Esaia mecū recē-
sas qđ bene tibi cognitū est illum nō ludibrioſe sed glorioſissime denudatū eē in cō-
spectu populorū occursantiū: utpote qui oracula domini ore ꝓprio resultabat. Sed
forte aliqs dicat. Nō igit̄ erat turpe: ut uir nudus oīno iret p populos: cū ei & uirilis
sexus & muliebris occurreret? Nō ipsa species offēdebat oculos omniū: & maxime
mulierū? Nōne ipsi nos inspicere nudos plærūq; reueremur? Deniq; idcirco īdumē
tis operiunt̄ genitalia hominū: ne deformi usu obtutū aciēq; pstringant oculorū in-
tuentium. Acquiesco & ego: sed cōsidera quæ figura sit facti huius: quidue præten
dat species hmōi. Eo ꝙ ita nudi ambulabunt pueri iudæorū & uirgines in captiuita-
tē deducti: sicut puer inquit meus Esaias uadit nudus & excalciatus. Potuit quidem
hoc & sermone exprimere: sed exēplo acerbare maluit: ut species ipsa plus incute-
ret horroris: & qđ in ꝓphetæ corpore aduersabant̄: in se ptimescerēt. In quo igitur
horror grauior turpitudinis: in corpore ꝓphetæ: an in pfidorū peccato qđ tātā me-
ritis suis erūnā incidit captiuitatis? Quid si in ꝓphetico corpore nihil opprobrij?
Ille em̄ corporalibus nō intēdebat sed spiritualibus. Nāq; in excessu mentis nō di-
Psa.84. cit: Audiam quid loquar: sed quid loquat̄ in me de⁹. Neq; attēdit utrū nudus: an ue-
Gen.3. stitus sit. Deniq; Adam ante peccatū nudus erat: sed nudū se nesciebat: qa erat in-
Ibidē.9. dutus uirtutib⁹. Posteaq̄ uero peccatū cōmisit: nudū se esse uidit & texit. Noe nuda
tus erat sed nō erubescebat: quia erat plenus iocūditatis & spūalis læticiæ. Deniq; q̄
Ibidē.39. eū risit ut nudū: ipse māsit perpetuæ obnoxi⁹ opprobrio turpitudis. At uero Ioseph
ne turpiter nudaret̄: uestē reliquit & nudus aufugit. Quis igit̄ turpis: illa quæ uestē

alienam tenuit:an is qui suam exuit? Sed ut plenius liqueat:quia nō se:neq; ea quæ iuxta pedes sunt: ꝑphetæ aspiciunt sed cælestia: Lapidabatur Stephan⁹:& uidebat cælos apertos & Iesum ad dexterā dei stantem. Et ideo lapidum ictus nō sentiebat corpori:nō cōsiderabat uulnera:sed oculis erat christo affixus:illi adhærebat. Ergo & Esaias nudū se nō conspicabatur sed diuinæ uocis organū se præbebat: ut promeret qđ in eo loquebat de⁹. Sed esto ut se uideret:poterat nō facere qđ iubebatur? Poterat turpe arbitrari qđ imperabat de⁹? Sara quia risit:incredulitatis coarguta est. Abraam laudatus quia in uerbo dei nō hæsitauit. Et donatus remuneratione maxima:quia iubente deo pie posse fieri credidit etiā paricidum. Hic igitur qd uerecundiæ esset ꝑphetæ:ubi aliud gerebatur & aliud figurabatur? Iudæi ꝓpter flagitia sua destituti domino deo:cœperant uinci ab aduersarijs suis:conferre se uolebant ad ægyptios:ut sibi essent præsidio aduersum assyrios: qui redire magis ad fidem si bonis consulerent debuissent. Iratus dominus significat uanā illos spem gerere:qui offensam domini putarūt maiore peccato leuandā:cum illijpsi uincēdi forēt: in quorum auxilijs populus iudæorū confideret. Hoc ſm historiam. Figura autem illa:quia in ægyptijs confidit qui luxurijs deditus est:mancipatus lasciuiæ. Nemo autem se luxui cōmittit nisi qui recedit a præceptis dei ueri. Vbi autem cœperit quis luxuriari:incipit deuiare a fide uera. Ita duo maxima cōmittit crimina:opprobria carnis:& mentis sacrilegia. Ergo qui non sequitur dominū deum suum:ingurgitat se luxuriæ ac libidini pestiferis corporis passionibus. Qui autē se ingurgitauerit atque immerserit huiusmodi uolutabris:perfidiæ laqueos incurrit. Sedit em̄ populus manducare & bibere:& fieri sibi deos popposcit. Vnde docet dominus quoniam qui duobus istis flagitiorū generibus dederit animā suam:exuitur indumento non uestis laneæ sed uiuidæ uirtutis:cuius amictus nō temporalis sed æternus est. Vale & nos dilige quia nos te diligimus.

Exo.32.

Sancti Ambrosij ad Chromatium:ex illo quod in libro Numerorum a Balaam dictum esse legitur: Quia non mentitur deus:Nec est augurator in israel: discutientis unde habuerit iste qui augur erat ut oraculum dei loqueretur & futura manifestaret. Epistola. XXXVII.

AMbrosius Chromatio. Nūquid nam mētitur deus? Sed non mentiē: quia impossibile est mentiri deū. Impossibile quoq; istud nūquid nam infirmitatis est? Nō utiq;. Nam quō omnia pōt:si aliquid efficere nō potest? Quid ergo ei impossibile? Nō qđ uirtuti arduū sed qđ naturæ eius cōtrariū. Impossibile inquit est ei mentiri. Impossibile istud nō infirmitatis est sed uirtutis & maiestatis. Quia ueritas nō recipit mendaciū:nec dei uirtus leuitatis errorem. Ideoq; sit deus uerax: omnis autē homo mendax. Veritas itaq; semp in eo est:fidelis manet: mutare se & negare nō potest. Si em̄ uerum se negat:mentitur. Mentiri autē nō uirtutis sed infirmitatis est. Nec mutare se pōt:quia natura eius nō recipit infirmitatē. Hoc igitur impossibile eius:plenitudinis est:quæ minuere se & augere nō potest: nō infirmitatis quæ in eo ꝙ se auget:imbecilla est. Ex quo colligit impossibile dei potētissimū eē. Quid em̄ potētius q̄ nescire quicquid infirmitatis est? Est tn̄ & aliud infirmū dei qđ fortius est hominib⁹:& stultū dei qđ sapiētius est hoibus:sed hoc crucis:illud diuinitatis. Si ergo qđ infirmū eius:potentia est:qđ potētiæ:quō infirmū est? Sit igit no bis positū:quia nō mentit deus. Sed nec augurator augurij ī israel:ſm legem dei.

1.Cor.1.

Numeri.23.

Quomō ergo Balaam ꝓhibitū se oraculo dei dicit ut uadat ad maledicendū populo israel:& iuit & occurrit ei angelus domini qui eum ꝓhiberet ꝓgere:ita ut obsisteret asinæ ei⁹ quæ uebebat eū. Et nihilomin⁹ & ipse dixit ei ut iret: sed hoc diceret qđ sibi infunderet? Si augurator nō ē in isrl: unde isti oraculū dei ꝙ futura manifestauit:qui augur erat? Si oraculū dei loquebat:unde meritū diuinæ aspiratiōis assūpserat? Sed nō mireris ifusum auguri a dño qđ loqueret:qn̄ ifusum legis in euāgelio etiā principi synagogæ uni ex ꝓsequētib⁹ christū: Quia oportet unū hoiem mori ꝓ populo. In quo non ꝓphetiæ meritū:sed assertio ueritatis est:ut aduersariorum

Ioh.11.

testimonio manifestaret: quo ꝓfidia non credentiū: uocibus suorū augurū redargueretur. Ideo Balaā ille chaldæus ascit ad fidē: ut chaldæorū supstitio conticesceret. Non igit cōfitentis meritū: sed uocantis oraculū est reuelāte dei gratia. Quid igit cōtraxit offensionis: nisi quia aliud loquebat: aliud machinabat? Deus em̄ uas mundum requirit: nō immūdicia inquinatū & sordibus. Tentabat igit Balaam: nō ꝓbabatur. Erat em̄ plenus fallaciæ ac doli Deniq; cū primo cōsuliss̄et utrum ad illū uanitatis populū deberet pgere: & ꝓhibitus esset: excusauit: postea missis legatis honoratiorib⁹: ꝓmissis|uberiorib⁹: munerib⁹ cumulatiorib⁹ illectus: q renūciare debuerat: iteꝝ consulendū putauit: quasi deus precio aut munerib⁹ inflecteret. Respōsū est quasi auaro: nō quasi ei qui uerū quæreret: ut illuderet potius q̄ informaretur. Cœpit ire: occurrit ei angelus in angusto: demōstrauit se asinæ nō demōstrauit auguri. Ille se reuelauit: istū obtriuit: tamē ut aliqn̄ & ipse cognosceret: aperuit oculos ei⁹: uidit: & adhuc tn̄ nō credidit euidenti oraculo: & qui uel oculis credere debuisset: inuoluta & ambigua respondit. ¶ Tunc indignatus dn̄s: ꝓ angelū dixit: Vade: sed quæcunq; tibi inspirauero: hæc dices: id est: nō quæ uis sed quæ cogeris loqui. Quasi organum inane sonū meis præbebis sermonib⁹: Ego sum qui loquar nō tu: qui ea quæ audieris resultabis & quæ nō intelliges. Nihil ꝓficies eundo qui sine mercede remeabis pecuniæ & sine ꝓfectu gratiæ. Deniq; ea prima uox ei⁹ est: Quid maledicā cui nō maledicit deus? Vt ostenderet nō in sua uoluntate esse benedictionē hebræi populi sed in dei gratia. A summis inquit mōtibus conspiciā eum: quoniā nō oculis cōprehendere possum hunc populū qui habitabit solus fines suos: nō locoꝝ possessione disterminans: sed uirtutis incolatu & morū singulariū ꝓprietate: in æterna diffundens sæcula. Quis em̄ annumerabit ei de nationib⁹ alijs: qui finitimoꝝ populorū excedit consortia iustitiæ sublimitate: quis cōstitutionē generationis ei⁹ colliget? Corpora quidē eoꝝ humanis seminibus cōcreta & figurata aduertimus: sed de superioribus & mirabilib⁹ seminarijs animæ eoꝝ pullulauerunt. Moriat anima mea in animis eorum: moriat hanc corporalē uitam: ut in animis iustoꝝ illius æternæ uitæ adipiscatur gratiā. In quo iam tunc sacramēti hui⁹ cælestis: & sacri baptismatis reuelata est magnificētia: ꝓ cuius operationē moriūtur homines culpæ ueteri & iniquorum operib⁹: ut nouitate uitæ in cōsortia iustorum trasfigurati: in eorū mores resurgant. Et quid mirū de hominib⁹: cū moriantur peccato: ut deo uiuant? Hæc audiens Balach indignat⁹ est dicens: Ad maledicendū te adduxi: & tu benedicis? Respōdit ille: Calūniā patior de eo qd̄ nescio. Ego em̄ nihil meū loquor: sed quasi cymbalum tinniens sonū reddo. Iteꝝ alio atq; alio transductus: cū uellet maledicere: benedicebat. Nō est labor in Iacob neq; dolor: deus illū ꝓtegit. Et infra. Iubet parari aras septē & sacrificia. Vtiq; debuit discedere: sed ꝓ infirmitatem mētis: & mutabilitem sentētiæ putabat q̄ auertere posset dei uoluntatē. Ipse autē ꝓ excessum mētis aliud cupiebat & aliud loquebat. Q̄ speciosa inquit habitacula tua o hebræorū militia. Tabernacula tua sicut nemora obumbrātia: sicut paradisus supra fluuiū: & sicut cedrus secus aquas. Exibit homo ex Iacob: & obtinebit multas gentes: & attolletur regnū eius in altum: in terris quoq; extendet principatū suum in ægyptum. Qui benedicent eū benedicētur: & qui maledixerit ei: maledicti erunt. Quem igitur nisi christi populū significat & benedicit deus? In cui⁹ medullas uerbū dei descendit: usq; ad diuisionē animæ artuum quoq; & medullarum: In quo habuisset Balaam gratiam dn̄i: si id ex sentētia & affectus sui ꝓposito feciss̄et. Sed quia reuincit mala mēs consilijs suis: & occulta animi ꝓduntur exitu: ideo sequentibus insidijs animus eius aperit. Vnde & dignam mercedē suæ iuenit maliuolētiæ. Nam cū aduerteret q̄ nō posset in excessu mentis positus maledicere: dat consiliū regi dicēs: Illa sint oraculorum: quæ deus præcepit: accipe conciliū aduersus oracula dei. Populus iste iustus est: habet ꝓtectionē dei: quia nō diuinationib⁹ & augurijs sese dedit: sed soli æterno deo: ideo cæteris fide præstat. Interdū tn̄ & fideles mētes corporis labunt illecebra & formæ lenocinio. Sunt tibi mulieres plurimæ: & plæræq; non indecores pulchri-

Numeri. 23.

Ibidem. 24

Heb. 4.

tudine. Virilis aũt ſexus nullo magis lubricus q̃ muliebri decore cito capitur: & maxime ſi ardor mentiũ alloquijs inflãmetur frequẽtibus: & quaſi facibus inardeſcat: ſi ſpem pontiendi hauriat: affectũ deferat. Iaciant igitur mulieres tuæ uocibus ſuis hamos: nec difficiles primos cõgreſſus ſuos præbeant: ſed & uiſu faciles & dictu affabiles circũerrent: & toto ſe circũfundant exercitui: atq; arte hos tractent uiros: ut concubitu nõ indulgeant: niſi amoris mutui fidẽ conſortio ſacrilegij cõprobauerint. Sic enim poterunt cæleſti protectione deſtitui: ſi ipſi a dño deo ſuo ſacrilegijs deuiauerint. Nõ igit᷑ iuſtus Balaam: utpote cõſiliarius fornicationis & ſacrilegij: Sicut euidẽter etiã in Apocalypſi ſcriptũ Iohãnis euangeliſtæ eſt: dicente dño Ieſu ad angelum eccleſiæ pergami. Habes illic tenẽtes doctrinã Balaam: qui docebat Balach mittere ſcandalum corã filijs iſrael: manducare immolata & fornicari. Ita habes & tu tenentes doctrinam nicolaitarũ. Quo ꝫ apparet inde manichæoꝝ ſacrilegia manaſſe: qui miſcent atq; adiungunt ſacrilegiũ turpitudini. Ergo nec deus iniuſtus: nec mutabilis eius ſentẽtia. Deprehẽdit em mentẽ eius & occulta cordis: & ideo tẽtauit eũ quaſi diuinũ: non elegit quaſi ꝓphetam. Et utiq; uel tantoꝝ oraculorũ gratia: & reuelationũ ſublimitate conuerti debuit: ſed animꝰ nequiciæ plenus uerba ꝓmpſit: nõ fidem detulit: cõſilijs infirmare cupiens qđ annũciabat futurum. Et quia oracula fraudare nõ poterat: cõſilia fraudulenta ſubminiſtrabat: quibꝰ leues populi iudæorũ tẽtati quidẽ ſunt: ſed nõ expugnati. Vnius em̃ uiri ſacerdotis iuſticia ſolutũ eſt omne facinoroſi hominis conſiliũ: multoq; mirabilius ꝑ unum hominẽ potuiſſe liberari exercitum patrũ q̃ potuiſſe decipi. Hoc munuſculũ ſanctæ menti tuæ tranſmiſi: quia uis me aliquid de ueteꝝ ſcriptorum interpretatiõibꝰ paginare. Ego autẽ aſſumpſi epiſtolas familiari ſermone attexere redolẽtes aliquid de patrũ moribus: quarũ guſtum ſi ꝓbaueris: poſt hæc hmõi mittere non uerecũdabor. Malo em̃ ſenilibꝰ uerbis de ſupernis rebus allucinari tecum: qđ græce dicunt ἀλολεσχεῖσ λῆξῃ λεῆσ ἁμισαχεί ζομάι δίομ ἀλολεσχεῖσθά. ut enitente Rebecca futuræ eccleſiæ animo uidens myſteria: malo inquã allucinari tecum uerbis ſenilibus: ne uidear artem deſiſſe: q̃ concitationibuſ deflare aliquid iam nec ſtudijs noſtris aptũ nec uiribꝰ. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Horontianũ: rationẽ huic quæſtioni reddẽtis: Cur prius omnia uel uolatilia uel terreſtria uel quæ in aquis ſunt ꝓducta fuerint: q̃ homo propter quẽ cuncta illa creata ſunt formareť: Epľa. XXXVIII.

AMbroſius Horontiano. Moueri te inſinuaſti mihi lecto hexaemero ꝙ ipſe ſcripſi. Quia cũ tantũ diuinæ ſcripturæ ſerie uel ſtilo ſermonis mei collatũ aduerteres homini quantũ nulli in hac terra animantiũ: prius omnia uel uolatilia: uel terreſtria: uel quæ in aquis ſunt ꝓduxerit terra uel aqua: q̃ homo propter quẽ illa creata ſunt generareť. Eiuſq; rei rationẽ de me requirere quã & Moyſes ſiluerit: & ego nõ auſim attingere. Et forte ille oraculi interpres diuini conſilio conticuerit: ne cæleſtis diſpoſitionis arbitrũ ſe & conſiliariũ præſtare uidereť. Aliud eſt enim loqui qđ infundebať a dei ſpiritu: aliud uoluntatẽ dei interpretari. Nos autẽ nõ quaſi interp̃tes dei: ſed quaſi ex uſu humano rationis ſeminaria colligẽtes: exiſtimamus poſſe nos ex eo qđ humano uſui in cæteris rebus ipſe dñs infuderit: opinari: qm̃ decuit hominẽ poſtremũ creari. Etem̃ qui conuiuiũ adornat: ut ille euangelicus diues (Oportet em̃ diuina diuinis cõferamus: quo melius colligere poſſim⁹.) utiq; omnia prius præparat: tauros & ſaginata occidit: & tunc amicos ad cœnã inuitat. Prius ergo quæ leuiora ſunt parantur: & tunc rogať honoratior. Vnde & dominus homini ante animaliũ cæterorũ præparauit epulas: tunc ipſum quaſi amicũ ad ſuum uocauit cõuiuiũ. Et uere amicũ quaſi charitatis diuinæ participem & hæredẽ gloriæ. Denicꝙ ipſe dicit: Amice quõ huc ueniſti ad nuptias? Præcedentia ergo miniſteria ſunt: amicuſq; poſtremus rogať. Accipe aliud. Quid eſt mũdus niſi quidam agon plenus certaminũ? Vnde & in Apocalypſi dñs ait: Vincẽti dabo coronã uitæ. Et Paulus ait: Certamen bonum certaui. Et alibi: Nemo niſi qui legitime certauerit

Apoc. 2.

Matth. 22.

Ibidẽ.

Apoc. 2.
2. Timoth. 4.
Ibidẽ. 2.

coronatur. Huius agonis instaurator utiq; omnipotẽs deus est. Qui igitur agonẽ
suscipit in hoc sæculo: nõne omnia præparat quæ agoni sunt necessaria? & tunc ath-
letas uocat paratis præmiorũ infulis certaturos ad coronã: ne morã patiatur qui ui-
cerit: sed præmio donatus recedat? Præmia ergo hominis: terraq; fructꝰ sunt & cæ-
li lumina. Illa ad uitæ præsentis usum: hæc ad spem uitæ æternæ. Quasi athleta igi-
tur postremus ingredit in agonẽ: erigit ad cælum oculos: uidet quia & cælestis crea
Ro.8. tura uanitati subiecta est nõ spõte: sed ꝓpter eum qui subiecit in spe. Videt quia om
nis creatura congemiscit expectans redemptionẽ. Videt quia omnis manet labor:
erigit oculos: uidet coronas luminũ: lunæ & stellarũ globos considerat. Quoniã iu-
sti qui uicerint: erunt sicut stellæ in cælo. Et castigat corpus suum: ne sibi aduersetur
in certamine: ungit oleo misericordiæ: exercet diurna uirtutis palæstra: puluere se
oblinit stadij currit non quasi in incertũ: ictus dirigit: lacertos excutit: sed nõ inuacu
um: ꝓcutit aduersarium quẽ non uidet: quia illum solũ attendit: cui cedũt omnes eti
am qui nõ uidẽtur: in cuiꝰ nomine ptãtes aereæ diuerberant. Ille ergo ictum librat:
& christus ꝓcutit. Ille calcẽ leuat: & christus in uulnus dirigit. Deniq; & si non uide-
bat Paulus quos cæderet: nõ quasi aera tñ cædebat: quia in christi prædicatione om
nes spirituales nequicias quæ sibi aduersabãt cõuulnerabat. Nõ imerito ergo po-
stremus homo ingressus est stadiũ: cui parabat corona: ut eum præcederet cælum
Eph.6. quasi sui præmiũ. Sed non solũ aduersus nequiciæ spiritualia quæ sunt in cælestibꝰ:
sed etiã aduersus carnẽ & sanguinẽ lucta nobis: lucta aduersus satietatẽ: lucta cũ ipsis
frugibus terræ: lucta cum uino quo etiã iustus inebriatus est: quo etiã integer iudæ-
orum exercitus supplantatus est: Lucta cũ feris bestijs: lucta cũ uolatilibus cæli: qui-
bus caro saginata nõ redigitur in seruitutẽ. Lucta cum periculis itineꝝ: periculis flu-
2.Cor.11. minũ: ut ait Paulus: Lucta cũ uirgultis arborũ quibꝰ cædebant apostoli. Vides quã-
ta certamina. Terra ergo exercitiũ est hominis: cælum corona. Aut quasi amicum
igitur præcedere debuerũt ministeria: aut quasi athletam corona & præmia. Spe-
cta aliud. In omnibꝰ rebꝰ præstantiora sunt principia & finis. Si domũ cõsideres: po-
tiora omnibꝰ fundamẽta & culmina: si agrum: satio & messis: plantatio & uindemia.
Q3 iocunda insitiua arborũ: q̃ fructus uotiui. Ita ergo & cælũ primo est conditũ: no-
uissimus homo quasi quædã cælestis in terris creatura. Nam & si corpore cũ bestijs
1.Cor.15. conferẽ: animo tamẽ cælestibus annumerat. Sicut em̃ portauimus imaginẽ terreni
ita portamus & imaginẽ cælestis. Quõ non cælestis qui ad imaginẽ & similitudinẽ
factus est deiꝰ Recte ergo in constitutione mundi: primum cælum & nouissimũ cæ
lum: in quo qd̃ ultra cælum est: deus cæli est. Deniq; de eo magis accipit: Cælũ mihi
thronus. Non em̃ deus supra elemẽtum sedet sed in corde hominis. Vnde & domi
Joh.14. nus ait: Veniemus ad eũ & mansionẽ apud eũ faciemus. Principiũ ergo operis mũ
dani cælum: finis homo. Cælum de mũdo: homo supra mundũ. Illud em̃ mundi por
tio: iste paradisi incola: christi possessio. Cælũ icorruptibile putat & præterit: homo
corruptibilis habet & incorruptionẽ induit. Illius figura perit: iste quasi immortalis
resurgit. Vtrũq; tñ manus dñi fecerunt ꝑm scripturæ auctoritatẽ. Sicut em̃ de cæ-
Ps.101. Ps.118. lis legimus: Et opera manuũ tuarũ sunt cæli: ita & homo dicit: Manus tuæ fecerunt
me & plasmauerũt me. Similiter quoq; enarrant dei gloriã: & ut cælũ stellarũ fulget
splẽdoribus: ita & boies meritorũ luminibus micant: quorũ opera corã patre suo lu-
cent: qui est in cælis. Firmamentũ cæli supnũ illud: hoc quoq; nõ dissimile firmamen
Matth.16. tũ: De quo dictũ est: Sup hanc petrã ædificabo ecclesiam meã. Illud firmamentũ ele
mentorũ: hoc uirtutũ. Iam illud præstantius suxerũt oleũ de firma petra. Petra em̃
caro christi: quæ cælum & totum mundũ redemit. Quid illa attexam: & quasi toto
2.Petri.1. stadio te urgeam: ꝙ hominẽ deꝰ diuinæ fecit consortẽ naturæ: sicut in epistola Petri
legimus. Vnde nõ imerito quidã ait: Cuius & genus sumus. Dedit em̃ nobis de co
gnatione sua rationabilis scilicet naturæ: ut quæramus illud diuinũ qd̃ nõ longe est
Act.17. ab unoquoq; nostrũ: in quo & uiuimus & sumꝰ & mouemur. Cũ itaq; cõtulisset hõi
qd̃ est gratiarũ maximũ: q̃si charissimo & domestico animãti cõcessit ea quæ in hoc

mundo sunt omnia: ut nullius indigeret qđ esset necessariũ uel ad uitã uel ad bonã uitam. Quorũ alia ministraret abundantia copiarũ terrestriũ ad uoluntatis pfunctionẽ: alia cognitio secretorũ cælestium: quæ mentẽ inflãmaret hominis amore & desiderio disciplinarũ. Per quas ad sublime illud diuinorũ penetraliũ possimus pueni re. Vtrũq; igitur præstantissimũ: ut & subiectas haberet omnes mũdi opes: omnia uolatilia terrestria: etiã pisces & usum maris: tanq̃ rex elementorũ. Ac sine labore: sine indigentia: ad imitationem & similitudinẽ uenerandi auctoris abũdaret omnib⁹: atq; in summa degeret copia: & uias sibi aperiret graduſq; admoueret: p quos ad cæli ascendat regiam. Cuius difficilis itineris uiatorẽ nõ facile reperies: illum uirũ qui ita sit animi inductione formatus ac uolũtate: ut minima sibi cum suo corpore sit familiaritas: neq; in ullum ingrediat⁹ uitiorum cõtuberniũ: nullis assentantiũ pumicet⁹ sermonibus. Neq; in rotis secundorũ temporũ positus humiles fastidiat: mœsta fugiat: sanctorũ laudes excutiat atq; eleuet. Neq; gloriæ ardore aut pecuniæ præsumptæ spei omnẽ exurat cupiditatẽ: Cuius animũ nõ inflectat mœstia: nõ frangat iniuria: nulla sollicitet suspitio: libido nõ excitet: nõ expugnent passiones corporis: non inquietet uanitatũ appetentia: uoluntatũ gratia. Iam si adiũgas ei uirtutes: castimoniã: sobrietatem ac temperantiã: facile refrenare potẽs sit immoderatos impet⁹ leuium passionũ: mensurãq; imponat delectationibus suis & cupiditatib⁹: Aequitate ambigua distinguat: tranquillitate mentis dubia cõponat. Et uelut cõpositis omnib⁹ corporis & mentis iurgijs quasi bon⁹ arbiter inoffensam teneat exterioris hominis atq; interioris concordiã placidans eos in semetipso: ac si causa exigat: nullus eũ malus consiliarius reuocet metus a passionis corona: Is plane non solũ quasi amicus sed etiã quasi filius assumetur a patre: ut diuitias gloriæ & hæreditatis eius adipiscatur.

Merito ergo postremus quasi finis naturæ format⁹ ad iusticiã inter cætera animãtia iusti arbiter. Et si licet exemplũ arcessere: sicut inter boies finis legis christus ad iusticiã omni credẽti: & nos tanq̃ iumenta contẽplatiõe domini. Sic em̃ ꝓphęta ait: χτήμως ἐγενήθην παρά σοι. id est: iumentũ existimat⁹ sum apud te. Et quæ tñ cõparatio: cũ ille peũtes redemerit: nos imolem⁹. Ille seruos ad libertatẽ uocauerit: nos liberis irrogemus captiuttatẽ? Sed quis similis deo ꝓcessit? Tñ postremus creatura & omniũ homo: specie gratus: mẽte sublimis: ut omni esset creaturæ miraculo. In quo ad similitudinẽ æterni dei μοῦς esset inuisibilis: humana specie amict⁹. Hinc est μοῦς animæ uigor principatũ aiæ & corporis sibi quasi rector uendicans. Quẽ etiã si non uidẽt animalia cætera: tñ reformidant: sicut nos deũ: quẽ quia nõ uidem⁹ timemus: & eo plus metuimus: quia nõ uidemus. Nãq; ut ad imaginẽ eius & similitudinẽ: sicut scriptũ est: præsumamus dicere: cũ ille se fundat maiestatis suæ plenitudine: & uideat omnia: cælũ: aerẽ: terram: mare: cõplectens uniuersa & penetrans ꝓ singula: ut eum nihil prætereat: & nihil sit qđ non cõsistat in eo: atq; ex ipso pendeat: & ipsius plenũ sit: sicut ipse ait: Cælum & terrã ego cõpleo: dicit dñs. Ita μοῦς hominis uidet omnia & nõ uidet⁹: habens sui inuisibilẽ substantiã: disciplinis & consilijs ac sensibus cõprehendit latentia: penetrat occulta maris: atq; omniũ diffusa terrarũ latibula utriusq; scrutator naturæ: ad similitudinẽ dei summi: quẽ imitatur & sequit⁹: cuius imago ꝓ exiguis portiõibus in singulis figurat⁹. Eleuans quoq; se in aerẽ: & ei⁹ nubilosa prætergrediens: ad cæli alta se dirigit: studio cognitionis & ardore sapientiæ: ubi paulisper stupefactus admiratione stellarũ cælestium: & luminũ delectatus claritate: ꝓspiciens desup mundana ista: conferẽs quoq; se ad hæsperũ atq; arcturũ & cæteros illos ἀπλάνῆσ πλάνήτας: & uidens ꝙ infensus ille sit error quẽ sine error quo magis omnia obeunt: intexere atq; oberrare uideant⁹: maiore se cupiditate attollit ad ipsum gremiũ patris: in quo est unigenitus dei fili⁹ enarrans secreta dei & facie ad faciẽ postea reuelanda. Hunc tñ quibus dignat⁹: ex parte demõstrat atq; in ænigmate: simulq; de spiritu & uultu suo splendorẽ luminis: more torrentis effundit: ut eo illuminatus dicat: Et erat ignis flãmigerans in ossibus meis & dissolutus sũundiq; & ferre nõ possum. Et Dauid ait: De uultu tuo iudiciũ meum ꝓdeat. Hoc

Ro. 10.

Ps. 72.

Hiere. 23.

Ps. 16.

igitur mentis uigore ut reuertar unde digreſſus ſum quo & externa ſubigit: & ſepa/rata & diſtantia uidet: & ualidiora uiribus animalia ſubijcit: tantã cæteris ueneratio/nem ſui infundit: ut certatim quaſi regi obediant: uoci eius obſecũdent. Et cum ſint irrationabilia: rationem agnoſcant: & diſciplinã eam imprimat q̃ natura non tribuit.

Deniq; uidentes feræ eius manſuetudinẽ: eius imperio manſueſcunt. Sæpe ſuſpẽ/derunt morſus ſuos reuocante ſono uocis humanæ. Videmus innoxio canũ dente lepores ſine uulnere capi. Leones quoq; ipſos ſi uox hominis reſultauerit: prædam dimittere. Pardos atq; urſos incitari ac reuocari uocibus: equos plauſu hominũ fre/mere: ſilentio mollire curſum. Deniq; ſæpe ſine uerbere prætereunt uerberatos. Ita uehemẽtius illos incitat linguæ flagellum. Quid uero de muneribus loquar? Nu/trit aries uellera ut placeat homini: atq; in fluuio merſatur: ut nitorem augeat. Oues quoq; meliora pabula legunt: ut ſuauiore ſucco lactis fæta diſtendant ubera: ſubeũt partus dolores: ut homini ſua munera ferant. Tauri depreſſo ſulcis p totum diẽ ara tro gemunt. Cameli præter ſubeũdi oneris obſequia tondẽdos ſe exhibent ut arie/tes: quo uelut regi diuerſa animalia tributũ ſuũ conferant pendãtq; uectigal annuũ. Equus tanto ſe iactans equite glomerat greſſus ſuperbos: atq; ad dñi aſcenſum dor/ſa ſinuatus berili terga ſubſternit ſedili. Sed ne forte adhuc moueat q̃ nouiſſimus homo factus ſit: idem equus nos doceat nõ ad contemptionẽ referendũ eſſe ſed ho norem. Portat poſteriorẽ ſuum nec deſpicit ſed reformidat: & p diuerſa eũ ſuo cir/cũfert labore. Vno momẽto homo lõginqua obit: circũerrat diſtãtia: tum equis ſin/gularibus: tum quadrigis triũphalibus. Et qm̃ triumphales memoraui quadrigas: neceſſe eſt attexamijs currus Heliæ: quib⁹ p aera uectus eſt. Currus elephãtorũ qui/bus homo uictor aſſiſtens: cum ſit poſtremus: priores regit. Sic quoq; gubernator nauis in puppi ſedet: & totã nauem gubernat. Vnde puto illud non ocioſum eſſe in euangelio qđ domin⁹ Ieſus in puppi dormiebat: deniq; excitatus imperauit uento & mari: & ſedauit tempeſtatẽ. Oſtẽdens ideo ſe nouiſſimũ ueniſſe: quia gubernator
1. Cor. 15. ueniret. Vnde Apoſtolus ait: Factus eſt prim⁹ homo Adam in animã uiuẽtẽ: nouiſ/ſimus Adam in ſpiritũ uiuificantẽ. Sed non prius qđ ſpiritale eſt ſed qđ animale: de/inde qđ ſpirituale. Et addidit: Primus homo de terra terren⁹: ſecũdus homo de cæ/lo cæleſtis. Recte ergo nouiſſimus quaſi toti⁹ ſumma operis: quaſi cauſa mundi: p/pter quẽ facta omnia: quaſi omniũ habitator elementoq; inter feras uiuit: cũ piſcib⁹ natat: ſup aues uolat: conuerſatur cũ angelis: terram inhabitat: & cælo militat: ſulcat mare: aere paſcitur: cultor ſoli: uiator p̃fundi: piſcator in fluctibus: in aere auceps: in cælo hæres: chriſti cohæres. Hæc ſecundũ induſtriã. Accipe etiam q̃ ſupra homi nis ſubſtãtiam: Moyſes imo ambulauit mari: in ſummo apoſtoli: Abachuc ſine pen/nis uolauit: Helias in terris uicit: in cælo triumphauit. Vale fili: & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Horontianũ: de diuiſione p̃phetica quæ operatorẽ atq; ope/ra diſtinxit: Ratione quoq; ſex dierũ quibus factus eſt mundus: & myſterio ſeptimi atq; octaui numeri ſubtiliter differentis: Epl̃a. XXXIX.

HAmbroſius Horontiano. Diuiſionẽ egregie aduertiſti p̃phetica uel poti/us diuinã. Nõ em̃ ſua Moyſes ſed ifuſa & reuelata ſibi ſcripſit: ea præcipue quæ ſunt de cõſtitutione mũdi: quæ diuiſio operatorẽ atq; opera diſtinxit. Nã cum aliud impaſſibile eſſet: aliud paſſionis receptabile: qđ erat impaſſibile ad deum operatorẽ retulit: qđ autẽ paſſibile: ſine anima: ſine motu p̃prio: motũ & ani/mam & figurã a creatore accipiens ſuo: deputauit huic mundo. Quẽ factũ nõ opor/tuit ſine gubernatore & quodã patre indefenſum relinqui. Et ideo inuiſibilem deũ uiſibilis huius mundi rectorem eſſe & quaſi tutorem: apertiſſime deſcribit. Qđ ergo inuiſibile ſempiternũ: quod autẽ uidetur temporale. Sex itaq; diebus factum mũ dum exprimit: nõ quo deus tempore indiguerit ad conſtitutionẽ eius: cui intra mo
Ps. 148. mentum ſuppetit facere quæ uelit. Dixit em̃ & facta ſunt. Sed quia ea quæ fiunt: or/dinem quærunt. Ordo autẽ tempus & numerum plærũq; exigit. Illud quoq; præ/

cipue: quoniã nobis ad operandum formam daturus: numerum dierum ſeruauit & tẽpora. Nos enim tempore indigemus: ut aliquid maturius agamus: ne præcipitemus conſilia atq; opera noſtra: ne ordinẽ prætermittamus. Cum eñ dominũ legimus: ut ſcriptura oſtẽdit: cũ ſapientia & quodã cõſilio & diſpoſitione feciſſe & ordine: ut primo cælũ faceret qđ eſt pulcherrimũ: oportet ut eo primũ oculos erigam⁹: illo nobis contendendũ eſſe arbitremur: illam ſedem terrenis omnib⁹ præferẽdam putemus. Sex itaq; diebus mundũ creauit: ſeptimo die requieuit ab operibus ſuis. Bonus ſeptimus numer⁹: quẽ non pythagorico & cæterorũ philoſophorũ more tractamus: ſed ꝑm formam & diuiſiones gratiæ ſpiritualis. Septem enim uirtutes principales ſanctiſpiritus ꝓpheta Eſaias cõplexus eſt. Hæc hebdomas ſicut ipſa patris & filij & ſpirituſſancti uenerabilis trinitas: ſine tẽpore: ſine ordine: auctor numeri: nõ ſub numeri lege deuincta. Itaq; ſicut ad æternæ trinitatis gratiã: cælum: terram: maria formata: ſicut ſol: luna & ſtellæ: ita etiam ad illum ſeptenariũ uirtutũ ſpiritualium circuitum atq; orbem operationis diuinæ uigore præſtantẽ: ſeptenarium quoddã miniſterium planetarum creatum aduertimus: quo hic mundus illumina-
tur. Quarum cõcurrere fertur militia ad eorũ numerum quas inerrabiles ferũt ſtellas: & ut græci dicunt ἀπλάνέσ. Septentrio quoq; inde latine nomen accepit ꝙ ſeptem in eo ſtellarũ fulgor irradiet: in quẽ maxime gubernatores quaſi ducem ferũtur intendere. Deſcendit hæc de cælo in terras prærogatiua. Nam ut tranſeam ſeptiformẽ capitis noſtri gratiam in oculis duobus: aurib⁹ & narib⁹ binis: ore quoq; ꝑ qđ magnam ſuauitatẽ percipimus: quantũ iſtud miraculi ꝙ ſeptimo menſe in plæriſq; origo legitima formatur: & qui fuerit editus: uitalis generationis curricula ſortitur. Octauo autẽ menſe interdicta naturali lege pariendi cernimus tẽpora: ac ſi forte lætalis neceſſitas partus clauſtra laxauerit: periculũ pariter generantis ꝓpereꝫ & pignoris. Sed tamen ille ſeptimanus: & ſi bene naſcatur: ad labores naſcitur: qui autem octaua die regenerationis ſortitur myſteria: cõſecratur per gratiã: & ad hæreditatem regni cæleſtis uocatur. Magna in uirtutibus ſpirituſſancti hebdomadis gratia: eadem tamẽ hebdomadem ſonat: ogdoen cõſecrat: in illa ſonus: in iſta fruct⁹ eſt: ideoq; octauo die ſoluta paradiſo reddidit ſpiritus gratia: quoſ extorres ſua fecerat culpa. Nouit ogdoen iſtam quã octauam latine dicimus: uetus teſtamentũ: ſiquidem ait Eccleſiaſtes: Da partem illis ſeptẽ: & illis quidem octo. Hebdomas ueteris teſtamenti eſt: octaua noui: quãdo chriſtus reſurrexit: & dies omnibus nouæ ſalutis illuxit. Ille dies: de quo ait ꝓpheta: Hic dies quẽ fecit dominus: exultem⁹ & lætemur in eo: quæ dies & fulgor plenæ atq; pfectæ circũciſionis humanis pectoribus infulſit. Propterea & uetus teſtamentũ dedit partem octauæ in circũciſionis ſolẽnitate. Sed illa adhuc in umbra latebat. Venit ſol iuſticiæ: & cõſummatione paſſionis ꝓpriæ reuelauit ſui luminis radios: quos retexit omnibus & uitæ claritatem aperuit æternæ. Iſti ergo ſunt ſeptẽ & octo: de quibus & Oſee dicit: ꝙ eo numero conduxerit ſibi: & acquiſierit fidei plenitudinem: Sic eñ habens: Et abij & cõduxi mihi quindecim argenteis: & choro ordei & ſemichoro ordei & neuel uini. Cõducendã autem ei meretricẽ dominus præceperat. In ſuperiorib⁹ itaq; manifeſtum eſt: ꝙ cõduxit eam: qui etiã mercedis quantitatẽ expreſſit. Quindecim autẽ argentei & ſeptem & octo conſtant: hebdomadã itaq; & octauam ſignificant. Duorũ igitur teſtamentorũ: id eſt: plenæ fidei precio: prophetia cõſummationẽ accepit fidei: eccleſia plenitudinẽ. Primo enim teſtamẽto iſrael acquiſitus eſt populus: ſecũdo nationum & gentiũ. Fide ergo plena conducit̃ meritrix: uel ex gentibus copulã ſui quærens: uel ex adultero iudæorũ populo qui dominũ ſuum & auctorem uirginalis fidei dereliquerat: conuentus ſuos totius orbis ſpacio diffundens. Q; autẽ dixit: in choro & in ſemichoro ordei: In choro menſuræ plenitudo eſt: in ſemichoro ſemiplena menſura. Plenitudo in euangelio: ſemiperfectio in lege. Sicut legimus dicente domino: Non ueni legem ſoluere ſed implere. Et alibi habemus dicẽte domino ꝑ Michæam ꝓphetam: Quia tunc pax erit in terra iſrael: cũ uenerit aſſyri⁹ in terrã eius. & in-

Eccẽs. 11.

Pſ. 117.

Oſee. 3.

Matth. 5.

Michee. 5.

surrexerint in eum septem pastores & octo morsus hominũ. Tunc enim plena pax est fideli populo ab omnibus tẽtationibus & uanitatibus absoluto: cũ mundi huius uanitatem excluserint de cordibus nostris pax & gratia: Pax ueteris: gratia noui testamenti. Septem pastores: præcepta legis sunt: quibus grex adhuc quasi irrationabilis in uirga Moysi per desertũ ductus & gubernatus est. Octo morsus hominũ: mãRo.10. data euangelij & dominici oris alloquia. Corde eñ creditur ad iusticiã: ore cõfessio fit ad salutem. Boni morsus: per quos uitæ æternæ munus gustauimus: peccatorum remissionem in christi corpore deuorantes. In ueteri testamẽto amarus morsus est mortis: ꝓpterea dictum est: Deuorauit mors præualens. In nouo testamento suauis1.Cor.15. morsus est uitæ: quæ mortẽ absorbuit. Propterea apostolus ait: Deuorata est mors in uictoria sua: Vbi est mors uictoria tua? ubi est mors aculeus tu⁹? Atq; ut apostoHeb.4. licis utamur testimonijs: ubi hominẽ fecit deus: requieuit ab omnib⁹ operibus suis in die septima. Sed quia populus iudæorũ per contumaciã contempsit mãdata dei sui: ait dominus: Si introibunt in requiem meam. Et ideo aliam deus præfiniuit diem: de qua dicit: Hodie si uocem meã audieritis. Duos eñ dies comprehendit scriIbidem.13. ptura generales: Heri & hodie. De quibus dicit: Imitamini fidem Iesu christi: heri & hodie: ipe est & in sæcula. In superiore die promissio est: in consequenti solutio. Sed quia hesterna die neque Moyses neq; Iesus naue populum induxit in requiem: boPs.2. dierna die christus induxit: cui dixit pater: Ego hodie genui te. Per suã enim resurrectionem Iesus populo requiẽ comparauit. Requies eñ in cælo nõ in terra est. ReLuc.23. quies nostra dominus est Iesus: qui ait: Hodie mecum eris in paradiso. Quid igit opus est: ut explorem ortus signorũ atq; obit⁹: quorũ ad exortum duris inarata uomeribus findãtur noualia: uel ad occasum læta messis recũbat? Vna mihi stella abũdat ꝓ omnibus: stella splendida & matutina: cuius ad exortum seminata est nõ frugum sed martyrum seges: quãdo Rachel plorauit filios suos: ut lachrymis ablutos suis ꝓ christo offerret infantulos: cuius stellæ obitus nõ cremiorũ insensibiliũ sed spirantiũ defunctorum triumphales manipulos de tumulis resuscitauit. Celebretur itaq; hebdomas: eo ꝙ ꝓ septem ætatum cursus uita hominũ usq; ad senectutem trãscurritur: sicut Hippocrates medicinæ magister scriptis explicuit suis. Prima ætas infantia est: secunda puericia: tertia adolescẽtia: quarta iuuentus: quinta uirilis ætas: sexta æui maturitas: septima senectus. Est ergo infans: puer: adolescens: iuuenis: uir: ueteranus: senex. Solon autẽ decem fecit ætatum ordines ꝓ annos septẽnos: ita ut prima ætas infantiæ usq; ad emissiouem sit dentiũ: quibus cõficiat cibum: sermonẽq; distinguat: ut possit effabilis uideri. Puericia quoq; usq; ad annos pubertatis ꝓcedit & genitalia tentamenta. Adolescentia usq; ad barbæ lanuginẽ. Iuuenta usq; ad perfectæ uirtutis processum. Quinta ætas uirilis est: apta copulis coniugalib⁹ per totam hebdomadem. Sexta quoq; hebdomas uirili deputatur ætati & ad prudentiæ ꝓcessum habili & ad agendũ strenue. Septima quoq; hebdomas & octaua æui maturum: & sensum uigentẽ: & sermonem nõ insuauis alloquij gratia præditũ ꝓdunt. Nona hebdomas reliquias adhuc habet aliquas uirium: lingua ac sapientia mollior. Decima uero hebdomas mensurã implet: ad quã is qui peruenire potuerit: non immaturo temporũ cursu pulsabit mortis sera uestibula. Ergo Hippocrates & Solon uel septem ætates uel hebdomadas ætatum norunt: in illo se hebdomas præferat. Octaua autem unam & perpetuã ætatem inuehit: qua excrescimus in uirũ perfectum in agnitione dei fidei plenitudine: in qua legitimæ ætatis mẽsura impletur. Est etiam in uisceribus nostris hebdomadis explorata gratia. Ferunt eñ septem quoq; esse in nobis interiora uiscera: stomachũ: cor: pulmonem: lien: epar: renes duos. Septem quoq; exteriora: caput: posteriora: uentrẽ: binas manus: & binos pedes. Præstãtissima hæc: sed obnoxia dolori. Quis autẽ dubitet maius esse octauæ munus quæ totum renouauit hominẽ: ut iã nihil possit dolere? Itaq; septima mundi ætas cõclusa est: octaua illuxit gratia: quæ fecit hominẽ iam non huius mundi esse sed supra mun1.Phil.1. dum. Iam eñ non uitam nostram sed christum uiuimus. Nobis eñ uiuere christus

& mori lucrum. Itaq; iam non in carne sed in fide uiuimus christi. Vnde colligimus quia conclusus est mundi dies. Deniq; nouissima hora uenit dominus Iesus: & p nobis mortuus est: & omnes in illo mortui sum⁹ ut uiuamus deo. Non ergo nos qui eramus uiuimus: sed uiuit christus in nobis. Abijt ergo hebdomas: uenit octaua. Abijt heri: uenit hodie: Illud hodie qđ ꝑmissum est: quo admoniti sum⁹ uocē dei audiendā & sequendam. Abijt ergo ille dies testamenti ueteris: uenit dies nouus: quo testamentum consummatū est nouum: de quo dicit: Ecce dies ueniunt dicit dominus: & confirmabo domui israel & domui Iudæ testamentū nouum: nō ſm testamētum qđ feci patribus illorum in die de qua apprehendi manus ipsorum educere illos de terra ægypti. Et qua ratione mutatū sit tamen: adijcit: Quoniā ipsi non manserunt inquit in testamento meo: & ego neglexi eos: dicit dominus. Abierunt sacerdotes legis: legis tribunalia. Accedamus ad sacerdotē nouum: ad sedem gratiæ: uisitatorem animarū nostrarum: sacerdotē nō ſm legem mandati carnalis creatum: sed ſm uirtutem infatigabilē electum. Nō em̄ ipse sibi honorem præripuit: sed electus a patre est: sicut ipse pater ait: Tu es sacerdos in æternum ſm ordinē Melchisedech. Nouus ergo sacerdos: uidemus quid obtulerit? Alij sacerdotes ꝑ se offerebant & pro populo suo: hic quia nō habuit peccatum: ut ꝑ se offerret: pro uniuerso mundo se obtulit: & per sanguinem suum intrauit in sanctasanctorum. Hic est ergo sacerdos nouus: & noua hostia: non ex lege sed supra legem: aduocatus mundi: lux sæculi: qui dixit: Ecce uenio & uenit. Ad quem accedamus in abundantia fidei: adorātes & obsecrantes & sperantes in eum: quem non uidemus oculis sed affectu tenemus: cui est omnis honor semper & gloria. Vale fili: & nos dilige: quia nos te diligimus.

Hiere.31. Heb.8.

Ps.109. Heb.9.

Sancti Ambrosij ad Sabinum: libellos illi mittentis atque rogantis: ut scrutanter discutiat: & quæ corrigenda decreuerit: arbitrij sui iudicio corrigat: Epla. XL.

AMbrosius Sabino. Remisisti mihi libellos: quos tuo iudicio probatiores habebo. Ideo misi alios non iudicij fauore delectatus: sed ꝑmissa a te & petita a me ueritate illectus. Malo em̄ tuo corrigatur iudicio: si quid mouet: priusq̄ foras prodeat: unde iam reuocandi nulla facultas sit: q̄ laudari a te qđ ab alijs reprehendatur. Itaq; arbitrum te eorum quæ postulas rogaui. Neque em̄ legi a te mea quæ nonnunq̄ tribuo in uulgus: sed in tuæ calculum uenire sententiæ desideraui. Non erit longi subsellij ista iudicatio & mora: ut dictum est antiquitus: Facile est tibi de nostris iudicare. Ego certe huc inuitatu tuo prodeundū putaui: tuū est liquido decernere: & scrutanter discutere quæ corrigas: ne tibi uitio uertant ea quæ nobis potuerunt obrepere. Nescio quo em̄ modo propter imprudētiæ caliginem quæ me circūfundit: unumquēq; fallunt sua scripta: & aurem prætereunt: atq; ut filij etiam deformes delectant: sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant. Incautius plærūq; aliquid promitur: aliquid accipitur maliuolentius: aliquid exit ambiguū: tum quia alieno examinanda iudicio: non pro nostra debemus magis q̄ ꝑ aliena opiniōe trutinare: & discutere omnes scrupulos maliuolētiæ. Assume igitur beniuolo animo aurē uersutiæ: & ptracta omnia: sermones uentila: si in ijs nō forenses blanditiæ & suasoria uerba: sed fidei sincæritas est & cōfessionis sobrietas. Notā appone ad uerbum dubij ponderis & fallacis stateræ: ne quid ꝑ se esse aduersarius interpretetur. Esto ut reuincatur si cōgredi cœperit: male se habet liber qui sine assertore nō defenditur. Ipse igitur ꝑ se loquatur: qui ꝑcedit sine interprete. Habetur hic tamē: non egredietur a nobis: nisi a te acceperit auctoritatem. Itaq; cum eum fide tua prodire iusseris: cōmittetur sibi. Tamen quoniā non in sermone est regnū dei: sed in uirtute: uerbum si offenderit: uirtutē ꝑfessionis interrogato. Professio aūt fidei sentētia est: quā aduersum sabellianos & arrianos ita a maioribus traditā tenemus: ut patrē deū & filiū eius unigenitū & spiritumsanctū ueneremur: hanc trinitatē unius esse substātiæ: maiestatis: diuinitatis. In hoc noie patris & filij & spiritussancti baptiçare nos: quēadmodū scriptum est: Filium itaq; coæternū patris

1.Cor.4.

ſuſcepiſſe carnem:natum de ſpirituſancto & uirgine Maria:æqualem patri ſm diui-
Col.2. nitatem in dei forma:id eſt:in omni plenitudine diuinitatis:quæ in illo habitat:ut di
Phili.2. xit Apoſtolus:corporaliter:qui in pſona hominis formam ſerui accepit:& ſe humi-
liauit uſq; admortem. Ergo & aduerſus Photinum hæc nobis ſententia eſt:Aduer
ſus Apollinarē autem legitima circūſpectio:ut confiteamur ſicut in dei forma nihil
ei defuit diuinæ naturæ & plenitudinis:ſic ī illa forma hominis nihil ei defuiſſe: quo
imperfectus homo iudicaretur:qui ideo uenit ut totū hominē ſaluum faceret.Neq;
enim decebat ut qui perfectum opus in alijs cōſummauerat:hoc imperfectū in ſe eſ
ſe pateretur.Si enim aliquid ei defuit:non totū redemit:ſi non totū redemit:fefellit
igitur qui dixit:ideo ſe ueniſſe ut totum hominē ſaluum faceret:Sed quia impoſſibi
le eſt mentiri deo:nō fefellit ergo:quia ita uenit:ut totum redimeret & ſaluum face
ret:totum utiq; ſuſcepit qđ erat humanæ perfectiōnis. Noſtra ſentētia huiuſmodi
eſt:ut meminiſti:Si uerba alicubi mouent:non præiudicant fidei. Etenim ſermonē
dubium mens non dubia obumbrat:& deſcedit a lapſu. Hæc tecum proluſimus:
quæ in libros noſtrarū epiſtolarum referam:ſi placet:atq; in numerum reponam:ut
tuo cōmendentur nomine:& tuis ad nos & noſtris ad uos litteriſ augeatur mutuus
amor per dominū:ut ita legas quo iudices:& qđ mouerit ſcribaſ ad me.Amor enim
uerus cōſtantia ꝓbatur. Placet iam qđ ſenibus uſu facilius eſt:quotidiano & fami
liari ſermone epiſtolas texere:& ſi quid de ſcripturis diuinis obuiū inciderit attexe-
re. Vale frater:& dilige amantē tui quia plurimū te diligo.

Sancti Ambroſij ad Sabinum:ex eo ꝙ illi complacuit uſus epiſtolarum ſponden-
tis ſe frequentius eum ſcriptis ſuis præſertim cum ſolus ſit uelle alloqui:ſolitudinēq;
plurimū commēdantis atq; ſuadentis:Epla.XLI.

AMbroſius Sabino. Quoniā tibi quoq; complacuit noſtrarum uſus epi-
ſtolarum:in quib⁹ quidam inter abſentes præſentium ſermo eſt: pergam
frequētius te in meis ſcriptis & cū ſolus ſum alloqui. Nunq̄ em̄ min⁹ ſol⁹
ſum:q̄ cū ſolus eſſe uideor:nec minus ocioſus q̄ cū ocioſus.Certe pro arbi
trio arceſſo quos uolo atq; adiungo mihi quos magis diligo aut quos aptiores arbi-
tror:nemo interpellat:nemo interpolat. Tunc ergo te magis teneo:& de ſcripturis
Luc.1. confero:& ꝓlixiorē ſimul ſermonē cædimus. Sola erat Maria & loquebatur cum
angelo.Sola erat quando ſuperuenit in eam ſpirituſſanctus:& uirtus altiſſimi obum
brauit eam.Sola erat:& operata eſt mundi ſalutem:& concepit redemptionē uni-
Act.10. uerſorum. Solus erat Petrus:& totum per orbem conſecrandaꝝ gentiū cogno-
Gen.2.et.3. uit myſteria. Solus erat Adam:& nō eſt præuaricatus:quia mens eius adhærebat
deo.Poſtq̄ uero ei mulier adiuncta eſt:non potuit inhærere mandatis cæleſtibus:&
ideo ſe abſcondebat:quando deus deambulabat in paradiſo. Et nunc deambulat
in paradiſo deus:quādo diuinas ſcripturas lego.Paradiſus eſt Geneſis liber: in quo
uirtutes pullulant patriarcharū. Paradiſus Deuteronomiū in quo germinant le-
gis præcepta. Paradiſus euangelium in quo arbor uitæ bonos fruct⁹ facit:& æter-
Matth.5. næ ſpei mandata diffundit per uniuerſos populos. Audiēs itaq;:Diligite inimicos:
Luc.6. Audiēs:Dimitte omnia tua & ſequere me: Audiēs: Qui te ꝓcutit in maxilla:præbe
ei alterā:& hæc nō faciens:& uix diligens eum qui me diligat:nō dimittens quæ ha-
beo:iniuriā acceptā ulciſci uolens: & ſublatum mihi extorquere: cū ſcriptura dicat
etiā aliud:id eſt:plus q̄ petitum aut ereptū eſt:concedendū:uideo me cōtra manda
ta dei facere.Et aperiens oculos cōſcientiæ deambulare mihi deum præſentē reco-
gnoſco:cupio me abdere:cupio ualere:ſed nudus ſum deo:apud quē nuda & intec
ta ſunt omnia.Erubeſcens itaq; tegere pudenda facinora deſidero quaſi mēbra mei
corporis:ſed quia deus omnia uidet:foliis obumbratus:latebris tectuſ appareo.Pu
to me abſcondi:quia corpore amictus ſum.Ipſa eſt tunica pellicea cū qua Adam de
paradiſo eiectus eſt:nec a frigore tut⁹ nec tectus ab opprobrio:ſed & iniuriæ & cul-
pæ patens. Liquet igit̄ ex his quia ſoli cū ſumus:tunc nos offerimus deo: tūc mētē
ei noſtrā aperimus:tunc amictū fraudis exuimus. Solus erat Adā:qn̄ in paradiſo

constitutus est: solus erat & quãdo ad imaginem dei factus est: sed nõ erat solus qñ de paradiso eiectus est. Solus erat dñs Iesus qñ mundũ redemit. Nõ enim legatus neq; nũcius: sed ipse dominus solus saluum fecit populũ suum. Et si nunq̃ solus est ille: in quo pater est semp̃. Vnde & nos soli simus: ut dominus nobiscum sit. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Sabinum: de paradiso quid alij senserint referẽtis: & quæ sua de mystico paradiso sit sentẽtia: pulchra expositione declarãtis: Epla. XLII.

AMbrosius Sabino. Lecto hexaemero utrum paradisum subtexuerim: requirendũ putasti: & quã de eo haberẽ sententiam significandũ: idq; uelle te studiose cognoscere. Ego autem iam dudũ de eo scripsi: nondũ ueteranus sacerdos. Sententias autẽ de eo diuersas esse plurimoq; comperi. Nam Iosephus utpote historiographus locũ dicit refertum arboribus uirgultisq; plurimis: irrigari etiã flumine qui diuidatur in quattuor fluuios. Collecta &ẽ in unum cõgregatiõe aquarum non se penitus exinaniuit terra & fraudauit irriguis suis: sed hodieq; in fontes prumpit & deducit meatus fluminũ: quibus pignora sua quasi pia mater plenis lactat uberibus. Alij alias. Omnes tamẽ cõgruunt in paradiso & lignũ uitæ radicatum: & lignum sciẽtiæ quæ discernat bonũ & malũ: cætera quoq; ligna plena uigoris: plena uiuificationis spirantia & rationabilia. Ex quibus colligitur paradisum ipsum nõ terrenũ uideri posse: nõ in solo aliquo sed in nostro principali qđ animat & uiuificatur animæ uirtutibus & infusione spiritꝰ dei. Deniq; Salomon in spiritu paradisum: in homine esse euidenter declarauit. Et quia mysteria exprimit uel animæ & uerbi uel christi & ecclesiæ: ideo ait: De uirgine anima uel ecclesia quam uolebat uirginẽ castam assignare christo. Paradisus cõclusus soror mea sponsa: paradisus cõclusus: fons signatus. Paradisus græce: latine hortꝰ dicitur. Deniq; Susanna in paradiso erat: & sic legitur latine. Et Adam in paradiso erat: & sic legimus. Ergo non te moueat qđ alij codices latini hortum habẽt: alij paradisum. Ibi ergo est casta uxor: ubi uirgo. Licet uirgo excepta habeat claustra & signacula sua: sed utraq; in paradiso: ut aduersum æstus corporis & carnis flagrantiã refrigeretur uirtutũ umbraculis. Ergo paradisus in principali nostro est: siluescens plurimarũ opinionum plantarijs: in quo principaliter lignum uitæ cõstituit deus: id est: pietatis radicem. Ea est ẽm uitæ nostræ substantia: si domino & deo nostro debitos cultus deferamus. Constituit etiã sciẽtiæ boni & mali seminarium. Homo enim solꝰ in cæteris animantibus terrenis habet sciẽtiã boni & mali. Alia quoq; illic plantaria diuersa: quorum fructus uirtutes sunt. Sed quia sciẽtiæ capax hominis affectus cognitus est deo: q̃ citius ad astutiam inclinaretur: q̃ ad summũ prudẽtiæ. Neq; ẽm iudicem qui fines certos in anima nostra cõstituit: operis sui qualitas latere poterat: eliminare uoluit astutiam de paradiso: quasi prouidus auctor nostræ salutis: & uitæ studium & disciplinã pietatis infundere. Ideoq; præcepit homini ab omni ligno qđ est in paradiso: gustãdum: de ligno autem sciẽtiæ boni & mali nõ esse gustandũ: sed quia creatura omnis passioni obnoxia. ideo delectatio sicut serpentino illapsu humanis irrepsit affectibus. Itaq; nõ immerito sanctus Moyses delectationẽ: serpentis figurauit similitudini. Prona est ẽm in uentrẽ sicut serpens nõ pedibus incedens: aut ullis eleuata cruribus: sed sinuoso flexu totius uelut corporis sui lubrica. Ei terra cibus est sicut serpẽti: quoniã escam nescit cælestẽ. Corporalibus ẽm pascitur: atq; in uarias mutatur species cupiditatũ & tortuosis angulatur anfractibus. Venenum in dentibꝰ habet: quibus unusquisq; se euiscerat luxuriosus: belluo internecat: abliguritor perimit. Quantos ruperunt uina: dissoluit ebrietas: distendit cruditas? Nũc intelligo qua causa dominus deꝰ insufflauit in faciẽ hominis. Ibi enim sensus omnis: ibi sedes atq; illecebra delectationis: in oculis: auribus: naribus atq; in ore: ut sensus nostros aduersus delectationem fortiores faceret. Hæc ergo nobis sicut serpens astutiam infudit. Non ẽm delectatio sed labor & diuturna meditatio: cũ dei gratia dat pfectam prudentiã.

Tamẽ quia serpentis fraudibus inuoluta est hũani generis hæreditas: in eo astutiã

Cant. 4.

Daniel. 13.

Gen. 2.

Ibidem.

ſerpẽtis ſequamur: ut caput noſtrũ nõ ꝓijciam⁹ in pericula ſed præ cæteris integrũ cuſtodiamus. Caput aũt noſtrũ chriſtus eſt. Hoc maneat incolume: ut ſerpẽtis uenena nobis nõ poſſint nocere. Bona eſt eñ ſapiẽtia cũ hæreditate: id eſt: cũ fide: qñ eſt hæreditas credentibus in dñm. Q2 ſi primus ille hõ qui cũ deo loquebat in paradiſo poſit⁹: labi tã facile potuit: ex terra creat⁹ uirgine: quæ ad uerbũ dei formata & creata recenti fuerat exortu: nondũ ea paricidali cædiũq; cõcreta ſanguine: flagicijs & dedecore polluta: nondũ carne noſtra damnata maledicto obnoxiæ hæreditatis: quãto facilius poſtea lubrica ad peccandũ uia maius aduexit humano generi præcipitiũ: cum deterior tolerabiliori ꝓ uices generationis ſucceſſerit? Etenim ſi magnetis lapis tantam naturæ uim habet: ut ferrum ad ſe trahat: & trãſfundat ſe in illius ſpeciem: ita ut plæriſq; experiri uolentib⁹ cum plures anulos ferreos ad eũ lapidem admouerint: omneſ pari teneat modo: deinde ſi ei anulo cui adhæſerit lapis: alium admoueas anulũ: & rurſus ꝓ ordinem ſingulis ſubſtituas: licet in omnes pene tret ꝓ ordinem ex illo lapide uis naturæ: tamẽ priores nexu uehemẽtiore conſtringit: poſteriores remiſſiore: quãtomagis humani generis cõditio atq; natura ex puri ore ſtatu in deteriorẽ lapſa eſt: quãdo nequiorẽ attigit? Nam ſi ꝓ eas ſpecies minuitur natura quæ nõ ſunt culpæ capaces: quãtomagis ꝓ animos atq; artus labe pollutos ſcelerum uirtus eius hebetatur? Vnde quia excreuerat malicia: abolita innocẽtia fuerat: nõ erat qui faceret bonitatẽ: nõ erat uſq; ad unũ: uenit dominus: qui refor
Ro.5. maret naturæ gratiã: immo augeret: ut ubi ſupabũdauit peccatũ ſupabundaret gratia? Ergo liquet & quia auctor hominis deus: & ꝙ deus unus: nõ multi dij: ſed un⁹ qui mundũ operatus eſt: & unũ non multos mundos: ut dicũt philoſophi. Primum igitur mundũ creauit: deinde habitatorẽ mundi: cui totus mundus patria foret. Nã ſi hodie quocunq; acceſſerit ſapiens: ubiq; ciuis eſt: ubiq; ſua omnia intelligit: nuſq; ſe peregrinũ: nuſq; hoſpitẽ iudicat: quãtomagis ille primus homo totius erat mundi incola: & ut græci dicunt κοσμοπολίτης. opus dei recens: cõfabulator aſſiduus: ciuis ſanctorũ: complantatus uirtutibus: præpoſit⁹ omnibus terrenis animãtibus: marinis: uolatilibus: totũ mundũ ſuam poſſeſſionẽ putabat: quem domin⁹ tuebatur ut opus ſuum: neq; ut bonus parens atq; auctor deſerebat? Deniq; eouſq; creatũ fouit: ut abdicatũ redimeret: eliminatũ reciperet: mortuum paſſione filij ſui unigeniti reſuſcitaret. Eſt ergo hominis auctor deus: & diligit opus ſuum operator bonuſ: nec derelinquit bonus pater: quẽ etiam ſicut diues paterfamilias cenſu propriæ hæreditatis redemit. Caueam⁹ ergo ne hominẽ iſtum: id eſt: ὁμοῦμ. mulier illa: id eſt: paſſio ſenſuũ noſtrorum delectatione: & ipſa decepta atq; illuſa effœminet & circũſcriptum in leges ſuas & ſententiã trahat. Fugiamus delectationẽ ſicut ſerpentẽ: multas artes habet & maxime in homine. Nam alia animãtia cibi auiditate capiunt: homo quanto plures ſenſus oculorum auriũq; habet: tanto maiora pericula. Vale & nos dilige: ut facis: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Siſynnium: pietatẽ illius cõmendantis ꝙ filio ignouerit: qui eo incõſulto uxorẽ acceperat: Epla. XLIII.

AMbroſius Siſynnio. Q2 filio noſtro remiſiſti meo rogatu: quia te inconſulto uxorem acceperat: pietati magis tribuo q̃ noſtro amori. Plus eſt enim pietatem ipſam de te impetrauiſſe q̃ cuiuſce petitionem. Certe ſacerdos tunc magis impetrat: cum uirtus præualet. Sacerdotis enim petitio doctrina pietatis eſt. Impetrauit igitur natura: impetrauit filius: eo pleni⁹ quia poſtulati contemplatio temporalis ſolet eſſe: uirtutis autem diuturn⁹ habitus: & iugis animarum inductio. Pulchre itaq; geſtum: ut te patrem recognoſceres: ſimul quia iuſta indignatio fuit. Malo enim culpam fateri: ut plus laudetur paterna indulgentia: ſed & ipſa paterna offenſio fuit: quoniã uenturam in locum filiæ tuæ debuiſti eligere iudicio cui fieres pater. Nãque aut natura filios ſuſcepimus aut electione. In natura caſus eſt: in electione iudicium: magiſque in adoptatis offendimus q̃ in genitalibus filijs. Quia genitales filios eſſe degeneres: ad naturam refertur: aſci-

tos uel adoptione uel copula dedecores esse: nō nisi errori ascribitur. Fuit ergo ꝙ succenseres filio: sed fuit etiā ꝙ remitteres quia sibi uxorē elegit. Acquisisti filiā sine electionis periculo: si bonā duxit: tibi acquisiuit gratiā: si errauit: recipiendo meliores facies refutando deteriores. Maturiore quidem cōsilio puella filio a patre traditur: sed maiore obsequij ꝓposito a filio ad patrē ducitur: & a uiro lecta ingreditur soceri domū: dum metuit & filius displicere iudiciū suum: & nurus ministeriū. Illum paternæ electionis prærogatiua attollit atq; erigit: istam offensiōis humiliat metus: inclinat uerecundia. Non habebit filius qđ in uxorē referat: q̄si exors culpæ: si quid fortasse offensum sit qđ habet usus: immo amplius elaborabit: ut in utroq; suū possit ꝓbari: & in uxore iudicium & in se obsequiū. Feci sti igitur qđ boni parētes: ut cito ignoscerēs sed obsecratus. Nā anteq̄ rogareris: nō erat ignoscere sed factum ꝓbare: Deinde diutius differre ueniam: & tibi acerbū & illis inutile. Neq; em̄ paterna uiscera diutius tolerare possent. Summæ deuotionis ꝓposito Abraam filiū suum ꝑm oraculū dei offerebat ī holocaustū: & quasi exors naturæ exerebat gladiū: ne mora sacrificiū decoloraret: tamē ubi abstinere a filio iussus est: gladiū libenter recondit: & qui immolare unigenitū fidei intentione ꝓperabat: maiore pietatis studio festinauit ouem subrogare sacrificio. Ioseph quoq; ut fratrē iuniorē teneret: simulabat iracundiā fratribus: & compositā se furti fraudē indignatus est: tamē cum aduoluerēt ad genua eius unus ex fratribus ludas: flerent alij: fraterno uictus & cōpassus affectu: diutius tenere nō potuit simulationē seueritatis: remotisq; arbitris aperuit fratribus: ꝙ germani sui essent: & ipse esset ioseph quē uēdidissent: nec se memorē suæ esse iniuriæ: & nō fraternæ uenditionis acerbitatē fraterne excusare: atq; id qđ posset arguere: ad altiores causas referre: eo ꝙ ita oportuisset fieri ꝓcurante deo: ut transiret in ægyptū qui gentē suam frugis externæ egentē pasceret: ut sterilitatis tēpore alendis patri & filijs subsidio foret. Quid aūt de sancto Dauid loquar: qui degenerem filiū & fraterno oblitum sanguine ad unius mulieris petitionē paternis uisceribus mentē emollitus domo recipit? Ipse ille euangelic⁹ pater adolescētiorem filiū qui ꝓdegerat omnē substantiā a patre acceptā uiuēdo luxuriose: regredientē tamē unius sermonis inflexus būilitate: ꝙ in patrē peccasse se fatebat: occursu pio fouit: supra collū eius cecidit: primā illi stolam: anulū & calciamenta deferri iussit: atq; bonoratū osculo: donatū munere: admirabili susceptit cōuiuio. Horum te imitatorem præbuisti pietate patria: qua ꝓxime ad deū accedimus: & ideo ego ꝓmpte filiā nostram adhortat⁹ sum: ut etiā hyemali tēpore uiæ laborē exciperet cōmodius hibernatura nō solum in hospitio sed etiā in affectu paterno: cū iam successerit indignationi gratia: q̄n quidem ut plene te ad similitudinē atq; imitationē sanctorū referres: eos accusauisti: quia cōpositis mendacijs animū tuum aduersum filios excitandū arbitrati sunt. Vale & nos dilige quia nos te diligimus.

Genē.22.

Ibidem.44.

2.Regū.14.

Luc.15.

Liber septimus.

Sancti Ambrosij ad Constantiū: in suscepto ecclesiæ gubernamine illum confortantis: ac diligenti cōmonitione instituētis qualē se debeat coram plæbe domini exhibere: loquendo: docēdo: admonēdo: hortando: ꝓsuadendo: obsecrando: ut uitijs & terrenis cupiditatibus renunciēt: uirtutes sectent: bonorūq; operū diuitias quærant: & dño in sobrietate & gratia & tota mentis sedulitate seruiant: Demū eidē aliā quandā ecclesiam cōmendantis: Epla. XLIIII.

a Mbrosius Cōstantio. Suscepisti mun⁹ sacerdotij: & in puppe ecclesiæ sedēs nauim aduersus fluct⁹ gubernas. Tene clauū fidei: ut te graues hui⁹ sæculi turbare nō possint ꝓcellæ. Mare quidē magnū & spacioſū: sed noli uereri: quia ipse sup̄ maria fundauit eā & sup̄ flumina præparauit eam. Itaq; nō immerito inter tot mundi freta: ecclesia dñi tanq̄ supra apostolicam ædificata petrā immobilis manet: & incōcusso aduersum impet⁹ sæuiētis sali ꝓseuerat fundamine. Alluitur undis: nō quatitur: & licet frequēter elemēta

Psa.23.

mundi huius magno in ista resultent fragore: habet tñ quo laborantes excipiat: tutissimũ portum salutis. Sed tñ & si in mari fluctuat: currit in fluminibꝰ: & uide ne in
Ps.92. illis fluminibus magis de quibus dictũ est: Eleuauerũt flumina uocem suam. Sunt eñ flumina quæ de uentre eius fluent: qui potũ a christo acceperit: & de spiritu dei sumpserit: Hæc ergo flumina cũ redũdant spirituali gratia eleuant uocem suã. Est & fluuius qui decurrit in sanctos suos sicut torrens. Est & fluminis impetus qui lætificat animã pacificam atq; tranquillam. Ex huiꝰ fluminis plenitudine quicũq; acceperit: sicut Iohãnes euangelista: sicut Petrꝰ: Paulus: eleuat uocem suã: & sicut apostoli euangelicæ prædicationis uocẽ usq; in totos fines orbis terrarũ canoro diffuderunt præconio: ita & iste incipit euangeliçare dominũ Iesum. Accipe ergo a christo: ut & tuus sonus exeat. Mare est scriptura diuina habens in se sensus ꝓfundos: altitudinem ꝓpheticorũ ænigmatũ: in quod mare plurima introierunt flumina. Sunt ergo & fluuij dulces atq; perspicui: sunt & fontes niuei qui saliant in uitã æternã: sunt & sermones boni sicut faui mellis: & gratæ sententiæ quæ animos audientiũ spiritali quodã potu irrigent: & præceptorũ moralium suauitate mulceant. Diuersa igitur scripturarũ diuinarũ fluenta. Habes ꝙ primũ bibas: habes ꝙ secũdum: habes ꝙ postremũ. Collige aquã christi: illam quæ laudat dominũ. Collige aquã de pluribꝰ locis quã effundunt nubes ꝓphetice. Quicũq; colligit de montibus aquã: atq; ad se trahit: uel haurit e fontibus: & ipse rigat sicut nubes. Imple ergo gremiũ mentis tuæ: ut terra tua humescat: & domesticis irrigetur fontibꝰ. Ergo qui multa legit &
Eccs.11. intelligit impletur: qui fuerit impletus: alios rigat: Ideoq; scriptura dicit: Si impletæ fuerint nubes: pluuiã in terrã effundent. Sint ergo sermones tui ꝓflui: sint puri & dilucidi: ut morali disputatione suauitatẽ infundas populorũ auribus: & gratia uerborum tuorum plebẽ demulceas: ut uolens quo ducis sequatur. Q2 si aliqua uel in populo uel in aliquibus cõtumacia uel culpa est: sint sermones tui hmõi ut audientẽ
Ibidẽ.12. stimulent: cõpungant male cõsciũ. Sermones eñ sapientũ tanq̃ stimuli. Stimulauit & dominus Iesus Saulũ: cum esset ꝓsecutor: Q3 salutaris fuerit stimulꝰ: cõsidera: qui
Act.9. ex ꝓsecutore apostolum fecit dicendo: Durum tibi est ut aduersus stimulũ calces. Sunt etiã sermones sicut lac quos ifudit Paulus Corinthijs. Qui eñ fortiorẽ cibum epulari nõ queunt: succo lactis: ingenij sui exercent infantiã. Eloquia tua plena itellectus sint. Vnde & Salomon ait: Arma intellectus labia sapientis. Et alibi: Labia tua alligata sint sensu: id est: fulgeat sermonũ tuorum manifestatio: intellectus coruscet: & alloquiũ tuum atq; tractatus aliena nõ indigeat assertiõe: sed sermo tuus uelut armis suis sese ipse tueatur: nec ullum uerbũ tuum inuanũ exeat & sine sensu ꝓdeat.

Est eñ alligatura quæ cõstringere solet animorũ uulnera: quã si quis reijcit: desperatam sui ꝓdit salutem. Et ideo circa eos qui graui ulcere uexantẽ: utere oleo sermonis quo foueas mentis duriciam. Appone malagma: adiunge alligaturam salutaris præcepti: ut uagos & fluctuantes circa fidem: uel erga disciplinæ obseruantiam: nequaquã soluto animo & remisso uigore patiaris perire. Admone igitur plæbẽ domini atq; obsecra ut abundet in operibus bonis: renũciet flagicijs: nõ accendat flammarũ incendia. Nõ dicam in sabbato sed in omni tẽpore: ne cõburat corpus suũ fornicatio: & imundicia nõ sit in dei seruulis: quia immaculato seruimus dei filio. Nouerit unusquisq; se: & uas possideat suum: ut subacto quodã sui corporis solo: fructus expectet debitos. Nec spinas & tribulos ei terra sua germinet: sed dicat & ipse: terra dedit fructus suos: atq; in hac dumosa quondã passionum fragilitate: insitiua uirtutũ effloreant. Edoce etiam atq; institue ut faciant qđ bonũ est: & unusquisq; nõ intermittat opus ꝓbabile: siue a pluribus uideatur: siue sine arbitro sit. Abundat eñ sibi locuples testis cõscientia. Fugiat etiã mala opprobria: etiã si se credat non posse conuinci. Nam & si clausus parietibus sit: & opertꝰ tenebris: sine teste: sine cõscio: habet tamen facti arbitrum quẽ nihil fallat: ad quẽ facta clamãt omnia. Deniq; clamauit & uox sanguinis. Sibi ipsum unusquisq; animũ suum seuerum sui iudicẽ: ultorẽ sceleris & uindicẽ criminis habet. Deniq; timens & tremens oberrabat Cain paricidalis fa-

cinoris luens pœnas: ut ei remedio ſua mors fuerit: quē uagum exulē formidato p̄ omnia momēta terrore mortis p̄ mortē exuit. Nemo igit̄ uel ſolus uel cū altero aliquid turpe aut improbū faxit: Et ſi quis ſol⁹ eſt: ſeipſum præ cæteris erubeſcat: quē maxime debet uereri. Nec cōcupiſcat plurima quia & pauca ei plurima ſunt. Paupertas & opes: inopiæ & ſatietatis uocabula ſunt. Nec diues eſt qui indiget aliquo: nec pauper qui nō indiget. Nec quiſq̄ uiduam ſpernat: circūſcribat pupillum: fraudet p̄ximum ſuū. Væ em̄ illi qui dolo congregatā habet ſubſtantiā: & in ſanguine ædificat ciuitatē: id eſt: animā ſuam. Hæc eſt em̄ quæ ædificat̄ ſicut ciuitas. Hanc ciuitatē non ædificat auaricia ſed deſtruit: nō ædificat libido ſed exurit atq̄ incēdit. Vis bene ædificare ciuitatē? Melius eſt exiguū cū dei timore q̄ thеſauri magni ſine timore. Diuitiæ hominis ad redemptionē animæ debent p̄ficere nō ad deſtructionem. Et thеſaurus redemptio eſt: ſi quis eo bene utat̄: & iterū laqueus eſt: ſi quis uti neſciat. Quid em̄ homini pecunia ſua: niſi quoddā uiaticū eſt? Multa oneri: moderata uſui. Viatores ſumus uitæ hui⁹. Multi ambulāt: ſed opus eſt ut quis bene tranſeat. Cum illo em̄ dominus Ieſus: qui bene tranſit: Ideoq̄ legis: Si tranſeas p̄ aquā: tecū ſum: flumina te nō cōcludent: nec igniſ exuret ueſtimenta tua ſi tranſeas. Qui autē ignem alligat in corpore ſuo: ignem libidinis: ignem īmodicæ cupiditatis: nō tranſit ſed exurit inuolucrū iſtud animæ ſuæ. Præclarior eſt bona exiſtimatio q̄ pecunia: & ſup̄ omnes argenti aceruos bona eſt gratia. Fides ipſa ſibi abundat: ſatis ſuperq̄ cenſu ſuo diues. Sapiēti quoq̄ nihil alienū niſi qđ uirtuti incōgruum. Quocūq̄ acceſſerit: ſua omnia: totus mūdus poſſeſſio eſt: quoniā toto eo quaſi ſuo utitur. Quid igitur circūſcribitur frater: quid fraudatur mercēnarius? Nō magna inquit lucra de mercede meretricis: id eſt: lubricæ iſtius fragilitatis. Meretrix iſta non ſpecialis ſed publica eſt. Non una mulier: ſed uaga omnis cupiditas meretrix eſt. Omnis perfidia: omnis fallacia meretrix: nō illa ſola quæ corpus p̄ſtituit ſuum: ſed omnis anima quæ ſpem ſuā uendit: quæ deformes quæſtus & degenerem ſtipem quærit. Et nos mercēnarij ſumus quia ad mercedē laboramus: & huius operis noſtri mercedē ſperamus a domino noſtro & deo. Si quis cognoſcere uult q̄ mercēnarij ſumus: audi dicentē. Quātis panibus mercēnarij patris mei abundāt: ego autē hic fame pereo. Et infra: Fac me inquit ſicut unū mercēnariorū tuorum. Omnes mercēnarij: omnes operarij. Qui tñ fructū expectat laboris: cōſideret q̄ is qui alium mercede fraudauerit debita: & ipſe fraudabit̄ ſua. Fœneratū iſtud offendit: & poſtea cumulatiore mēſura exoluet. Ergo qui nō uult amittere qđ eſt perpetuū: nō eripiat alij qđ tēporale eſt. Nemo etiā in dolo loquatur ad p̄ximū ſuum. Laqueus eſt in labijs noſtris: & ſæpe unuſquiſq̄ ſermonib⁹ ſuis nō explicatur ſed inuoluit̄. Fouea alta eſt os maliuoli: grande innocētiæ præcipitium: ſed maius maliuolentiæ. Innocens dū credit facile: cito labitur: ſed tamē iſte elapſus reſurgit: maledicus autē ſuis artibus præcipitatur: unde nunq̄ exiliat atq̄ euadat. Ponderet ergo unuſquiſq̄ ſermones ſuos non cum fraude & dolo: Statera fallax improbabilis apud deū: non illā ſtaterā dico quæ mercedem appendit alienā: & in uilibus quidē rebus raro cōſtat fallacia: ſed ſtatera uerborū ipſa apud deū eſt execrabilis: quæ prætendit pondus grauitatis ſobriæ: & ſubnectit uerſutias faudulentiæ. Hoc maxime condemnat deus: ſi decipiat aliquis p̄ximū ſuum p̄miſſoq̄ benignitate: & ſubdola iniquitate defœneratū opprimat: nihil ſibi p̄futurus aſtutiæ ſuæ artibus. Quid em̄ p̄deſt homini ſi totius mūdi capiat opes: animā autē ſuam uitæ æternæ defraudet ſtipendio? Alia pijs mentibus cōſiderāda ſtatera: qua ſingulorq̄ facta trutinātur: in qua plærūq̄ ad iudiciū peccata p̄pendunt: aut bene geſta peccatis præponderant. Væ mihi ſi præcedant flagicia & ad mortis præiudiciū lœtali uergant pondere: tolerabilius ſi ſubſequātur. Omnia tamē manifeſta dño & ante iudiciū: nec bona poſſunt latere: nec ea quæ plena ſunt offenſionis abſcondi. Q̄ beatus qui radicē uitiorum reſecare potuerit auariciā. Is p̄fecto ſtateram hanc nō reformidabit. Auaricia em̄ plærūq̄ ſenſus bebetat humanos: & puertit opiniones: ut quæſtū pietatē putent: & pecuniā quaſi mercedē prudentiæ. Mer-

Prouer. 15.

Eſa. 43.

Prouer. 22.

Luc. 15.

Prouer. 11.

Matth. 16.

ces autē magna pietatis est & quæstus sobrietatis: habere qđ usui est satis. Quid em̄ in hoc mundo ꝓsunt diuitiarū superflua: cum in ijs & nulla adiumenta nascendi sint nec impedimēta moriendi? Nam & sine integmēto in hoc mundo nascimur: & sine uiatico discedimus: sine hæreditate sepelimur. Pendet per singulos nostrorū statera meritorū: atq; exiguis uel boni operis: uel degeneris flagicij momētis huc atq; illuc sæpe inclinatur: si mala uergant: heu me: si bona: præsto est uenia. Nemo em̄ a peccato immunis: sed ubi ꝓpendunt bona: eleuātur peccata: obumbrant: tegūtur.

Ergo die iudicij aut nostra nobis opitulabunt opera: aut ipsa nos in ꝓfundū tanq̄ molari depressos lapide mergent. Grauis est em̄ utpote talento plūbeo suffulta iniquitas: intolerabilis auaricia atq; omnis superbia: tetra fraudulētia. Et ideo hortare plæbē domini: sperare magis in domino: abūdare in diuitijs simplicitatis: in quibus ambulet sine laqueo: sine impedimēto. Bona etiam puri sermonis sincæritas & locu
ples apud deū etiam si inter laqueos ambulet. Tamē quia alij nescit insidias aut uincula innectere: nō allīgatur. Illud quoq; præcipuū: si ꝓsuadeas ut nouerint humiliari: sciant uerum humilitatis colorē: naturam nouerint. Multi habēt humilitatis speciem: sed uirtutē nō habent: multi eam foris prætēdunt: & intus impugnant. Ad fu-
Eccl.19. cum præferunt: ad ueritatē abiurant: ad gratiam negāt. Est em̄ qui nequiter humiliat se: & interiora eius plena sunt doli. Et est qui se nimiū submittit a multa humilitate. Nō est ergo humilitas nisi sine fuco: sine fraude. Ipsa est uera quæ habet piam mē
Ro.5. tis sincæritatē. Magna uirtus eius. Deniq; p inobedientiā unius hominis mors introiuit: & per obedientiā unius domini Iesu christi: facta est uniuersorū redemptio.

Sciuit humiliari sanctus Ioseph: qui cū esset a fratribus in seruitutē uenditus: uel a
Gen.37 et 39. Ps.104. negociatoribus coemptus: humiliatus in cōpedibus: ut scriptura dicit: uirtutē humilitatis didicit: infirmitatē repudiauit. Itaq; emptus in ægypti partib⁹ a seruo regio coquorū præposito: non ꝓsapiæ nobilis cōscientia: quasi germē abramidarū dedignatus obsequia uernacula fastidiuit degenerē conditionē: sed magis gnauū se & fidelem herili imperio præbuit: alto intendēs cōsilio nihil interesse in quo statu quis ꝓbabilē se præstaret: sed illū esse finem bonorū: ut in quocūq; statu ꝓbarentur: illudq; præcipuū: si magis mores cōmendarent statū: q̄ status mores. Etenim quo status inferior: eo uirtus eminētior. Talem itaq; se exhibebat tam sedulū: ut ei dominus su⁹ totam domū suā crederet: ipsi omnia cōmitteret. Vnde & uxor eius oculos iniecit in eū capta formæ uenustate. Nihil em̄ ad nos si petulantib⁹ oculis aut ætas expetit aut pulchritudo. Ars desit: nullū ē crimē decoris illecebra faceſſat: inoffensa est species & formæ gratia. Itaq; percita atq; animi furens interpellat iuuenē: & cogente libidine uicta passionū stimulis crimen fatetur. Verū ille abiurat flagicium: dicēs nec moribus hebræorn̄ cōuenire nec legibus: ut alienum uiolēt thorū: quibus cura est tuendi pudoris: ut integri nuptiarū integris socientur uirginib⁹: nec ulli conueniant fœminæ: quæ legitimi usus thori nesciat: religionēq; sibi esse ne ebrius turpis intemperantiæ: ingratus herilis indulgētiæ: cui obsequiū deberet: ei grauē inferret contumeliā. Nunquid erubescebat uilem illum dominū tamē dicere & se seruum fateri?

Quinetiā cū ambiret mulier obsecraret: etiā metu ꝓditionis uel amoris sui lachrymas funderet ad extorquendi necessitatē: nec misericordia flexus ad flagicij cōsensum: nec coactus metu & precibus restitit: nec minis cessit: præponēs præmijs periculosam honestatē: q̄ turpem remunerationē casto pudori. Iterū quoq; mulier maioribus adorsa tentamētis: cum inflexibilē aduerteret: etiā secūdo immobilē passione: effera impudētia uires ministrante: iuuenē aggreditur: ueste apprehensa ad cubile trahens: cōplexū offerens: & pene cœperat: nisi exuisset Ioseph uestem qua tenebatur: ne exueret amictum humilitatis: indumentū pudoris. Sciuit igitur humiliari qui humiliatus est usq; ad carcerē. & cum sustineret calumniā: maluit crimen falsum subire q̄ uerum referre. Sciuit inquā humiliari qui humiliabat pro uirtute: humiliabatur in typo eius: qui se erat humiliaturus usq; ad morem mortē autē crucis. Qui uenturus erat: ut uitā hanc de somno resuscitaret: & somniū esse hunc ꝓ uiuendi

uſum doceret: in quo diuerſæ cõmutationũ uices tanq̃ ebriæ: & nihil ſolidum: nihil firmũ: tanq̃ dormientis ſomniũ uidentes nõ uidemus: & audientes non audimuſ: & manducãtes nõ ſatiamur: gratulantes nõ gratulamur: currẽtes nõ peruenim⁹. Vanæ ſpes hominũ in hoc ſæculo: qui ea quæ nõ ſunt tanq̃ quæ ſint ſequẽda arbitrent̃. Itaq; inanes & uacuæ rerum ſpecies: tanq̃ in ſomno uenerunt: abierũt: aſtiterũt: euanuerunt: Circumfuſæ & diſperſæ ſunt: teneri uidentur & nõ tenentur. Deniq; ubi quis audiuit dicẽtẽ: Surge qui dormis: & de ſæculi iſtius ſomno exurrexit: falſa hæc intellexit omnia: euigilauit & fugit ſomniũ: fugit poteſtas: abijt cura patrimonij: formæ uenuſtas: bonorum ſtudium. Hæc em̃ ſomnia ſunt quibus nõ mouentur qui uigilant corde: ſed dormientes exagitantur. Vadat̃ hunc ſermonẽ meũ ſanctus uir Ioſeph: nõ eſſe perpetua nec diurna quæ ſunt hui⁹ ſæculi: qui ab initio nobilis genere: cenſu diues: ſubito ignobilis ſeruulus: & ꝙ ipſam ſeruitij uilitatem acerbat: degeneris domini ære emptũ mancipium. Minus em̃ uile putatur ſeruire libero: geminatur autẽ ſeruitus: ubi ſeruitur uernaculis. Seruus igitur ex genere præclaro: pauper ex patre diuite: de amore ad odium: de gratia ad ſuppliciũ: rurſus de carcere ad aulam: de reatu ad iudicium traductus: neq; aduerſis fractus eſt: neq; eleuatus ſecũdis. Epb.5.

Aſſtipulatur etiã momentarias eſſe uices rerum etiã ſancti Dauid frequẽter uariatus ſtatus: qui deſpectus patri: precioſus deo: triumpho nobilis: inuidia uilis: aſcitus ad miniſteriũ regium: electus ad affinitatem: poſtremo faciẽ & ora mutatus: exul regni: fugitans paricidij: nunc ſua offendicula deplorabat: & rurſuſ aliena remouebat: conciliato hærede nobilior q̃ decolorato. Expertus igitur omnia: pulchre dixit: Bonum mihi ꝙ humiliatus ſum. Qq̃ hoc ad eum poſſit referri: qui cũ eſſet in dei forma: facilis inclinare cælos: deſcendit tamẽ & formam ſerui accipiens noſtras portauit infirmitates: qui præuidens ſanctos ſuos: non quaſi rapinam ſibi propriũ honorẽ aſſumere: ſed ſubijcere ſe æqualibus & alios ſibi anteferre dixit: Bonum mihi eſt ꝙ humiliatus ſum: Bonum mihi eſt: ꝙ me ſubieci: ut ſubiecta mihi ſint omnia: & ſit de⁹ omnia in omnibus. Hãc infunde humilitatẽ ſingulorum animis: & teipſum formã præbe omnibus dicens: Imitatores mei eſtote: ſicut & ego chriſti. Diſcant bonoꝝ operum diuitias quærere: & morũ eſſe locupletes. Pulchritudo diuitiarũ non in ſaculis diuitum ſed in alimentis pauperũ eſt. In illis infirmis & egenis melius opes lucent. Diſcant itaq; pecunioſi nõ ſua ſed ea quæ ſunt chriſti quærere: ut illos & chriſtus requirat: ut illis ſua largiatur. Impendit ꝑ illis ſanguinẽ ſuum: effudit illis ſpiritũ ſuum: offert illis regnum ſuũ. Quid amplius dabit qui ſeipium obtulit? Aut quid eſt ꝙ nõ ſit daturus pater: qui ꝑ nobis unicum filiũ tradidit mortĩ? Admone igit̃ illos ſeruire dño in ſobrietate & gratia: & tota mentis ſedulitate: erigere oculos ad cæleſtia: nihil ponere in lucro: niſi qd̃ uitæ æternæ ſit. Nam iſte omnis butuſce ſtat⁹ ſæculi animarũ diſpendiũ eſt. Deniq; omniũ detrimentũ paſſus eſt qui uolebat chriſtũ lucrari: qd̃ & ſi mirabiliter dixerit: minus tamẽ expreſſit q̃ acceperat. Hic em̃ de alienis locutus eſt: chriſtus autẽ dixit: Qui uult poſt me uenire: abneget ſeipſum ſibi: ut ipſe ſuum detrimentũ ſit: quo fiat lucrum chriſti. Caduca hæc omnia: cum damno ſine lucro: illud ſolum eſt lucrũ: ubi fruct⁹ ꝑpetuus: ubi æternæ merces quietis. Cõmendo tibi fili eccleſiã quæ eſt ad forum Cornelij: quo eam de ꝓximo interuiſas frequẽtius: donec ei ordinetur epiſcopus. Occupat⁹ dieb⁹ ingruẽtibus quadrageſimæ: tam longe nõ poſſum excurrere. Habes illic illyrioſ de mala doctrina arrianorum: caue eorum çiçania: nõ appropinquẽt fidelibus: non ſerpant adulterina ſemina: aduertunt quid ꝑpter ſuam perfidiã acciderit: ſibi quieſcant: aut ueram fidẽ ſequant̃. Difficile quidẽ imbuti animi infidelitatis uenenis: abolere poſſũt impietatis ſuæ glutinum: ſi tamẽ in ijs uirus infauſtum inoleuerit: nec facile ijs credendũ putes. Nerui em̃ ſunt & quidã artus ſapientiæ nõ temere credere: maxime in cauſa fidei: quæ raro perfecta eſt in hominibus. Tamen ſi quis eſt: qui licet ſuſpectæ ſit infirmitatis: & annũciantis affectus: & purgare habitã de ſe opinionẽ uelit: permitte: ut ſatiſfeciſſe ſe putet: indulge aliquãtulũ. Cuius em̃ excluditur ſatiſfactio: auertitur animus. Nã Pſ.118. 1.Cor.15. Ibidẽ.11. Luc.9.

etiam medendi periti cũ uident notas ægritudines: ut ipsi appellant: medicinã quidem nõ adhibent: sed tamẽ medicinæ tempus expectãt: nec deserunt inualidũ: sed leuioribus uerbis aut quibus possunt palpant delinimẽtis: ne aut intermissa ægritudo desperatione animi graueſcat: aut crudelior medicinã respuat: eo ꝙ ad maturitatẽ ꝓuenire nequeat: si indigeste insolens rerũ hmõi medicus adhibeat manus. Siquidem & pomũ cũ immaturũ exagitatur: cito deperit. Et quia de agro exemplũ sũpsim⁹: præcipe illis inuiolata cõfinij seruare iura: paternos custodire terminos quos lex tuetur. Supra fraternã charitatẽ frequẽter est uicini gratia. Ille em̃ sæpe lõge: hic in ꝓximo est: uitæ omnis testis: conuersationis arbiter. Delectet eum ꝑ finitima spacia laxare liberum pecus: & in herba uiridi proiectum secura captare ocia. Seruos quoq; domin⁹ iure seruitij subditos habeat ꝓ moderamine coertionis quasi animæ consortes. Paterfamilias em̃ dicitur: ut quasi filios regat: quoniã & ipse dei seru⁹ est: & patrem appellat dominũ cæli: moderatorẽ potestatũ omniũ. Vale & nos dilige ut facis: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Sabinũ: causam reddentis: Cur post scripturã prius directam codicem apertius scriptũ trãsmiserit: Cur etiam ꝓpriam manũ stilo suo affixerit: ad epistolarem inde ludum eũ inuitantis: & usum illius exponẽtis: Epla. XLV.

Ambrosius Sabino. Transmisi petitum codicẽ scriptum apertius atq; enodatius q̃ ea scriptura est quã dudum direxi: ut legendi facilitate nullum iudicio tuo afferatur impedimentũ. Nam exemplaris liber nõ ad speciem sed ad necessitatẽ scriptus est. Non em̃ dictamus omnia & maxime noctibus: quibus nolumus alijs graues esse ac molesti: tum quia ea quæ dictãtur: impetu quodã ꝓruunt & profluo cursu ferũtur. Nobis autẽ quibus cura est senilem sermonẽ familiari usu ad unguem distinguere: & lento quodã figere gradu: aptius uidetur propriã manũ nostro affigere stilo: ut nõ tam deflare aliquid uideamur q̃ abscondere. Neq; alterũ scribentẽ erubescamus: sed ipsi nobis conscij sine ullo arbitro: non solũ a uiribus sed etiam oculis ea ponderemus quæ scribimus. Velocior est em̃ lingua q̃ manus: dicente scriptura: Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Sed forte dicas: quia uelocitatẽ ad scribẽtem rettulit. Non te fallit tamẽ id significari ꝙ scribæ uelociter scribentis celeritas sola possit linguæ ꝓphẽticæ excipere sermones. Apostolus quoq; Paulus sua scribebat manu sicut ipe ait: Mea manu scripsi uobis: ille ꝓpter honorificentiã: nos ꝓpter uerecundiã. Tamẽ dum adhuc babes de libris iudiciũ: interludamus epistolis: quarum eiusmodi usus est: ut disiuncti locorũ interuallis: affectu adhæream⁹: in quibus inter absentes imago refulget præsentiæ: & collocutio scripta separatos copulat: in quibus etiã cum amico miscemus animũ: & mentem ei nostrã infundimus. Iam si ut hortaris aliquid & de ueteribus scriptis redoleat in epistolis. Non solũ autẽ conglutinari uidẽtur per ueræ doctrinæ ꝓfectum: sed etiã plenioris colloquij species & forma exprimi: ut inter quærẽdi & respondẽdi mutuas uices: assumpta concertatio in unum cõducere: & coram uideatur amicos locare: qui tali se lacessunt & cõplectunt munere. Quid aũt maior nostrorũ exempla ꝓferã: qui epistolis suis fidẽ infuderunt populor̃ mẽtibus: atq; ad integros & cõfertos scripserunt populos: & præsentes se esse cũ absentes scriberẽt significarũt: dicẽte sancto Apl'o: quia absens erat corpore sed præsens spiritu: nõ solũ cũ scriberet sed etiã cũ iudicaret. Deniq; absens ꝑ epistolã condẽnabat: & idẽ absoluebat ꝑ epistolam. Epistola em̃ Pauli quædã effigies erat eius præsentiæ & forma operis. Nõ em̃ ut aliorũ epistolæ graues inquit & fortes: præsentia aũt corporis infirma: & sermo cõtemptibilis talis & apostoli: sed talis huius epistola: ut talis esset forma præcepti: qualis esset operationis substantia: quia quales sumus inquit uerbo ꝑ epistolas absentes: tales & præsentes sumus in opere. Imaginẽ præsentiæ suæ in epistolis expressit: fructum & testimoniũ in opere significauit. Vale & nos dilige ut facis.

Ps. 44.

Sancti Ambrosij ad Eusebiũ: iocunditatẽ illius in filijs & filiorum benedictionem recensentis: Epla. XLVI.

AMbrosius Eusebio. Faustinus uterq; tibi redditus est nobis utrũq; Ambrosium pignus resedit. Ipse habes qđ primũ in patre: & quod iocundissimũ est in filio minore: quia & uirtutis apicem tenes: & humilitatis exhibes gratiam nos qđ medium inter patrẽ & iuniorem filium. Tecum summa totiꝰ domus & perpetuati uocabuli iugis successio. Apud nos parca mediocritas quæ & de sũmo pendeat: & in posteriore subsistat. Tecum igiť requies utriusq; nostrũ quæ cum inuicem nobis refunditur: omnẽ animi abstergit sollicitudinẽ. Tecum is qui & moribus & operibus suis: & sobole tali inuenit gratiã apud dominũ nostrum. Tecum is qui inter mũdi huius ꝓcellas spiritalem nutriuit columbam: quæ ei fructus afferat pacis uncta oliuo integritatis. Tecũ is qui ædificauit aram deo: quẽ benedixit deꝰ & filios eius dicens: Crescite & multiplicamini. Cum quo testamẽtum pacis statuit suæ: ut sit ei & filijs eius in ꝓgeniẽ æternam. Habes igiť hæredẽ diuinæ benedictionis: consortẽ gratiæ: participem iusticiæ. Sed uide quæso: ne iste nomine noster agricola: bonus plantator feracis uineæ: cum fuerit amoris & gratiæ tuæ inebriatus poculo: tanq̃ crapulatus a uino: diutius quieti indulgeat: ac si forte indormierit: excitet eum Sem nostri desideriũ. Est & ibi Iaphet iunior ex fratribus: qui pietatis reuerentia patrem induat: quẽ pater & dormiens uideat: nec unq̃ de pectore dimittat suo: quin semp oculis & complexu teneat: atq; euigilans intelligat: quæ ei fecerit filius suus iunior: qui latitudo latine dicitť: eo ꝙ in labijs eius diffusa gratia & sit in moribus propter qđ benedixit eum dominꝰ: quia ipse tanq̃ bonus retrorsum rediens: patrem texit pio charitatis uelamine: & detulit pietati honorẽ: de quo & pater ait: Læ/ tificet deus Iaphet in domibus Sem. Vnde & in enumeratione generationum præfertur seniori fratri: in benedictione substituitur. Præfertur ꝓpter honorẽ nominis: substituitur ꝓpter prærogatiuã senioris ætatis: & honorificentiã naturæ debitam. Sem autẽ dicitur latine nomen. Et bene hic noster Ambrosius bonũ nomen: in cuius domibus lætetur Iaphet: quia potius est nomen bonũ: super multas diuitiarũ copias. Sit ergo & iste benedictus & gratia eius super aurum & argentũ: sit in portione eiꝰ semẽ Abraæ: sint benedictiones in posteritate & omni familia iusti uiri. Sed maledictus nemo: benedicti omnes. Benedictus eñ Saræ fructus. Salutant te Ambrosij: salutat Parthenius dulcissimus: salutat Valẽtinianus paratus ad humilitatem: qđ hebraice chanaan dicitť quasi puer fratris sui: cui & nomine suo cessit. Et ideo tãq̃ Nemroth gemini gigas nominis: uenator egregius super terram: de duo dictum est Tanq̃ Nemroth gigas uenator ante dominũ. Namq; ingenio subrusticus: uiribꝰ ualidus: quos ingenio æquare non potest: uiribus superat: ut comacinas rupes gestare secum: & faciem tauro propior uultu uideatur exprimere: posthabitum se indignatus: & paterno exutum uocabulo metropolitanũ uirum bononiensi subditum: quia infantiæ nescit blanditias & de nutricis gremio se illæsus excussit. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Genes. 9.

Ibidẽ.

Prouer. 22.

Genes. 10.

Sancti Ambrosij ad Irenæum: confutãtis errorem cuiusdam maledici apollinaristæ: qui nõ potest audire ꝙ dominus noster Iesus christus pro nobis seruitutem susceperit: Epistola. XLVII.

AMbrosius Irenæo. Quẽ scripsisti maledici seminatorẽ sermonis: leuissimus est: qui iam ueneni sui mercedem recepit. Siquidem responsum est ei publice: & qđ priuatim seuerat: palam messuit. Ego autẽ uanum ante & inuisorẽ tantũ habebam. At ubi iste sermo ad aures peruenit meas: statim respondendi ꝙ eũ uirus infecerit apollinare: qui non potest audire ꝙ dominꝰ noster Iesus ꝓ nobis seruitutem susceperit in istius corporis susceptione: cum Apostolus clamet: ꝙ formam serui acceperit. Hoc munimentũ: hæc sepes ẽ fidei nostræ: qui hanc destruit: destruetur ipse: sicut scriptum est: Quia destruentẽ sepem mordebit serpens. Equidem primo leniter mandaui ei: qua ratione bonã rem malo animo facis? Ego eñ beneficio annumero: si quis mea legẽs scripta dicat mihi ꝙ uideatur moueri: Primũ quia & in ijs quæ scio: falli possum. Multa iure prætereunt: multa quibusdã aliter sonant:

Philip. 2.

Eccẽs. 10.

pulchrum est si fieri potest: cauere omnia. Deinde quia non debeo moleste ferre: si cum de apostolicis & ipsis euãgelicis dominicisq; uerbis plæriq; multas quæstiones serant: etiã in meis scriptis reperiant de quo disputandũ putẽt. Plæriq; enim studio indulgent suo: ut iste qui ꝓpterea orbem circuiuit ut quæreret quẽ reprehenderet non quẽ sibi imitandũ arbitraretur. Hic igitur ut arroderet aliquid de meis scrip-
Matth.11. tis: causam sibi amplam repperit: quoniã eo loci ubi dixit dominus Iesus: Confiteor
Ps.108. tibi pater domine cæli & terræ: diximus ideo dictum: ut nos intelligamus patrẽ filij esse & dominũ creaturæ. Qq̃ in psalmo euidenter dominũ dixerit patrem filius. Vi-derunt me & mouerunt capita sua: adiuua me domine de⁹ meus. Etenim ſm formã serui locutus dn̄m uocauit quẽ patrẽ nouerat: æqualis in dei forma seruũ ſm carnis substantiã se prædicans. Seruitus enim carnis: dominatus autẽ diuinitatis est. Ad-uertis igitur primũ ꝓ tua admirabili prudentia ea quæ in euangelio dicunt: ad euã-gelij tempus referri: quo domin⁹ Iesus inter homines humana specie cõuersabatur:
2.Cor.5. Nunc in secundũ hominẽ iam nõ nouimus christum: sit ita uisus & cognitus ueteri-bus: iam transierũt uetera: & omnia noua facta sunt. Omnia tamẽ ex deo qui nos si-bi per christũ reconciliauit. Eramus em̃ mortui: & ideo unus ꝓ omnibus mortuus & unus ꝓ omnib⁹ seruus factus est. Quid dicam seruus fact⁹ est? Peccatũ: opprobriũ: maledictum fact⁹ est. Dixit em̃ Apostolus: Quia ꝓ nobis peccatũ factus est: quia ma ledictum factus est domin⁹ Iesus: Dixit quia cũ sibi subiecerit omnia tũc & ipse sub-
Act.3. iectus erit. Dixit & Petrus: In nomine Iesu naçareni surge & ambula. Dixit quia glo-
Apoc.5. rificauit puerum suum Iesum: & nemo calumniatur de tẽpore. In Apocalypsi aũt &
Ps.21. agnus dictus est a Iohanne: dictus est in psalmo: uermis & nõ homo. Hæc omnia fac-tus est: ut nostræ obtunderet mortis aculeũ: nostram seruitutẽ tolleret: maledicta: peccata: opprobria deleret. Hæc & alia quæ consulenti cuidã & multo plura a te scripsisti relata: cũ scriptũra diuina habeat: quẽadmodũ quisq; dubitabit dicere quæ pie scripta sunt: quoniã ad gloriam christi spectant nõ ad imminutionẽ. Nam cum de dono eius: hoc est manna dictũ sit: quia & qui minus collegit nõ deminuit: & qui plurimũ: non ampliauit: unde potuit ipse uel minui uel augeri? Quid enim in eo im-minutum est ꝙ nostram seruitutẽ: nostras infirmitates suscepit? Erat humiliat⁹: erat in forma serui: sed idem in gloria dei patris. Erat uermis in cruce: sed idem dimitte-bat peccata etiã persecutorũ suorum. Erat opprobrium: sed idem maiestas domini:
Esa.40. sicut scriptum est: Et uidebitur maiestas domini: & uidebit omnis caro salutare dei. Quid amisit cui nihil minus est? Non habebat quidẽ speciem neq; decorẽ: sed habe bat plenitudinẽ diuinitatis. Infirmus existimabatur: sed nõ destiterat esse dei uirt⁹: uidebatur ut homo: sed fulgebat in terris maiestas diuina & patris gloria. Vnde
Philip.2. pulchre Apostolus eiusdem uerbi repetitione usus est dicẽs de domino Iesu: Quia cum in forma dei esset: nõ rapinam arbitrat⁹ est esse se æqualẽ deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Quid est in dei forma: nisi in plenitudine diuini-tatis in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cum esset in plenitudine diuinita-tis: exinaniuit se: & accepit plenitudinẽ naturæ & perfectiõis humanæ: sicut deo ni-hil deerat: ita nec hominis cõsummationi: ut esset perfectus in utraq; forma. Vnde
Ps.44. & Dauid dicit: Speciosus forma præ filijs hominũ. Concluditur apollinarista: nec quo se uertat habet: suis clauditur retib⁹. Ipse em̃ dixerat: Formam serui accepit: nõ seruus lectus est. Iterum ergo interrogo: quid est in forma dei? In natura dei. Sunt
Gal.4. em̃ ait Apostolus: qui nõ sunt natura dij. Quæro quid sit formã serui accipiẽs? Sine dubio perfectionẽ naturæ & cõditionis (ut dixi) humanæ: ut esset in hominũ simili-tudine. Et pulchre nõ carnis sed hominũ dixit similitudinem: quia in carne eadẽ. Sed quia sine peccato erat solus: omnis autẽ homo in peccato: in specie hominis ui-debatur. Vnde & prophęta ait: Et homo est & quis cognoscit eum? Homo ſm car-
Matth.8. nem: sed ultra hominẽ ſm diuinam operationem. Deniq; cum leprosum tãgeret:
Iob.11. homo uidebatur: sed ultra hominẽ cum emundaret. Et cum Laçarum fleret mortu-um quasi homo flebat: sed supra hominẽ erat: cum mortuũ uinctis iuberet pedibus

exire. Homo uidebatur cum penderet in cruce: sed supra hominē cum reseratis tumulis mortuos resuscitaret. Nec sibi blandiatur uirus apollinare: quia ita legit̄: Et Philip. 2.
specie inuentus ut homo. Non em̄ negatus est homo Iesus: cum alibi ipse Paulus de
eo dicat: Mediator dei & hominū homo christus Iesus: sed cōfirmatus est. Id em̄ est 1. Timoth. 2.
usus & moris scripturæ sic significare: Sic & in euangelio legimus: Et uidimus gloriā Joh. 1.
eius gloriam quasi unigeniti a patre. Sicut ergo quasi unigenitus dicitur: & non abnuitur unigenitus dei filius: ita ut homo dicitur: & perfectio fuisse in eo hominis nō
negatur. Cum esset igitur in forma serui humiliatus usq; ad mortem: erat tamen in
dei gloria. Quid ei igitur offuit seruitus? Seruus autem factus legitur: quia legitur
factus ex uirgine & creatus in carne. Omnis enim creatura seruit: dicente ꝓpheta:
Quia uniuersa seruiunt tibi. Vnde & deus pater ait: Inueni Dauid seruum meū: Ps̄. 118.
oleo sancto unxi eum. Ipse uocabit me: pater me⁹ es tu: deus salutis meæ: & ego pri- Ps̄. 88.
mogenitū ponam eum. Et in alio psalmo: Custodi animā meam quoniā sanctus sum Ps̄. 85.
saluum fac seruum tuū. Et infra in eodem psalmo: Da potestatē puero tuo: & saluū
fac filium ancillæ tuæ. Congessi enim patris & filij uoces: ut ei non argumenta hu
mana sed diuina responderēt oracula. Alibi inquit: In manus tuas cōmendo spiri- Ps̄. 30.
tum meū. Statuisti in loco spacioso pedes meos: super omnes inimicos meos factus
sum opprobrium. Et in eodem psalmo: Illustra faciē tuam super seruum tuum. Per
Esaiam quoq; dicit ipse filius dei: Ex utero matris uocauit dominus nomen meū: & Esa. 49.
posuit os meum ut gladium acutū: & sub tegmento manus suæ protexit me. Posuit
me sicut sagittam electam: & pharetra sua texit me & dixit mihi: Seruus meus es Is-
rael. Dicitur enim dei filius & israel: sicut alibi: Iacob puer meus: israel dilectus meus.
Solus em̄ uere deum patrem nō solum uidit sed etiā enarrauit. Et sequitur: In te glo-
rificabor. Et ego dixi: in uacuum laboraui: & in nihilum dedi uires meas: ideo iudici
um meum ante dominū: & dolor meus ante deum meū. Et nunc sic dicit dominus:
Qui finxit me seruum ex utero sibi ad congregandū Iacob & israel. Quis cōgre-
gauit dei populū nisi christus? Quis glorificatus est ante dominū? Quis est dei uir-
tus? Cui dixit pater: Magnū tibi est uocari te puerū meum? Et cui dicit: Ecce posui
te in testamentū generis mei in lucem gentiū: ut sis in salutē usq; ad extremū terræ?
De quo etiam per os Eçechiel locutus est dicēs: Suscitabo super eos pastorē unū: Ezech. 34.
& reget eos seruus meus Dauid: & erit eorum pastor: & ego domin⁹ ero illis in de-
um: & Dauid in medio eorum princeps. Dauid utiq; rex iam defunctus erat: & ideo
uerus Dauid: uerus humilis: uerus mansuetus: uerus manu fortis dei filius hoc an-
nunciatur nomine. Qui etiā in Zachariæ prophetæ libro significat̄ dicēte deo pa-
tre: Ecce ego mittam seruū meū: oriens nomē est ei. Nūquid quia habebat uestimē- Zacharie. 3.
ta sordida: ideo fulgorem diuinitatis suæ sol iusticiæ non habebat? Et quid plura?
An infirmius putamus seruitiū esse q̄ peccatum: q̄ maledictū: q̄ opprobrium: q̄ infir-
mitates: quas ꝓ nobis suscepit: ut a nobis auerterētur? Factus est enim hæc omnia:
ut uniuersa uacuaret. Sed hæc ideo nō recipiūt ꝙ seruus: opprobriū: peccatū: ma-
ledictū factus sit: quia uerbū & carnem uniuſ asserunt esse substantiæ: & dicunt: ergo
qui nos redemit: seruus dictus est: & peccatū debuit dici. Nec aduerterunt ꝙ hæc
christi gloria sit: quia seruitutē susceperit in corpore suo: ut libertatē omnibus redde-
ret: peccata nostra portauit: ut mūdi peccatū tolleret: Seruus: peccatum: maledictū
factus est: ut tu peccati seruus esse desisteres: te diuinæ sentētiæ maledicto absolue-
ret. Ille ergo maledictum susceperit tuū. Maledictus em̄ omnis qui pendet in ligno: Ille Deut. 21.
maledictum in cruce factus est: ut tu benedictus esses in dei regno: Ille deboneſtat⁹
& depreciatus est nec aliquid existimatus: Ille dicebat: Inuacuū laborauī: ꝑ quē me-
ruit Paulus dicere: Nō inuacuū laborauī: ut boni operis fructum & euangelicæ præ- Philip. 2.
dicationis gloriam suis conferret seruulis: ꝑ quam uniuersi sarcina laboris absoluerē-
tur. His igit̄ auditis derelictus est in dimidio dierum suorū perdix: qui clamauit ut
cōgregaret quæq; nō peperit: & oppressus est uoce domini Iesu. Deniq; adornat fu
gā. Vale & nos dilige quia nos te diligim⁹.

Sancti Ambrosij ad Irenæũ: ꝑsequẽtis illud qđ in Hieremia scriptũ est: Clamauit perdix: cõgregauit quæ nõ peperit: naturã istius auis describendo: & eũ diabolo ac membris suis adaptando: Epla. XLVIII.

Hiere. 17. AMbrosius Irenæo. Clamauit perdix: congregauit quæ nõ peperit. Licet enim mihi de superioris fine epistolæ sequentis mutuari exordium. Celeberrima quæstio: & ideo ut possimus eã absoluere quid de natura auis istius habeat historia: cõsideremus. Nam & hoc considerare: nõ mediocris prudẽtiæ est: Si quidem & Salomon naturas cognouit animaliũ: & locutus est de pecorib⁹: & uolatilibus: & de reptilibus: & de piscibus. Dicit̃ itaq; auis ista plena esse doli: fraudis: fallaciæ: quæ decipiendi uenatoris uias calleat: atq; artes nouerit: ut eũ a pullis auertat suis: omniaq; tentamẽta uersutiæ nõ prætermittere: quo possit uenantem abducere a nido & cubilib⁹ suis. Certe si insistere aduerterit: tamdiu illudit: q̃diu soboli fugiendi signum tribuat & potestatem. Quã ubi euasisse senserit: tunc se & ipa subtrahit: & lubrica arte deceptũ insidiantem relinquit. Fertur etiam ꝑmiscuæ esse permixtionis: ut fœminas cum sũmo certamine mares irruant: & uaga calescant libidine. Vnde impurum & maliuolũ & fraudulentum animal: aduersario & circũscriptori generis humani: fallacissimoq; & impuritatis auctori conferendũ putatur. Clamauit ergo perdix: quia a perdendo nomen accepit: sathanas ille qui latine cõtrarius dicitur. Clamauit in Eua primũ: clamauit in Cain: clamauit in Pharaone: Dathan: Abiron: Chore: Clamauit in iudæis: quando petierũt sibi fieri deos: cũ Moyses legẽ
Matth. 27. acciperet: Clamauit iterum: quãdo de saluatore dixerũt: Crucifigatur: crucifigatur: Sanguis eius sup nos & super filios nostros: Clamauit quãdo sibi regẽ fieri postulauerunt: ut recederent a domino deo rege: clamauit in omni uano & perfido. His uocibus congregauit sibi populos quos nõ creauerat. Deus enim hominẽ ad imaginem suam fecit: & diabolus sibi hominẽ uocis suæ fraude sociauerat. Cõgregauit sibi nationum populos faciens diuitias nõ cum iudicio. Vnde in prouerbio est de diuite auaro: Quia perdix iste cõgregat diuitias non cũ iudicio. At uero meus Iesus quasi iudex bonus: cũ iudicio omnia agit: qui uenit sicut scriptum est dicens: Ego loquor iusticiam & iudiciũ salutis. Ea igitur gratia deprædatus est perdicem illum diabolum: abstulit ei male congregatas diuitias multitudinis: reuocauit ab errore animas gentium: mentesq; nationũ deuiantium. Et quia diaboli uoce deceptos scie-
Gen. 4. bat: & ipse ut uincula nexusq; ueteris erroris solueret: clamauit primũ in Abel: cuius
Exo. 14. clamauit uox sanguinis: Clamauit ī Moyse cui dixit: Quid clamas ad me? Clamauit
Ps. 118. in Iesu naue: Clamauit in Dauid: q ait: Clamaui ad te salua me: Clamauit in omnibus
Esa. 40. ꝓphetis. Vnde & ad Esaiã dicit: Clama: & ille ait: Quid clamabo? Clamauit in Salo-
Prouer. 9. mone cõuocans cum altissima prædicatione ad sapientiã: Venite edite de meis panibus & bibite uinum quod miscui uobis. Clamauit etiã in corpore suo sicut Scara-
Matth. 27. bæus in ligno. Clamauit ut insidiatorem falleret & circũueniret dicens: Deus deus
Luc. 23. meus quare me dereliquisti? Clamauit ut despoliaret respõdens latroni: Amẽ amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in paradiso. Itaq; ubi clamauit Iesus: cõtinuo perdix ille a congregatis in dimidio dierũ suorũ derelictus est. Vnde & quidã naturæ perdicis etiã istud aptandũ putarũt: eo ꝙ aliena diripiat oua: & foueat suo corpore: atq; hac sua fraude partus alienos studeat acquirere. Sed (qđ aiunt cornicis oculum: habent enim & uolatilia suas artes) ubi istud aduerterit cui⁹ aut singula oua direpta aut cubile fuerit inuasum: sollicitata soboles erroris similitudine: ſpeciei simulatione decepta: & si infirmior uiribus: induit se atq; armat uersutia: & cũ labor omnis impensus nutrimentorũ educantẽ exhauserit: atq; adolescere pulli cœperint: tunc uocẽ emittit: & quadã pietatis tuba ꝓlem aduocat. Quæ naturali quodã auditu excitata agnoscit parentem & simulantẽ deserit. Ita cum uult cõgregare quæ non peperit: amittit quos nutriendos putauit. Nõ superfluo igit̃ & Iesus clamauit: ut quia totius mũdi populus uoce perdicis blanditijs arte specie deceptus ab auctore ꝓprio deuiauerat lubricas artes secut⁹: ueri parẽtis uoce reuocatus fallacem relinqueret: atq; in dimi-

dio dierum eius fraudulentũ desereret:id est:ante huiꝰ finem sæculi: cui nos eripuit dominus Iesus:& ad uitam æternã uocauit.Itaq; nunc mortui mundo:uiuimꝰ deo.

Cũ igitur perdix iste penitus a falsis filijs derelictus fuerit:tunc erit stultus ille quẽ elegit deus:& sapientẽ confudit:saluus. Quoniã quæ stulta sunt mũdi: elegit deus. 1.Cor.1.
Ideo si quis uidetur sapiens esse in hoc sæculo:stultus fiat ut sit sapiens. Vale fili & Ibidem.3.
nos dilige ut facis:quoniã nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Syriciũ:narrãtis illum Prisco aduenienti litteras dedisse:& se eidem reuertẽti alias reddidisse:Et quia utrũq; eorũ officio remuneratus sit: etiã eiꝰ officij preciũ incrementa debere adipisci gratiæ:Epla.XLIX.

AMbrosius Syricio. Prisco amico & æquæuo meo dedisti aduenienti litteras.Ego quoque reuertenti reddidi:quas & pro officio & pro amore debui.

Vtrũq; igitur nostrum suo officio remuneratꝰ est: qđ & mihi tuas & meas tibi restituit.Ideo eius officij preciũ incrementa debet adipisci gratiæ. Vale & nos frater dilige:quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Atticũ:scribẽtis litteras suas Priscũ sibi:& se illi alias reddidisse:Priscum dilectioni suæ amplꝰ cõmendantis:Epla.L.

AMbrosius Attico. Prisco meo dedisti litteras:Priscus meus mihi reddidit:& ego Prisco. Tu Priscũ ut soles dilige:& plus etiã q̃ soles: qꝑ eo suadeo: qa & ipse Priscũ meũ facio plurimi. Est em̃ erga eum Priscus hic noster amor: qui a puericia iam inde nobis cũ ætate accreuit simul:sed eum multo post uidi tempore:ut uere mihi non solũ nomine sed etiã tanti interuallo temporis Priscus aduenerit. Vale & amantes tui dilige:quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Fœlicẽ: significãtis tuberũ sibi missorũ partẽ amicis direxisse: Et illum qꝑ se tãdiu nequaq̃ reuisarit arguentis:Epla.LI.

AMbrosius Fœlici. Misisti mihi tubera & quidẽ miræ magnitudinis: ut stupori forent ea tã grandia:nolui in sinu:ut aiunt:abscõdere:sed alijs quoq; demonstrare malui.Itaq; partẽ direxi amicis:partẽ mihi reseruaui. Suaue munus:nõ tamẽ ita præpotẽs:ut cõprimeret querelã meam iure excitatã: qđ nos tamdiu amantes tui nequaq̃ reuisas.Et caue posthac ne maiora inuenias doloris tubera.

Nam huius nominis diuersa ratio. Vt enim grata in munere:ita in corpore atq; in affectu molesta sunt. De te impetra quo minus te abesse doleam.Nam causa commotionis meæ desideriũ est tui.Effice si potes:ut minus gratus sis. Rem exposui: causam ꝓbaui. Intorquẽda est amentata illa non manipularis sentẽtia:metuisti certe:sed uide q̃ mouear:ut delectet iocari:postea tamẽ ne excusaueris. Etem̃ q̃is tua bæc uectigalis mihi sit excusatio:male de te iudicat:nec de me melius: si aut tuã absentiã muneribus cõpensandam:aut me munerib⁹ redimendũ putes. Vale & nos amantes tui dilige:quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Romulũ:quæstioni illius:Cur uidelicet deus dixerit: Ponam cælũ æreum:& terrã ferream:satisfacientis:Epla.LII.

AMbrosius Romulo. Cum sis in agro:miror qua ratione de me quærẽdum putaueris:cur dixerit deus:Ponam cælum æreum:& terrã ferreã. Nã speLeuitꝯ.26.
Deutꝯ.28.
cies ipsa agri & præsens fertilitas docere nos potest quanta clementia sit aeris & cæli indulgentia:quãdo dignatur deus ubertatem dare: quãdo autẽ sterilitas: quemadmodũ clausa omnia:spissus aer:ut in rigorem æris solidatus putetur. Vnde
alibi habes:quia in diebus Heliæ clausum est cælũ annis tribus & mensibus sex. Si Luc.4.
gnificatur igitur clausum cælũ æreũ esse:usum sui terris negare. Terra quoq; ferrea est:cũ ꝓuentus abnuit:& iacta sibi semina tanq̃ bostili duricia genitali excludit aluo: quæ gremio solet blandæ matris fouere. Quãdo em̃ ferrum fructificat? Quando æs imbres relaxat? His igit̃ miserandã famem minatur impijs:ut qui pietatẽ filiorum cõmunium domino & patri exhibere nesciunt:careant nutrimento paternæ indulgentiæ:sit illis cælũ æreum concreto aere & solidato in metalli rigorem:sit illis terra ferrea partus suos nesciens & qđ plærumq; impia habebat: discordias serẽs. Raptũ

em̃ utuntur qui uictu indigent: ut alienis dispendijs famē suam ableuent. Iam si & offensa inhabitantiū huiusmodi sit: ut diuina cōmotione ijs inferanť prælia: uere terra est ferrea telorq; segetibus inborrens: & suis nuda fructibus: fæcunda ad pœnam: sterilis ad alimoniā. Vbi autem abundantia: Ecce ego pluo uobis panes: dicit dominus. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Titianū: illi cōgaudentis q̄ a Rufino liberat⁹ sit: quē sibi grauiorem iudicē in negocio cū nepte sua arbitrabať: Epl'a. LIII.

AMbrosius Titiano. Venit tibi innocens uictoria: ut sine uoti amaritudine potiaris uictoriæ securitate. Rufinus em̃ ex magistro officiorum factus est in consulatu præfectus prætorio: ac per hoc plus posse cœpit: sed tibi iam nihil obesse. Est enim aliarum præfectus partium. Q̄ gaudeo uel illi ut amico: quia honore auctus inuidia leuatus est: uel tibi ut filio: quia liberatus es ab eo: quē tibi grauiorem iudicem arbitrabare: ut si de negocio definiueris cū tua nepte: pietatis tuæ sit nō formidinis. Ideoq; ꝓmptior esto decisioni: cuius & spes potior & fructus est. Spes quia pater neptis tuæ: quid de illis sentias: sibi plurimū blandiebať: iam qđ de eo speret nō habet. Ille em̃ alia curat: præterita negligit: uel cū illud qđ tunc gerebat deposuit officium iste negocij sui meritū: nō sententiæ patronū considerat. Et fructus iocundior est: ut tibi referatur decisionis gratia: qui potueris iā spernere & non spreueris: pietatē spectans necessitudinis: nō stimulū offensionis. Vale & nos dilige ut filius: quia nos te ut parentes diligimus.

Sancti Ambrosij ad Syricium: gratum sibi asserentis cū & ab ipso litteras accipiat: & ille aliquos de conseruitio suo dirigat: eosq; se diligere conteſtantis qui non patiuntur se a suo munere diutius abesse: & ad sequendum dominum Iesum suadentis: Epistola. LIIII.

AMbrosius Syricio. Gratum est mihi cū litteras accipio tuas. At cum de cōseruitio nostro aliquos dirigis: ut fratrem nostrū & cōpresbyterū Syrum tuis es ꝓsecutus litteris: geminatur lætitia. Sed utinam fructus fuisset iste diuturnior. Nam statim ut uenit: recurrendum putauit: qđ quidem ad desiderium meum plurimū minuit: ad sui gratiam multum addidit. Nam ego diligo eos uel presbyteros uel diaconos qui cū aliquo processerint: nequaquā se patiunť a suo diutius abesse munere. Dicit em̃ ꝓpheta: Non laboraui sequens post te. Quis autē potest laborare sequens Iesum: cū ipse dicat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego uos reficiam? Sequamur ergo Iesum semp nec desinamus. Q̄ si semper sequamur: nunq̄ deficim⁹. Dat em̃ uires sequētibus se. Itaq; quo ꝓpior uirtuti fueris: eo fortior eris. Plærūq; cū sequimur: diciť nobis ab aduersarijs: Vbi est uerbū domini: ueniat. Sed nos nō fatigemur sequendo: nō auertamur subdolæ interrogationis impedimēto. Dicebať hoc ꝓphetæ cū mitteretur in carcerē: cū demergeretur in uoraginē luti. Vbi est uerbum domini: ueniat. Sed ille multo magis secut⁹ est: & ideo ad brauiū puenit: ideo accepit coronam: quia nō laborauit qui sequebať Iesum. Nō est em̃ labor in Iacob: nec dolor uidebiť in Israel. Vale & nos dilige: qa & nos amantē nostri ut parentē diligimus.

Matth. 11.

Sancti Ambrosij ad Fœgadiū & Delphinū episcopos: insinuantis Polibiū ut utriq; eorum scriberet poposcisse: ac post datam epistolā utriusq; nomine conscriptā alteram exegisse: & ei se illam dedisse: Epistola. LV.

AMbrosius Fœgadio & Delphino episcopis. Polibius filius noster cum de Africanis regressus partib⁹ in quibus proconsularem iurisdictionem egregie repræsentauit: aliquantulos nobiscum exegisset dies: summa gratia se meis uiscerib⁹ infudit. Deinde cum abire hinc & demeare uellet: popòscit ut utriq; uestrum scriberem. Promisi futurum. Itaq; dictaui epistolam: & utriusq; conscriptā nomine dedi. Postulauit alteram. Dixi ad utrūque uestrum datā more usuq; nostro: eo q̄ sancta mens uestra nō epistolarum numero sed coniunctione nominū delectaretur. Nec perpeti posset ut fieret uocabulorū separatio: quorū affectus cōueniret:

Ideoq; præscriptum nostro muneri ut uteremur charitatis cõpendio. Quid plura? Exegit alteram: dedi: ut neq; illi negarẽ quod posceret: nec mihi immutarẽ quod in usum uenerat. Ita & ille habet quod utriq; reddat: quia id solũ prætendit: ne cum alteri reddidisset: alteri uacuus foret. Et ego uobis indiuisæ gratiæ munus sine ullo dependã offensionis periculo: & diuisionis scrupulo. Cũ præsertim etiã hæc forma scriptionis apostolicæ sit: ut & unus ad plures: ut Paulus ad galatas: & duo ad unum possint scribere: sicut est scriptũ: Paulus uinct⁹ Iesu christi & Timothæus frater: Philemoni. Ad philemonẽ Salutẽ uobis dico: diligite nos & orate ꝓ nobis: quia ego uos diligo.

Sancti Ambrosij ad Romulum: de eo q̃ Aaron populo poscenti sibi deos fieri aurum detraxerit: et q̃ eo auro figuratum sit uituli caput: & q̃ Moyses tam dure indignatus sit ut iuberet quẽque insurgere in necem ꝓximi sui: quid ipse sentiat experimentis: Epistola. LVI.

AMbrosius Romulo. Epistolarũ genus ꝓpterea repertum: ut quidã nobis cũ absentibus sermo sit: in dubium nõ uenit. Sed fit hoc usu exẽploq; pulchrius: si inter parentẽ ac filios crebra & iocũda alloquia cædantur: ut uere inter disiunctos corpore quædã imago referatur præsentiæ. His em̃ adolescit officijs amor: sicut tuis ad me aut meis ad te auget litteris. Sed hoc multo locupletius ꝓximis tuæ dilectionis experiri cœpi affatibus: quibus me consulendum putasti: quid sibi uellet q̃ Aaron aurũ detraxerit populo poscenti sibi fieri deos: Et q̃ eo auro figuratũ sit uituli caput: uel q̃ Moyses tam dure indignat⁹ sit: ut iuberet proximũ quẽq; insurgere gladijs in necem ꝓximi sui. Exo. 32. Magnũ est enim nullum pati absentibus damnũ irrepere non solũ suauitatis sed etiam collationis & liberalis scientiæ. Quid igitur de eo sentiam quoniã exposcis: conferendi magis q̃ exponendi studio loquar. Cũ Moyses in monte syna legem acciperet: populus erat cum Aaron sacerdote. Et q̃is frequenter ad culpam lubricus: tamẽ q̃diu lex dabatur: sacrilegio errasse non ꝓditur. Verum ubi diuinũ conticuit oraculum: peccatum irrepsit: ut peterent sibi fieri deos. Coactus Aaron petit anulos eorum & inaures mulierũ: quæ tradita in ignem misit: & conflatũ est uituli caput. Neq; excusare tantum sacerdotem possumus neq; cõdemnare audemus. Non imprudẽs tamẽ qui anulos iudæis & inaures abstulit. Etenim qui sacrilegium moliebantur: nec fidei signaculũ habere poterant: nec ornamenta auriũ. Deniq; & patriarcha Iacob abscõdit inaures cum simulacris gentium: quãdo in sichimis abscondit: ut nullus audiret superstitiones gentilium. Pulchre aũt dixit: Deponite anulos & inaures aureas: quæ sunt inaures mulierum uestrarum. Non quo uirorũ inaures relinqueret: sed q̃ uiros non habere manifestaret. Congrue quoq; inaures auferuntur mulieribus ne iterum Eua uocem serpentis audiret. Et ideo quia sacrilegiũ audierant: conflatis earum inauribus conflata est imago sacrilegij. Qui enim male audit: cõflare sacrilegium solet. Cur autẽ caput uituli exierit: sequẽtia docent. Quia significabatur futurum q̃d Hieroboam posteriore tempore hoc gen⁹ sacrilegij induceret: ut populus hebræor; adoraret uitulos aureos: siue q̃ omnis ꝑfidia similis immanitatis atque insipientiæ bestialis sit. 3. Reg. 12. Cuius rei indignitate percitus fregit tabulas Moyses: & cõminuit uituli caput atq; in puluerem redegit: ut omnia impietatis aboleret uestigia.

Fractæ sunt enim primæ tabulæ ut pararentur secundæ: quibus ꝑ euangelij prædicationẽ perfidia cõminuta euanuit. Sic Moyses typũ illum dissipauit ægyptiũ: & altitudinem extollẽtem se compressit æternæ legis auctoritate. Vnde & Dauid ait: Et confringet dominus cedros libani: & comminuet eos tanquam uitulum libani. Ps. 28.

Itaque absorbuit populus omnẽ perfidiam ac superbiam: ne eum absorberet impietas & arrogantia. Melius est enim ut unusquisq; præualeat carni & uitijs eius: ne dicatur de eo quia deuorauit eum mors præualens: sed dicat̃ magis: Deuorata est mors in uictoria sua. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? 1. Cor. 15. Et de domino dictum: De torrente in uia bibet. Quia acetum accepit: ut absorberet uniuersorum tentationes. Ps. 109. Q; autem occidi fecit a ꝓximis proximos: filios a parentibus:

a fratribus fratres: præceptum euidens: quia præferēda est religio necessitudini: pi-
etas propinquitati. Ea est em̄ uera pietas quæ præponit diuina humanis: perpetua
Exo.32. temporalibus. Vnde & ipse Moyses ad filios Leui dixit: Qui paratus est a domino:
ueniat ad me. Et dixit illis: Hæc dicit domin⁹ deus israel: imponite unusquisq; gladiū
suum in fæmore suo: & pertransite: ut cōtemplatione atq; amore reuerētiæ diuinæ
perimeret omnis affectus necessitudinis. Et occisa quidē scribuntur tria milia ho-
minū. Nec numeri inuidia mouemur: quia melius est paucorū supplicio uniuersos
exui q̄ in omnes uindicari. Neq; uero aliquid durū uidetur ꝓ uindicta iniuriæ cæle-
stis. Deniq; sanctiora cæteris ad hoc munus eligūtur ministeria leuitarū: quorum
portio deus. Nesciunt em̄ suis parcere: qui nihil suum norūt. Quoniā sanctis omnia
deus est. Et etiam ille leuita uerus: ultor & uindex: qui carnē interimit ut seruet spi
1.Cor.9 ritum: qualis erat ille qui ait: Castigo corpus meū & seruituti redigo. Quid autē tam
proximum q̄ caro animæ? Quid tam ꝓximum q̄ sunt passiones corporis? Eas in se le
uita bonus interimit spiritali gladio: qui est uerbum dei bis acutum & ualidū. Est
Luc.2. & gladius spiritus qui pertransit animā: sicut ad Mariam dictū est: Tuam ipsius ani-
mam pertransibit gladius: ut reuelentur multorū cordium cogitationes. Nonne ca-
ro animæ fraterno quodā copulatur consortio? Nonne etiā mēti nostræ affinis pro-
pinquus sermo est? Cum igitur cōprimimus sermonē ne multiloquio peccatum in-
cidamus: ius germanitatis abrumpim⁹: & fraternæ uinculum propinquitatis dissol-
uimus. Irrationabile quoq; suum anima tanq̄ cognatum rationabili uigore dissociat.

Sic ergo Moyses docuit populū insurgere in proximos suos: per quos fides reuo
caretur: uirtus impediretur: ut desecaretur in nobis quicquid a uirtute deuiū foret:
confusum erroribus: uitijs innexum. Hac institutione populi meruit: ut nō solum
deliniret indignationem diuinam: atque offensam auerteret: uerumetiā conciliaret
gratiam. Pro captu itaque nostro quid sentiremus: quoniam consuluisti expressi-
mus. Ipse si quid melius habes: nobis comparticipato: ut ex te & ex nobis discā-
mus quid potius eligendum & sequendum sit. Vale & ut filius nos dilige: quoniā
& nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Seuerū episcopū: scribentis cōpresbyterū suū Iacobū Cāpa-
niæ sibi ad requiescēdum littora ubi orationi uacet & deo seruiat elegisse: se uero in
medio omniū molestiarū freto uersari cōquerentis: Epla. LVII.

AMbrosius Seuero episcopo. Ex ultimo persidis profectus sinu: Iacobus
frater & cōpresbyter noster campaniæ sibi ad requiescendū littora & ue-
stras elegit amenitates. Aduertis quibus in locis quasi ab hui⁹ mundi ua-
cuam tēpestatibus suppetere sibi posse præsumpserit securitatē: ubi post
diuturnos labores reliquū uitæ exigat. Remota em̄ uestri ora littoris: nō solum a
periculis sed etiā ab omni strepitu tranquillitatem infundit sensibus: & traducit an i-
mos a terribilibus & sæuis curarum æstibus ad honestam quietē: ut illud commune
omniū specialiter uobis uideatur congruere & conuenire qđ ait Dauid de sancta ec
Ps.23. clesia: Ipse super maria fundauit eam: & super flumina præparauit eam. Etenim li
ber animus a barbarorum incursib⁹ & præliorum acerbitatibus uacat orationibus:
inseruit deo: curat ea quæ sunt domini: fouet illa quæ pacis sūt & trāquillitatis. Nos
autem obiecti barbaricis motibus & bellorū procellis in medio uersamur omnium
molestiarum freto: & ꝓ his laboribus & periculis grauiora colligimus futuræ uitæ
pericula. Vnde de nobis ꝓphēticum illud concinere uidetur pro laboribus: Vidi ta
bernacula æthiopum. Etenim in istius mundi tenebris quib⁹ obumbratur ueritas
futuræ ꝓfectionis: cum annū tertium & quinquagesimū iam perduxerim in hoc cor
pore situs: in quo tam graues iam dudū sustinemus gemitus: quomō nō in taberna-
culis æthiopum tendimus & habitamus cū habitantibus madian? Qui ꝓpter tene-
1.Cor.2. brosi operis conscientiam: dijudicari etiam ab homine mortali reformidant. Spiri-
tualis enim dijudicat omnia: ipse autem a nemine dijudicatur. Vale frater & nos
dilige ut facis: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Studium: pia illi psuasione respondẽtis: quid in causa cuiusdã criminosi potius agere debeat: Epla. LVIII.

AMbrosius Studio. Recognosco puræ affectũ mẽtis: & fidei studium: & domini nostri Iesu christi timorẽ. De quo etiã ego uererer responsum referre: constrictus altero qđ est cõmissum uobis ꝑ custodiã legum: altero autem ꝑ misericordiã & gratiam: nisi de hoc apostolicã haberes auctoritatẽ: quia Ro. 13. non sine causa gladium portat qui iudicat: dei ẽm uindex est in eos qui male agunt.

Qđ tamen & si cognitum tibi foret: nõ ociose scisciandũ putasti. Nam non sunt extra ecclesiam tamen: qui in aliquos capitalem sententiã ferendam existimauerũt.

Plæriq; etiam sponte se abstinẽt & laudantur quidẽ: nec ipsi eos possumus nõ prædicare: quia auctoritatẽ apostoli eatenus obseruamus: ut ijs cõmunionem nõ audeamus negare. Vides igitur quid auctoritas tribuat: quid studeat misericordia. Excusationẽ habebis: si feceris: laudem si nõ feceris. Sed si non potueris facere: nec tamen innocẽtes atterere squalore carceris & absoluere: plus quasi sacerdos ꝑbabo. Potest ẽm fieri ut causa cognita recipiatur ad sententiã reus qui postea aut indulgẽtiam sibi petat: aut certe sine graui seueritate (qđ quidã ait) habitet in carcere. Scio tamen plærosq; gentilium gloriari solitos ꝙ in cruentã de administratione ꝓuincialj securim reuexerint. Si hoc gentiles: quid christiani facere debent? Ad omnia tamẽ accipe responsum saluatoris. Nam cum adulteram repperissent iudæi: obtulerunt eam saluatori captãtes: ut si absolueret eam: uideret legẽ soluere: qui dixerat: Non ueni legem soluere sed implere: si dãnaret: uideretur aduersum finẽ uenisse ꝓpositi sui. Hoc igitur præuidens dominus Iesus: inclinato capite scribebat in terra. Joh. 8. Matth. 5. Joh. 8.

Quid scribebat nisi illud ꝓpheticũ: Terra terra scribe hos uiros abdicatos: qđ de Iechonia lectum est in Hieremia ꝓpheta? Cum iudæi interpellant: in terra scribũtur nomina iudæorũ. Cum adeunt christiani: nõ scribunt in terra fidelium nomina: sed in cælo. In terra autẽ scribunt abdicati a patre proprio: qui patrẽ tentant: & contumelias irrogant auctori salutis. Cũ interpellant iudæi: inclinat caput Iesus: & quia nõ habet ubi reclinet caput suum: iterũ erigit quasi dicturus sententiã: & ait: Qui sine peccato est: prior lapidet eam. Et iterũ inclinato capite scribebat in terra. Audientes illi exire cœperunt singuli incipiẽtes a senioribus: uel ꝙ ipsi plura haberent crimina qui diu uixerant: uel quia priores uim intellexerũt sententiæ: quasi prudentiores: & cœperunt sua magis peccata deflere: qui alieni criminis uenerãt accusatores. Hiere. 22. Joh. 8. Ibidem.

Recedentibus ergo illis remãsit solus Iesus: & eleuans caput ad mulierem ait: Vbi sunt qui te accusabant? nemo te lapidauit? Et illa respõdit: nemo. Dicit ei Iesus: Nec ego te damnabo: uade & amodo uide ne pecces. Nõ damnat quasi redemptio: corrigit quasi uita: quasi fons abluit. Et quia qñ se inclinat Iesus: ideo inclinat ut iacentes eleuet: Ideo ait remissio peccatoꝝ: Nec ego te damnabo. Habes qđ sequaris. Põt ẽm fieri ut ille criminosus possit habere spem correctiõis: si sine baptismo est: ut possit accipere remissionẽ: si baptiçatus ut pœnitentiã gerat: & corpus suũ ꝓ christo offerat. Quantæ sunt ad salutẽ uiæ? Et ideo maiores maluerunt indulgentiores esse circa iudices: ut dum gladius eoꝝ timeret: & reprimeret scelerũ furor: nõ incitaretur. Q; si negaretur cõmunio: uideret criminosorũ uindicata pœna. Maluerũt igitur priores nostri: ut id in uoluntate magis abstinẽtis q̃ in necessitate sit legis. Vale & nos dilige: quia nos quoq; te diligimus.

Sancti Ambrosij ad sacerdotes quosdam & omnem clerum plæbis Thessalonicẽsium: de obitu: uita: uirtutibus & conuersatione sancti uiri Acholij. Epla. LIX.

AMbrosius Anatolio: Numerio: Seuero: Philippo: Macedonio: Amyano: Theodosio: Eutropio: Claro: Eusebio: & Timothæo dominis sacerdotibꝰ: & omni clero plæbis thessalonicensium dilectis salutem. Dum semper affixum tenere animo desidero uirum sanctum: atque omnes actus eius quasi in specula positus exploro: hausi nimia indagine sollicitudinis amaritudinem nuncij celerioris: & qđ adhuc mallem nescire: cognoui: in cælestibus iam requiesce-

re uirum ſanctum Acbolium quem in terris requirebamus. Quæritis quis hoc an/
nunciauerit: cum ueſtræ ſanctitatis nondum ueniſſent litteræ? Non teneo aucto/
rem nunciį: & uſu quidem uenit: ut non libenter teneamus nuncium mœſtitudinis:
ſed tamen clauſo mari: occupatis terrarum barbarica infeſtatione regionibus: cum
deeſſet qui aduenire potuerit: nō defuit qui nunciaret: ut mihi uideatur ipſe ſanctus
annūciaſſe ſe nobis: eo ꝙ iam perpetuo laboris ſui potiret̄ ſtipēdio: & ſolutis uincu/
lis corporis inter angelorū miniſteria chriſto adhæreret: cupiens amantis ſui errorē
abſoluere: ne illi longæuitatē uitæ huius deprecaremur: cui uitæ æternæ iam præ/
mia deferebant̄. Abiįt ergo: non obiįt: & emigrauit a nobis ueteranus chriſti Ieſu
Ps. 54. cælo: terræq; iſtius ſolū mutans: & plaudens alis atq; remigiįs ſpiritualib⁹ dicit: Ecce
elongaui fugiens. Cupiebat em̄ apoſtolico ſpiritu iam dudū terras relinquere: ſed
Phil. 1. tenebatur uotis uniuerſorum: ſicut de Apoſtolo legimus: quia remorari eū diutius
in carne erat eccleſiæ neceſſariū. Viuebat em̄ nō ſibi ſed omnibus: & populis erat
uitæ æternæ miniſter: ut prius eius fructum etiā in aliįs q̄ in ſe adipiſceretur. Eſt igi/
tur iam ſuperiorū incola: poſſeſſor ciuitatis æternæ illius bieruſalē quæ in cælo eſt.

Videt illic urbis eius menſurā immenſam: purū aurum: lapidē precioſum: lumen
ſine ſole perpetuū: & hæc omnia iam dudū quidem ſibi comperta: ſed nunc facie ad
Ps. 47. faciē manifeſta uidens dicit: Sicut audiuimus: ita & uidemus in ciuitate domini uir/
Baruch. 3 tutū: in ciuitate dei noſtri. Ibi ergo poſitus appellat populū dei dicēs: O iſrael q̄ ma
gna eſt domus dei: & q̄ ingens locus poſſeſſionis eius: magnus & nō habens finem.
Sed quid hoc eſt? Dum merita uiri conſidero: & quaſi diſcedentē ſpiritu ſequor: &
ſanctorum choris deducentibus intermiſceor: nō merito ullo ſed affectu pene ſum
oblitus mei: Ita ne ergo raptus eſt nobis murus fidei gratæ & ſanctitatis quem toti/
ens ingruentibus gotthorum cateruis: nequaquā tamen potuerunt barbarica pene
trare tela: expugnare multarum gentium bellicus furor? Deniq; in cæteris popu
latores locis: illic pacē rogabant: mirantibuſq; qd ſibi ſine milite ullo obſiſteret: a pru
dentioribus intimabatur Heliſæi intus imitatorē degere: ætate ſupparē: nō imparē
ſpiritu: cauerent ne exemplo ſyriaci agminis ſibi quoq; cæcitas offunderet̄. Et ta/
men circa diſcipulos ſuos diuerſa dona chriſti ſunt. Heliſæus quidē in ſamariā ca/
ptiuas aries induxit ſyrorum: Sanctus autē Acholius precibus ſuis fecit ut de parti/
bus macedoniæ uictores fugaret. Nōne & hoc intelligimus uirtutis ſuperioris fuiſ
ſe: ut ubi miles nullus aderat: illic pellerētur ſine milite? Nōne & hoc cæcitatis eſt
ut fugerent: quos nullus urgebat: ſed urgebat & præliabatur ſanct⁹ Acholius: nō gla
diįs ſed orationibus: nō telis ſed meritis? An incognitum nobis eſt dimicare ſanctos
4. Reg. 6. et 7 etiā cum ferient̄? Nōne ocioſus erat Heliſæus? Ocioſus ſcilicet corpore ſed uibra/
bat ſpiritu: & orationibus præliabat̄: quādo in caſtris ſyriæ uox equitū & uox uirtu/
tis magnæ audiebatur: adeo ut putarent ſyri aliorū regum aduerſus ſe uenire exer/
citus: qui populo iſrael adiumēto forent. Vnde ꝑculſi magno fugerūt pauore: ita ut
leproſi quattuor qui mortis egreſſi fuerāt deſiderio: caſtra hoſtium deprædarent̄.

Nōne in macedonia ſimilia dn̄s ꝓ orationes ſancti Acholįi fecit mira: aut ꝓpe maio
ra? Nō em̄ inani metu nec ſupflua ſuſpitione: ſed ſæuiente lue & ardēti peſtilētia p/
turbati gotthi ac territi ſunt. Deniq; tunc fugerūt ut euaderent: regreſſi poſtea pacē
rogarūt ut uiuerent. Vidimus itaq; in tāti uiri meritis ſuperiora ſæcula: & opera ꝓ/
phetarū quæ legebam⁹ aſpexim⁹. Quaſi Heliſæus inter arma: inter acies: dū uixit
uerſat⁹ eſt: meritis ſuis cōponens prælia. Deniq; ubi ſecuritas cohabitantib⁹ reddi/
ta eſt: qd̄ ipſo fuit duri⁹ bello: ſanctū exhalauit ſpiritū: & quaſi Helias uſq; ad cælum
eleuatus eſt: nō curru quidē igneo: nec equis igneis: niſi forte illa nō uidimus: nec in
cōmotione aeris: ſed in uolūtate & placiditate dei noſtri: & ſanctorū angelorū læti/
cia: qui ad ſe tātū uirū trāſiſſe gratulabant̄. Certe dubitare illa nequaquā poſſum⁹:
qn̄ quidē reliqua cōgruerūt. Siquidē eodē momēto quo ille adhuc eleuabat̄: uelut
quodā melotidis ſuæ dimiſſo amictu: ſanctū Anyſiū diſcipulū ſuū iduit: & ſui ueſtiuit
infulis ſacerdotįj: cui⁹ meritū & gratiā nō nunc primū audio: nec in ueſtris epiſtolis

didici: sed in uestris litteris recognoui. Nam quasi præscius successurũ sibi: & si ꝑmissis tegebat: tamẽ indicijs designabat: adiutum se eius cura labore officio memorans: ut iam declarare consortẽ uideret: qui nõ quasi nouus ad summũ sacerdotium ueniret: sed quasi uetus sacerdotij executor accederet. Cui pulchre conuenit dictum illud euangelicũ: Euge bone serue & fidelis: quoniam super pauca fidelis fuisti supra multa te constituã. Matth. 25. Hæc mihi de sancto Acholio uobiscũ cõmunia. Illud tamẽ speciale: quo deuinctus sum beatæ memoriæ uiro: quia tribuit mihi ut eum nõ ignorarem. Nam cũ eo ueniente ad italiã ægritudine cõfectus tenerer: ut nõ possem occurrere: ipse ad me uenit & uisitauit. Quo studio: quo affectu ipse in me & ego in eum irruimus? Quo gemitu mala istius sæculi & ea quæ hic accidерẽt deplorauimus: ita ut lachrymarũ ꝑfluuio uestẽ infunderem⁹? Dũ salutatione exoptatissima mutuo desiderio & expetito diu fruimur: adhærem⁹ amplexu. Itaq; qđ uoti mei erat: illi⁹ bñficij fuit: qa potui illum uidere. Nã & si maior portio & plenior cognitio sit in spiritu uidere quos diligimus: tamẽ etiam in figura corporis uidere desideram⁹: Sic aliquando reges terræ quærebant faciẽ Salomonis uidere & audire eius sapientiã. Discessit igitur a nobis: & nos in hoc reliquit salo: sed qđ illi utile: id multis ipo barbarico furore est grauius: quia illum iste depellebat. Hunc nobis quis poterit repræsentare? Sed repræsentat domin⁹: & seipsum in discipulo repræsentat: Repræsentãt iudicia uestra: quibus dictũ est: Date Leui manifestos ei⁹ & ueritatẽ suam. Viro sancto dedistis manifestũ eius: utpote eius institutione fundatum: dedistis imitatorem uiri eius qui dixit patri suo & matri suæ: non uidi te: & fratres suos nõ sciuit: & filios non recognouit: custodiuit uerbũ domini: & testamentũ eius obseruauit. Narrabunt populi iusticiã eius. Talis uiri uita: talis hæreditas est: talis conuersatio: talis successio. Ille se monasterijs puer dedidit: & intra Achaiam angusto clusus tugurio: gratia tamen multarũ terrarum peragrauit diuortia: ad summũ sacerdotium a macedonicis obsecratus populis: electus a sacerdotibus: ut ubi ante fides per sacerdotem claudebatur: ibi postea per sacerdotẽ muralia fundamenta fidei cõfirmarentur. Nõ aliter etiam eius discipulus imitatione: qui & ipse dixit patri suo & matri suæ: non uidi te. Non uidit eñ studio: nõ uidit affectu: & fratres suos non sciuit: qa deum scire desiderauit. Et hic recognouit uerbum domini: & custodiuit testamentum eius: & imponit honorẽ in ara eius semper. Benedic domine fidem eius: sanctitatem: sedulitatem. Benedictio tua ueniat super caput eius & super uerticẽ ipsius. Sit honorificus inter fratres suos: sit in eo tauri species: ut uentilet corda inimicorũ: & sanctorũ mentes demulceat: & iudicium sacerdotũ tuorum in eo sicut lilium floreat. Valete fratres & diligite me quia ego uos diligo.

Sancti Ambrosij ad Anysium: sancti Acholij successorem: de successione eius congaudentis: uitãque sancti Acholij cõmendantis: & illius adolescentiã: iuuentutẽ atq; senectutẽ benedicẽtis: Epla. LX.

AMbrosius episcopus Anysio fratri. Iam dudũ te teneo: & si nunc primũ lego: meritisq; cõpertũ habeo quẽ oculis nõ uideram. Doleo quidẽ illud accidisse sed hoc successisse gaudeo. Quia licet superstite me non optauerim illud cõtingere: speraui tamen post illius sancti uiri exitũ: hoc solũ posse merito succedere. Tenemus ergo te sanctæ memoriæ Acholij dudũ discipulũ: nũc successorem hæredẽq; eius uel honoris uel gratiæ. Magnum meritũ frater gaudeo tibi ne uno quidẽ momẽto de successore tanti dubitatũ uiri: & magnũ onus frater tãti nominis pondus subisse: tantæ libræ tãtiq; examinis. Quærit̃ in te Acholius: & sicut erat in affectu tuo: ita in officijs desiderat̃ illius uirtutis: illi⁹ disciplinæ effigies: illi⁹ fortitudo animi in tã senili corpore. Vidi fateor uirũ: nã & hoc meritis illius debeo ꝙ illũ uiderim. Vidi ita illũ esse in corpore: ut extra corpus putarẽ. Vidi imaginẽ illius qui se siue in corpore siue extra corpus nesciens: raptũ ad paradisum uiderat. Ita eñ ꝑcurrebat oĩa ex cursu frequẽti constãtinopolim: achaiam: epirũ: italiã: ut iuniores eũ nõ possent cõsequi. Cedebãt fortiores corpore: quia eũ sine impedimẽto esse corporis

nouerāt: ut eo tantū ꝓ uelamine uteretur nō ꝓ officio: certe ad ſeruitium nō ad ſubſidium. Ita enim affecerat corpus ſuum: ut in eo mundū crucifigeret: & mundo ſemetipſum. Benedictus dñs & benedicta adoleſcētia eius quā exegit in tabernaculis dei Iacob: poſitus in monaſteriis: in quibus cū quæreret a parentibus uel ꝓximis
Matth.12. dicebat: Qui ſunt fratres mei: aut quæ mater mea? Non noui patrem uel matrē uel fratres meos: ſed eos qui audiūt uerbū dei & faciunt. Benedictus ꝓceſſus etiā iuuentutis ipſi⁹: in qua ad ſummū electus eſt ſacerdotiū: maturo iam ꝓbat⁹ uirtutū ſtipēdio. Venit em̄ tanq̄ Dauid ad pacē populi reformandā: Venit tanq̄ illa nauis aurum ſecū intelligibile uehens & ligna cedriua & lapides precioſos: ut illas columbæ pennas deargētatas: quib⁹ inter medias ſortes ſomno pacis & trāquillitatis ſopore
Cant.5. dormiuit. Eſt em̄ ſanctor̄ etiam ſomnus operarius: ſm q̄ ſcriptū eſt: Ego dormio: &
Gen.28. cor meū uigilat. Et ſm q̄ Iacob ſanctus diuina dormiens uidebat myſteria: quæ uigilans nō uiderat: de cælo ad terras aerem peruiū ſanctis reſpicientē dominū & pollicentē terræ eius poſſeſſionē. Itaq; breui ſomno dormiens impetrauit qđ magno labore poſtea acquiſiuit. Hæreditas eiuſ eſt em̄ ſomnus ſanctor̄: feriatus ab omnibus corporis uoluptatib⁹: ab omni animi ꝓturbatione: trāquillitatē menti inuehēs: placiditatem animæ: tanq̄ ſoluta nexu corporis ſe ableuet & chriſto adhæreat. Hic eſt ſomnus uita ſanctor̄: quā uiuebat ſanctus Acholius cui⁹ benedicta etiā ſenectus ipa eſt. Vere ſenectus illa uenerabilis quæ nō canis ſed meritis albeſcit. Ea eſt em̄ reuerenda canicies: quæ eſt canicies animæ in canis cogitationib⁹ & operibus effulgens. Quæ eſt em̄ uere ætas ſenectutis: niſi uita immaculata: quæ nō diebus aut menſibus ſed ſæculis ꝓpagatur: cui⁹ ſine fine eſt diuturnitas: ſine debilitate longæuitas? Quo em̄ diuturnior: eo fortior (eo q̄ diutiuſ eam uitā uixerit) in uirum ꝓfectum excreſcit.

Huius igitur ſucceſſorē te dñs non ſolū honore ſed etiā moribus ꝓbet: & ſumma fundare dignet̄ gratia: ut ad te quoq; populi cōcurrant: de quibus dicas: Qui ſūt iſti qui ſicut nebulæ uolant: & ſicut colūbæ cum pullis ſuis? Veniant quoq; ſicut naues tarſis quæ accipiant frumentū: qđ Salomon uerus impartiuit uiginti menſuras tritici. Accipiant oleū & ſapientiā Salomonis: & ſit pax inter te & populū: & teſtamentū pacis cuſtodias. Vale frater & dilige nos: qa nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Candidianū: ſplendorē ſermonis & fulgorē affectus eius cōmendantis: illiq; benedictionē optantis: Epiſtola. LXI.

EMbroſius Candidiano fratri. Summ⁹ quidē ſplendor in ſermone eſt tuo: ſed magis in affectu elucet mihi. Nam in epiſtolis mentis tuæ aſpicio fulgorē dilectiſſime frater ac beatiſſime. Dñs te benedicat: & det tibi ſui gratiā. Nā & ipſe in epiſtolis tuis uota magis q̄ mea merita recognoſco. Quæ em̄ merita mea tantis tuis æquētur ſermonib⁹? Dilige nos frater: quia nos te diligimus.

Liber Octauus.

Sancti Ambroſij ad Irenæum: quæſtionē: Cur dñs deus mānā pluerit ppl'o patrū & nunc nō pluat: diſſoluentis: Epl'a. LXII.

a EMbroſius Irenæo. Quæris a me: cur dñs deus manna pluerit populo patrum & nunc nō pluat. Si cognoſcis pluit: & quotidie pluit de cælo mānā ſeruiētibus ſibi. Et corporeū quidē illud manna hodie plæriſq; in locis inuenitur: ſed nunc nō eſt tanti reſ miraculi quia uenit qđ ꝓfectum eſt. Perfectū aūt panis de cælo: corpus ex uirgine: de quo ſatis euangelium te docet. Quāto præſtantiora hæc ſupioribus? Illud em̄ manna: hoc eſt panē illū qui māducauerunt: mortui ſunt: hunc aūt panē qui manducauerit uiuet in æternū. Sed eſt ſpirituale mānā: hoc eſt pluuia ſpūalis ſapiētiæ: quæ ingenioſis & quærentibus de cælo infunditur: & irrorat mentes pior̄: & obdulcat fauces eorū. Quigitur intellexerit infuſionē diuinæ ſapientiæ delectat̄: nec aliū cibum requiret. Nec in
Matth.4. ſolo pane uiuit ſed in omni uerbo dei. Qui curioſior fuerit quærit qd ſit iſtud quod melle dulcius ſit. Reſpondet illi miniſter dei: Hic eſt panis quē dedit tibi deus man-

ducare. Qui sit iste panis: audi. Sermo inquit quē ordinauit deus. Hæc ergo ordinatio dei: hæc alimonia alit animā sapientis: & illuminat atq; obdulcat: resplēdēs ueritatis coruſco: & mulcens tanq̄ fauo quodā diuersarum uirtutū suauitate & sermone sapiētiæ. Faui em̄ mellis sermones sunt boni: sicut scriptū est in Prouerbijs. Cur aūt minutū sit: causam accipe. Quia & granū synapis minutū est: qđ cōparat̄ regno cælorū: & fides quæ sicut granū est synapis: potest montes tollere & iactare in mare. Et fermēto simile est regnū cælorum qđ abscondit mulier in farinæ mēsuris tribus donec fermentet̄ totum. Et Moyses caput uituli aurei cōminuit sicut puluerē & misit in aquā & dedit populo bibere. Incrassatū em̄ erat cor eorū perfidiæ immanitate: ut emollirēt̄ & fidei sumeret subtilitatē. Deniq; illa mulier quæ bene emoluerit assumetur: ea autē quæ male emoluerit derelinquet̄. Emole ergo & tu fidem tuā: ut sis sicut illa anima: quæ christi in se charitatē excitat: quā mirantur ascendentem uirtutes cælorū qđ sine offensione ascendat: & ex hoc mundo ascendat cū lætitia & iocunditate sicut uitis ꝓpago: & sicut fumus se ad supna subrigat fragrans odorem resurrectionis piæ & suauitatē fidei: sicut habes scriptū: Quæ est hæc quæ ascēdit a deserto sicut uitis ꝓpago: fumo incensa: odorificata mirrha & thure ab omnib⁹ puluerib⁹ unguēti? Pulchre subtilitatē eius expressit pulueris cōparatione & unguenti cōmemoratione: quia in Exodo subtile legimus & ex multis cōpositum thymiama: illud esse incēsum ꝓphetic̄ū qđ est sanctoꝝ oratio: ut dirigatur in conspectu dñi: sicut & Dauid dicit: Dirigat̄ oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Deniq; græcus κατευθύνω θώ ἡ προσευχή μου σω θύμίάμα ἐμωπιόμ σου dixit. Et in Apocalypsi Iohannis legim⁹: Quia stetit angelus ante altare habens thuribulum aureum & data sunt ei thymiamata multa de orationibus sanctorū omniū. Et ascendit fumus inquit thymiamatū orationū sanctorum de manu angeli in cōspectu dei. Et umbilicus animæ ac uenter subtilis est illius quæ ascēdit ad christū: Ideoq; laudatur uoce sponsi dicentis: Vmbilicus tuus crater tornatilis nō deficiens musto: uēter tu⁹ aceruus tritici minuti inter lilia. Est em̄ in omni doctrina tornatus: & potus spiritalis nō deficiens plenitudine: & cælestiū secretorū cognitione. Vēter quoq; animæ mysticus sicut umbilicus: quo uentre non solum fortē cibum sumit quo corda firmant̄: sed etiā suauem ac florulentū quo delectant̄. Et fortasse hoc docuit Moyses multis orationibus & pijs illud mitigandū sacrilegium. In libro quoq; Regnoꝝ cum se dñs sancto reuelaret Heliæ: uox auræ tenuis præcessit: & statim se ei dns reuelauit: ut cognoscamus ea quæ corporea sunt: crassa esse & pinguia: & quæ spiritalia: mollia & subtilia: ut nō possint cōprehendi oculis. Deniq; & spiritus sapiētiæ subtilis & mobilis legit̄ in libro Sapientiæ: Quia est in illa spirit⁹ intelligentiæ: sanctus: unicus: multiplex: subtilis & mobilis: qui sermones suos molat prius ne quid offendat uel in sensu uel in alloquio. Deniq; illi babyloni: cum destruet̄: dicitur: Et uox molæ nō audietur in te amplius. Hoc igit̄ manna subtile erat: & ad diem colligebat̄: in diē alterum nō seruabat̄: eo ꝙ inuenta sapiētiæ in tēpore sint gratiora: nec tam mirāda quæ spacio tēporis reperiūtur: q̄ illa quæ præsentis fundunt̄ ingenij uiuacitate: siue quia futura reuelantur mysteria: eo ꝙ seruatū manna usq; ad solis exortum: esui iam esse non posset: id est: usq; ad christi aduentū habere gratiā. Oriente autem iusticiæ sole & splēdidioribus christi corporis & sanguinis sacramētis refulgētib⁹ cessarēt inferiora: pfecta illa sumēda ppl'o forēt. Vale & nos dilige: qa nos quoq; te diligim⁹.

Sancti Ambrosij ad Iustū: differētis ꝙ ueteres quos plæriq; ꝑm artem scripsisse negant ꝑm gratiam quæ super omnē artem est scripserint: de quoꝝ tamē scriptis ij qui de arte scripserunt artē inuenerunt: Epl'a. LXIII.

AMbrosius Iusto. Negant plæriq; nostros ꝑm artē scripsisse. Nec nos obnitimur: nō em̄ ꝑm artem scripserunt: sed ꝑm gratiā quæ sup omnē artem est. Scripserunt em̄ quæ spiritus ijs loqui dabat. Sed tamē ij qui de arte scripserunt: de eorū scriptis artē inuenerūt: & condiderunt cōmenta artis & magisteria. Deniq; in arte requirunt̄ præcipue: ut sit αἰτίομ ὑλη ἀποτέλεσμά. Cum igitur

Prouer. 16.
Luc. 13.
Ibidem. 17.
Luc. 13.
Exo. 32.
Matth. 24
Cant. 3.
Exo. 30.
Ps. 140.
Apoc. 8.
Cant. 7.
Exo. 32.
3. Reg. 19.
Sap. 7.
Exo. 16.

Gen.22. legamus sanctũ Isaac patri dicere: Ecce ignis & ligna: ubi hostia? Quid horũ deest? Nam qui quærit dubitat: qui respondet quærẽti: ꝓnunciat & dubitationẽ absoluit. Ecce ignis: id est: ἀίτιον: & ligna: id est hyle: quæ latine materia dicitur. Tertiũ quid supest nisi ἀποτέλεσμά: qđ filius quæsiuit: pater rettulit dicẽti: ubi hostia? Deꝰ inquit ꝓuidebit sacrificiũ fili. Differamꝰ paulisper mysteriũ. Ostẽdit deꝰ pẽdentẽ arietem cornibus. Aries autẽ est uerbum plenũ tranquillitatis & moderationis atq; patientiæ: quo ostẽditur bonũ sacrificum iusticiæ etiã sapientiã & prudenter emerendi ac ꝓpitiandi rationẽ cognoscere. Vnde & ꝓpheta ait: Sacrificate sacrificium iustiPs.4. ciæ. Itaq; iusticiæ: ita ut sapientiæ sacrificiũ est. Ecce ergo mens calida & feruens ut ignis quæ operatur: Ecce & intelligibilia: id est materia: ubi est tertiũ intelligere. Ecce color: ubi est uidere: Ecce sensibilia: ubi est sentire. Materia eñ nõ ab omnibus uidetur: ideoq; deus dat munus intelligendi: & sentiendi: & uidendi. Verbũ ergo dei ἀποτέλεσμά est: id est definitio & cõsummatio disputationis: qđ infunditur prudentioribus: & dubia cõfirmat. Pulchre autẽ etiam ij qui in aduentũ christi nõ crediderunt: seipsos reuincunt: ut cõfiteantur qđ negandũ putant. Dicunt enim arietẽ uerbum dei: & nõ crediderunt passionis mysterium: cũ in illo mysterio uerbum dei sit: in quo impletũ est sacrificium. Ergo primũ accendamus in nobis ignem mẽtis ut operet in nobis. Quæramus subijciẽtes materiã quid sit qđ nutriat animã: tanq; in tenebris requiramus eam. Neq; eñ uel patres sciebant quid esset manna. Inuenerunt inquit manna dicẽtes ipsum esse sermonẽ & uerbum dei: unde omnes disciplinæ fonte iugi ac perpetuo fluũt ac deriuant. Hæc est esca cælestis. Significatur
Exo.16. aũt ex persona dicẽtis: Ecce ego pluam uobis panes de cælo. ἀίτιον ergo eo ꝙ operatur deus: qui irrigat mentes rore sapientiæ: hyle quia uidẽtes animæ & gustantes delectantur: & requirũt unde sit illud splendidius luce: dulcius melle. Respondetur eis scripturæ serie: Hic est panis quẽ dedit uobis dominꝰ manducare: & hoc est uerbum dei qđ disposuit deus uel ordinauit quo pascitur anima prudentiũ & delectat: Est candidũ & suaue ueritatis splendore illuminans: & uirtutũ suauitate demulcens audientiũ animas. In se enim didicerat ꝓpheta quid esset cõsummandæ rei ἀίτιον.
Ibidem.3. Nam cũ mitteretur ad populũ dei liberandũ: ad regem ægypti ait: Quis sum ego ut uadam: & educã populũ a regis potestate? Respondit dominꝰ: Ego ero tecum. Interrogabat iterũ Moyses: Quid dicam illis si requirãt quis est dominꝰ qui misit te: & qđ nomen est illi? Dixit dominꝰ: Ego sum qui sum. Dices qui est: misit me. Hoc est
2.Cor.1. uerum nomẽ dei esse semper. Vnde & apostolus de christo: Dei eñ filius Iesus christus qui in nobis est: qui ꝑ nos prædicatus est: ꝑ me & Siluanũ & Timothæũ nõ fuit
Exo.4. in illo: inqt: est & nõ: sed est ī illo fuit. Respõdit Moyses: Si nõ crediderint mihi neq; obedierint uoci meæ: dicẽtes: quia nõ apparuit tibi deus: quid dicã illis? Dedit illi sig
Ibidem. na facere: ut crederetur quia a domino missus est. Tertio ait Moyses: Non sum dignus: & gracili uoce sum & tardiori lingua: quomõ me audiet Pharao? Responsũ est ei: Vade & ego periã os tuum: & instruã te quid debeas loqui. Interrogationes ergo illæ in medio & respõsiones habent sapiẽtiæ semina & theorian. Gratum tamẽ ἀποτέλεσμα est: quia ait: Ego ero tecũ. Et q̃is dederit ei signa facere: tamẽ dubitanti iterũ (ut scias quia signa nõ credentibus: promissum aũt credentibus) respõdit ad infirmitatẽ: uel meriti: uel uoti: Ego periam os tuũ: & instruã te quid debeas
Matth.7. loqui. Perfectum ergo ἀποτέλεσμα seruatũ est. Habes hoc & in euãgelio: Petite & dabitur uobis: quærite & inuenietis: pulsate & periet uobis. Pete ἀποτοῦ αἰτίου: id est: ab auctore quære. Habes hylem: intelligibilia: quibꝰ quæras: pulsa & aperit tibi deus uerbũ. Quæ petit: mens est: quæ operat sicut ignis intelligibilia: in quibꝰ mentis ardor operatur sicut ignis in lignis: aperit uerbũ tibi deus qđ est ἀπο
Ibidem.10. τέλεσμα. Habemus & alibi in euangelio dicẽte domino: Cum autẽ tradẽt uos: nolite cogitare quomõ aut quid loquamini: dabitur eñ uobis in illa hora quid loquamini. Non eñ uos eritis qui loquimini: sed spiritus patris uestri qui loquit in uobis.
Gen.27. Habes hoc & in Genesi dicente Isaac: Quid est ꝙ tam cito inuenisti fili? Qui dixit:

Qđ tradidit domin⁹ deus tuus in manus meas. ἀποτέλεσμά dominus est: qui per dominũ quærit inuenit. Laban deniq; qui per dominũ nõ quæsiuit: quia quærebat idola: nõ inuenit. Pulchre autẽ qđ dicunt boros seruauit. Primus est boros: Vade affer mihi de uenatione tua ut manducẽ. Excitat atq; adolet: uelut igit̃ quodam adhortationis suæ mentẽ eius ut operet̃ & quærat. Secũdus boros: Quid est ꝙ tam cito inueniſti? Hic in interrogatione est. Tertius boros in respõsione: Qđ tradidit domin⁹ deus tuus in man⁹ meas. ἀποτέλεσμά deus est: qui cõcludit & cõsummat oẽnia de quo dubitandũ nõ est. Est & ille boros de spõtaneis: Si nõ seminaueritis nõ metetis. Nã & si cultura ꝓuocet semina: tamẽ natura spontaneo quodã ut surgãt in ijs operatur ingenio. Vnde Apostolus: Ego plãtaui inquit: Apollo rigauit: sed de⁹ incrementũ dedit. Itaq; neq; qui plãtat est quicq̃: neq; qui rigat: sed qui dat incremẽtum deus. Dat tibi deus in spiritu: & in corde tuo seminat domin⁹. Age ergo ut inspiret: & seminet ut metas: si non seminaueris non metes: quasi admoneris ut semines: nõ seminasti: non metes: quasi admoneris ut semines sententia est. Principio finis cõuenit: principiũ semen est: finis messis. Disce inqt ex me: natura adiuuat discẽtẽ: deus aũt auctor naturæ est. Dei quoq; ut benedicemus quia hoc naturæ est: ꝓdiscere. Duri emi corde nõ discunt. Incremẽta ꝓ naturã quæ diuini habet gratiã muneris: cõsummationẽ & ꝓfectionẽ deus dat: id est: illa præstãtissima & diuina trinitatis natura & substãtia. Vale & nos dilige ut facis: quia nos te diligimus. Genes. 31. Ibidem. 27. 1. Cor. 3.

Sancti Ambrosij ad Syagriũ Veronensis ecclesiæ episcopum: litteris illius respõdentis: eũq; uehementer arguentis de iudicio attemptato in causa cuiusdã uirginis per turpes quasdã ꝑsonas accusatæ: Et cur causam istam ad se reuocauerit: & qualẽ in ea sententiã ꝓnũciauerit exponẽtis: Epla. LXIIII.

HAmbrosius Syagrio ueronensis ecclesiæ episcopo. Prospiciendũ esse ne de nostro obloquanẽ iudicio charissimi nostri ueronẽses ꝓprijs texuisti litteris. Non arbitror fore: certe nõ solent. Aut si obloquantur: de quo obloqui solent: haud dubie liquet: cum exasperati huc ueniant: pacifici ad te reuertãtur: presertim cum hoc iudiciũ nostrum cũ fratribus & cõsacerdotibus nostris participatũ processerit. Tu autẽ sine alicuius fratris cõsilio hoc iudicium tibi solus iudicandũ putaris: in quo tamẽ ante iudicium præiudiciũ feceris: ut puellam Xenonis sanctæ memoriæ iudicio probatã eiusq; benedictione sanctificatã: post tot annos sine auctore criminationis: sine accusatore: sine ꝓfessore delationis: in periculũ reatus deducendam arbitrarere. Cui inuidia esset a uanis: ab hæreticis: ut ipsi uolunt: a turpibus ꝑsonis conflata per scelus: per auariciã: per intemperantiã: quærẽtibus ꝓprij libertatem flagicij: ab ijs postremo qui domo eius electi atq; eliminati forent: ꝙ discolora opera subtexerent: quã prima fronte suæ ꝓfessionis prætenderãt. Huiusmodi accusatores: huiusmodi testes in tuo cõstituebas iudicio: qui neq; accusare audebant: neq; delationis se nexu obligare: atq; ita inspectioni adiudicandã constituebas uirginem: quã nullus argueret: nullus deferret. Vbi hæc cognitionis solẽnitas? Vbi talis iudicandi formula? Si leges publicas interrogemus: accusatorẽ exigunt: si ecclesiæ: duobus inquit & tribus testibus stat omne uerbũ: sed illis testib⁹ qui ante hesternũ & nudiustertius nõ fuerint inimici: ne irati nocere cupiant: ne læsi ulcisci sese uelint. Inoffensus igitur affectus testium quæritr̃: ita tamẽ ut accusator prius in medium ꝓcedat. Ipsi illi presbyteri iudæorũ manus suas prius supra caput imposuerunt Susannæ: & accusationẽ ꝓfessi sunt: & pariter addiderunt testimonij auctoritatem: quã imprudenter populus sub errore positus acceperat. Sed diuino iudicio ꝓ propbetã retexit & redarguit omnipotẽs deus: ut liqueret omnibus eos uelle in inuidiam præseminare aduersum innocẽtis periculũ qui deficerẽtur accusationis argumento & firmamẽto ꝓbationis: uidelicet conijciẽtes: ꝙ si præoccupatis uulgi auribus inuidia mentẽ incesseret: præiudiciũ examinãdæ ueritatis inferret. Etem cũ audita præueniunt: aurẽ obstruunt: animũ occupant: ne ꝓbatio desideretur: ut rumor pro conuicto teneatur crimine. Nos igitur accusatorẽ exegimus: & auctorem Deut. 17. Matth. 18. Daniel. 13.

totius scænæ maximũ perurgendũ arbitrati sumus. Verũ ille accusationem quã studio informauerat: uerbo detulerat: deseruit ꝓfessione: & tamen affectu urgebat: arte exequebatur: sed refugiebat nomine ꝙ diffideret ꝓbationi. Deniq; sparsis rumoribus: sed etiã epistolis cõpositis & destinatis: quæsiuit acerbare inuidiã delationis: sed nequaquã opprimi potuit integritas & circũueniri. Nam si habuisset ꝓbationes: nunq; inspectionẽ tua sententia flagitauisset. Quid igit' sibi uelit: & quo spectet: ꝙ obstetricẽ adhibendam credideris: non possum aduertere. Itane ergo liberũ erit accusare omnibus: & cum ꝓbatione destiterint patebit: ut genitalium secretorum petant inspectionẽ: & addicentur semp sacræ uirgines ad huiusmodi ludibria: quæ & uisu & auditu borrori & pudori sunt? Deniq; nõ minima etiã in tuis litteris tentatæ expressionis uerecũdia est. Quæ ergo sine damno pudoris in alienis auribus resonari nõ queunt: ea possunt in uirgine sine eius tentari uerecũdia? Inueneristi tibi uile mancipiũ: ꝓcacẽ uernulam: cur nõ abutaris pudibũdo ministerio: & exponas eius modestiã: cũ præsertim nihil sancti⁹ in uirgine sit q̃ uerecũdia? Non em̃ sacra uirgo ut corpore tantũmodo integra sit quærit': & nõ ut in omnib⁹ ei⁹ inoffensus maneat pudor. Virgo domini suis est nexa fulcris ad sui ꝓbationẽ: nec alienis dotibus eget: ut se uirginẽ probet: & nec abditorũ occultorũq; inspectio sed obuia omnibus modestia astipulat' integritati. Non placet deo: quẽ nõ suoꝝ grauitas morum ꝓbat. Nõ ꝓbatur domino: quæ uni⁹ obstetricis indiget testimonio: qđ plærũq; quæritur precio. Ea ergo tibi locuples uidet' ad fidem quæ & redimi & falli pót: ut excusset ream: & crimẽ tegat aut nesciat: & nõ possit flagicium deprehẽdere? Neq; uero illud iustũ arbitror qđ tuis cõprehẽdisti litteris: quia nisi inspecta fuerit integritas periclitet': & incerto sui fluctuet. Ergo omnes quæ inspectæ nõ sunt: periculũ subierunt pudoris? Ergo & quæ nupturæ sunt: prius inspiciant' ut nubãt? Probatiores ergo & quæ ualẽdæ sunt: prius subijciendæ sunt hmõi attrectationi. Non em̃ uisitãtur sed attrectant': & rectius ꝑm tuam sententiã inspicit' nõ ꝓbata q̃ consecrata. Quid ꝙ etiã ipsi archiaci dicunt nõ satis liquido cõprehẽdi inspectionis fidẽ: & ipsis medicinæ uetustis doctoribus id sentẽtiæ fuisse? Nos quoq; usu hoc cognouimus: sæpe inter obstetrices obortam uarietatẽ & quæstionẽ excitatam: ut plus dubitatũ sit de ea quæ inspiciẽdam se præbuerit q̃ de ea quæ nõ fuerit inspecta. Siquidẽ & ꝓximo id cõperim⁹ exemplo. Nam quædã cõditionis seruilis altini inspecta & refutata: postea mediolani: nõ meo quidẽ iussu: sed nicẽti: ex tribuni & notari domini uel patroni sui uolũtate: uisitata est a peritissima & locupleti fœmina hmõi artis: & cum simul ista suppeterent: ut neq; paupertas obstetricis suspectã faceret fidẽ: neq; indocilitas imperitiã: tamẽ adhuc manet quæstio. Quid ꝓfuit igitur eã inspici: cũ damnatio maneat? Nã ut quisq; uoluerit: aut imperitã medicã aut redemptã asseret: ita sine effectu ullo iniuria inspectionis est. Quid deinde fiet? Quotiensc̃ũq; emerserit qui nõ credat: totiens uirgo obtrectabit'? Nam si unq; se uisitandã abnuerit: ꝑm assertionem tuã de crimine confitebit'. Et facilius est ut refutet qđ nunq; fecerit: q̃ qđ fecerit. Variabunt' igitur obstetrices: ne suspectæ aliqua repetat' gratiæ. Erit itaq; inter plures: q̃q̃ paucorũ etiã in magnis urbibus hic usus medendi sit. Erit inquã uel maliuola uel imperita quã pudoris claustra prætereãt: & ꝓ imperitiã integro notã affigat pudori.

Vides in qđ periculũ induas uirginalẽ ꝓfessionẽ: dũ obstetricẽ adhibendã putas: ut iam nõ solũ uerecũdiæ suæ dispendio sed etiã obstetricis incerto periclitet'. Nũc cõsideremus qđ obstetricis officiũ sit. Legimus etiã in ueteri testamẽto obstetrices: sed nõ inspectrices. Deniq; ad parturiẽtes ingrediebantur nõ ad uirgines: ut partus susciperẽt: nõ ut pudorẽ examinarent. Vnde & obstetrices dictæ: eo ꝙ obsistant dolori uel certe pignori: ne laxatis uteri genitalib⁹ claustris in terrã defluat. Secũdo & tertio loco in scripturis inuenim⁹ obstetrices adhibitas: sed ubiq; partui: nusq; inspectioni. Primo ubi Rachel parturit: deinde ubi Thamar parit: tertio ubi necãdos mares Pharao mandat hebræorũ obstetricib⁹: quãdo respõderunt illæ: nõ eo more hebræas fœminas parere quo pariũt ægyptiæ: sed hebræas prius parere q̃ introeãt

Gen.35. Ibidem.38. Exo.1.

obstetrices ad eas. Qui locus ut superiori utilis ad hebræor̃ salutē: ita reliquo con/
fragosus ad obstetricū fidem: quæ didicerūt mentiri ꝓ salute: & fallere ꝓ excusatio/
ne. Quid igit̃ suspecta & dubia captamus: cū maiora sint alia examinādæ ueritatis
documenta & testimonia: in quibus expressiora insignia uel temerati pudoris sint?
Quid em̄ est qđ magis publicū sit q̄ offensa pudoris & defloratio uirginitatis? Ni/
hil ꝓfecto qđ magis se ꝓbet q̄ castitatis dispendiū. Tumescit aluus: & incedentē fœ
tus sui ora grauant: ut prætermittamus alia quib⁹ se uel tacita ꝓdit cōsciētia. Ac for/
te sterilitatis obtentu abscondi in aliquib⁹ possit flagiciū. Hic uero cū editus part⁹ &
expositus uel necatus (dū inuidiæ magis q̄ ꝓbationi cōsulit̃) dissipatus sit per aures
uniuersor̃: strangulata est libertas calumniarū: si peperit: nempe ueronæ fuit: uise/
sebatur frequēter a uirginibus & mulierib⁹. In honore em̄ semp erat. Visebat̃ & a sa
cerdotibus ꝓpter pudicitiæ reuerentiā & grauitatis speculū. Quō ergo potuit oc
culere crimen qđ se uel specie sui ꝓderet? Quō texit uterum? quō non refugit aspe
ctum mulierū: oculos salutantiū? quō parturiens uocē repressit? Sed hoc nō patitur
dolor. Deniq; scriptura hos maximos dicit dolores qui sunt parturiētis. Sic em̄ inqt
Dies domini subito uenit: & improuisus adest: ut dolor partus qui intercludit oia ef
fugia delitescendi. Hæc est uerior documentor̃ fides quā erubescunt & mulieres.
Deniq; Helisabet occultabat se mensibus quinq; eo ꝙ sterilis cōceperat in senectu
te. His signis & ipsa Mariæ uirginitas apud ignaros mysteriȷ̄ probri suspectabat̃.
Vnde & Ioseph cui desponsata erat uirgo: suspectum habebat uitiū: dū adhuc nesci
ret dominicæ incarnationis sacramentū. Quid ergo? negamus inspiciendas uirgi/
nes interim: quid nusq̄ legerim? Nō astruo: nec uerum arbitror. Sed quia plæraq;
ad speciem facimus non ad ueritatē & erroris gratia cōpluria frequēter prætendi/
mus. Sunt em̄ qui nesciāt recte facere nisi metu pœnæ. Relinquam⁹ hoc illis quas nō
uerecūdia reuocat a lapsu: sed solus iniuriæ deterret met⁹: apud quas nulla cura pu/
doris & castitatis gratia: sed pœnæ timor est. Relinquamus uernaculis quib⁹ for/
mido est deprebēdi magis q̄ peccasse. Absit a uirgine sacra ut obstetricem nouerit:
partus putat̃: & remediū doloris ducit̃: nō examē pudoris. Relinquamus etiā il/
lis si quæ grauibus appetitæ calūnijs: oppresse testimonijs: strangulatæ argumētis:
ad id cōfugiant: ut se offerant inspectioni: quo uel corporis ꝓbent̃ custodia: si tamē
dep̄bendi pōt: in quib⁹ nutat pudoris gratia & disciplina integritatis. Male tñ se ha/
bet causa: ubi potior est carnis q̄ mētis prærogatiua. Malo morū signaculo q̄ corpo/
ris claustro uirginitatē exprimi. Iam illud præclarū: qđ scripsisti insinuatū tibi a qui/
busdā ꝙ nequaquā tibi cōmunicarent: si eā sine uisitatione suscipiendā credes. Ergo
iudicandi accepisti formulā. Quales illi qui uolūt præscribere sacerdotibus qd sequi
debeamus. Liberauimus itaq; te a cognitiōis grauissimæ necessitate: ne necesse ha
beres formulā mandatā exequi. Quid nobis futur̃ est qui eor̃ studijs nō obtēpe/
rauimus: sed tñ scio illic plæroscq; esse qui timeant dn̄m. Nā & hic uidimus dudū: & il
lic esse cōperimus qui cōpositam banc querant̃ calumniā: quos aiunt eo offensos fa
uisse Maximo: ꝙ ista uirgo nō circuibat domos: nec eor̃ matronas salutet atq; am/
biat. Quid igit̃ fiet? quō tanto eam exuemus crimine? Quō psuadebimus ut cult⁹
assumat nouos: suos exuat? Graue flagiciū uirginē intra secreta domus degere: clau
di penetralibus suis. Sic certe lectio docet Mariā domi repertā: cum ad eā Gabriel
archangelus uenisset. Susanna fugiens turbar̃ inducit̃. Deniq; cum se lauaret: para
disum claudi iubebat. Quid aūt præsertim in uirgine cui⁹ præcipuū opus uerecūdia
quæ secreta est: tuti⁹ secreto: ad oēs actus expeditius? Munia em̄ pudoris induit nō
cōcursationis. Sed de alijs uidero: tuæ nunc mihi respōdendū epistolæ est. Te mi
ror frater qui tātopere defendas Maximū nō fuisse accusatorē: sed parentis dolore
doluisse inuidiā sparsi rumoris. Cū ille se inimicū & aduersariū: litigatorē ꝓposito iā
iurgio negare nō potuerit: aduersus sacrā uirginē iudicia attentauisse: muroq; inter
iecto discretas ædes uxoris suæ ac uirginis: diuisam germanitatis inter sorores soci/
etatē: aliaq; probdolor: & ꝙ uirgo in agro: affinitatis suæ refugisset cōsortiū. Quō

nō potuisti qđ ad Indiciā scripseris: qm̄ Maxim⁹ seu impulsu alioꝝ seu dolore ꝑprio: crimē graue detulerit. Sola hæc epistola satis est ad excusatiōis testimoniū. Neqꝫ em̄ te ego tuis ad me datis lr̄is urgēdū putaui: sed ijs lectis quas ad uirginē dederas: aduerti diuersum esse qđ ad me scripserat: & tn̄ cū epistolæ tuæ sibi nō cōuenirēt: cō sulendū te nō arguendū putaui. Quid igit̄ sibi uult illa argumētatio quia illud detulerit qđ ad me scripserat: delatā uidelicet eam in turpi crimine: ita ut editū & obrutū partū dici asserat? Quasi uero istud ad Indiciā nō ad me scripseris. Illa ubi audiuit litteris tuis Maximū subduci accusationi litteras tuas ꝓtulit: quib⁹ eū criminis delatorē ꝓbauit: ad me datas nō legerat nec quid haberent sciebat. Ego aūt exhorrui a primo calūniā: quia aduertebā nō crimē intendi: sed iniuriā uirginis desiderari: cui⁹ inspectio & uisitatio postulabat̄: nō aliquid flagiciū deferebat̄. Quis em̄ istud a principio fraude cōpositū nequaquā sibi cōgruere & conuenire nō arbitraret̄? Cucurriss se mulieres uiles ad monasteriū: iactasse partū uirginis & necē pignoris: de monasterio rumorē ꝑ populos sparsum: eūqꝫ affluxisse in aures noui affinis Maximi: ab ipso interpellatū episcopū: dimissas eas quæ dixisse ferebant̄: atqꝫ ī fugā coactas: ut apud nos patuit eos qui audisse se dicerēt: ad eccleſiā uocatos ꝓdisse: Renatū & Leontiū duos illos iniqtatis uiros quos apposuit Iezabel: redarguit Daniel: subornauit iudæorū popul⁹: ut auctorē uitæ suæ falso appeterēt testimonio? Qui tn̄ cū simul cōpo/ suissent flagiciū: simul ingressi essent uiā: & ne quid prætereā: adiuncti Maximo: comitantib⁹ (ut dixit Leontius) ijs qui illū rumorē sparserant: tn̄ ubi in meo astiterunt iudicio: cū primo de origine causæ quærerē: diuersa & distantia ꝓmpsere: nō locoꝝ separati: sed mendacioꝝ diuortio. Cū igit̄ sibi ipsi nō cōuenirēt: Mercuriū & Leam uilissimæ cōditiōis & detestabilioris nequiciæ psonas amēdauissent: aufugisset theudulæ nō ignara obijciendi sibi facinoris: qꝫ ante lectū Renati sola cubitauisset: ancilla præsto esset alia quæ stupro eiusdē Renati se diceret coinquinatā: die ipso qui dict⁹ erat cognitioni: subtraxerunt se episcoporꝝ cōuentui: licet etiā pridie subito se ꝓfecturus idē Renat⁹ clamauerat. Vnde ego iudicio præscripsi diē: & tn̄ nullo accusante: nullis testimonijs purgentibus insinuaui sanctæ sorori qđ peteres corā ipsa inspici & uisitari memoratā uirginē. At illa sanctæ inspectionē quidē recusauit: sed testimoniū nō declinauit: dicens: nihil se in Indicia cōprehendisse: nisi qꝫ esset uirginalis pudoris & sanctitatis. Habitasse eā romæ in domo nostra nobis absentibus: nulli eā se uitioꝝ familiaritati dedisse: optare cū ea sibi a dn̄o Iesu partē reseruare in regno dei. Paternā quoqꝫ filiam nostrā interrogaui: qđ ab ea nunq̄ soleat discedere: cui⁹ charitas uitæ huius testimoniū est. Itaqꝫ & si qđ iniurata diceret: fidei sacramēto conferendū foret: sub obtestatione tn̄ ꝓfessa est alienā crimīs quo appetebat̄: nec qcq̄ in ea scire se bonæ uacuū cōuersationis. Nutricē quoqꝫ liberæ conditionis interrogauim⁹: cui & status haud quaquā degeneri seruitio obnoxi⁹ libertatem uera fatēdi daret: & fides atqꝫ ætas ad ueritatē astipularet̄: & officiū nutricis ad cognitionē secreti. Ea quoqꝫ nihil se indecoꝝ uidisse: nihil sibi quasi parenti cōmissum a uirgine: aliqua dignū repbensione. His moti Indiciā inoffensi uirginē muneris ꝓnunciauimus. Maximū aūt & Renatū & Leontiū ita inuoluit sententia: ut Maximo si errorē emēdaret: spes reditus reseruaret̄: Renatus aūt & Leonti⁹ excōmunicati manerēt: nisi forte ꝓbata sui pœnitētia: & huius facti diuturna deploratione dignos se præberent misericordia. Vale frater & nos dilige: qa nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Syagrium: ꝓ castitatis contumelia dolentem querelam facientis: atqꝫ ex scripturis sanctis ostendentis quantū maiores nostri reuerentiæ detulerint castimoniæ: quantūue ultionis studium aduersum temeratores pudicitiæ fuerit. Epistola. LXV.

AMbrosius Syagrio. Quæ sint in nostro iudicio decursa: cōperta retines: & ideo nunc quali animæ portionē cōuenio meæ: habens apud te ꝓ castitatis contumelia familiarē & dolentē querelā. Ita ne oportuit moratā atqꝫ inauditā uirginitatis causam adiudicari: ut nō possit absolui? Hoc est nisi sua iniuria: nisi ab

honesto pudore traducat ad indecorem sui corporis oblationē: grāde uidelicet relatura sui testimoniū: ut exponat ludibrio & ꝓcacitatis notet. Hanc igitur prærogatiuam detulisti integritati huiusmodi honorificētiā: qua se lacessi aut inuitari gaudeant quæ hoc munus recipiēdum putant: ut amittant libertatē cōmunis assertionis: nec se iure tueant uel sanctæ legis uel publico: ut non accusatorē exigat: non accersitorem urgeat: sed impudentiā solam induat ac sese ꝓijciat ad iniuriā? Nō ita maiores nostri despicabilem habebant castimoniā: cui tm deferebant reuerētiæ: ut bellum aduersum temeratores pudicitiæ suscipiendū putarent. Deniq; tantū fuit ultionis studiū ut omnes tribules de Beniamin tribu extinguerētur: nisi sexcentos qui bello reliqui forent: natura editioris loci defendisset. Sic em̄ lectionis diuinæ serie expressum tenet: cuius tenorē recensere congruit. Leuites uir animi maior q̄ opibus: habitabat in partib⁹ montis ephren: Ei quippe tribui sortito obtigerat locus in possessionē terræ datus ꝓ funiculo hæreditatis. Is sibi accepit iugalem de ludæ bethleem. Et ut se habent prima copularū exordia: ardebat iuuēcula immodica animi cupiditate: simul quia similibus eius nō fungebat: exardescebat magis atq; immane exæstuabat. Vnde quia nihil referebat ex parte adolescētulæ uel leuitate amoris uel ui doloris: ꝙ haud quaquā mercede pari secū decerneret: cū eadē expostulabat: hinc frequēs iurgium: quo mulier offensa claues remisit: domū reuertit. At ille amore uictus: qui qd̄ speraret nō habebat aliud: cum quartū iam mensem fluere cerneret: eo contēdit: fretus ꝙ cōsilio parētum emolliretur animus adolescētulæ. Occurrit ꝓ forib⁹ socer: genꝛ introduxit: filiam recōciliauit: & ut lætiores dimitteret triduo tenuit: quasi repararet nuptias: ac uolenti abire: quartū quoq; diem cōperendinauit: prætenta humanitatis specie moras innectēdo. Pari modo cū etiam quintū diem uellet adiūgere superioribus: & iam nouæ deessent causæ morādi: paterno tamen affectu retinendæ filiæ desideriū non deforet: ꝓmissam ꝓfectionis copiam distulit in meridiē: ut uiam cibo curati adorirent. Post epulas quoq; uolens dilationē attexere: eo ꝙ iam uesper appropinquaret generi precibus egre licet: tamē acquieuit. Ille iter suum prexit lætus animi ꝙ dilectam sibi recuperauisset: qui uno comitati seruulo cū iam declinaret dies: festino uiam celerabant gradu. Mulier uehebat iumēto: uiro nullus sensus laboris: qui fructu desiderij simul & uario mulieris ac uernaculi sermone uiam leuaret. Deniq; ubi hierosolymā appropinquarūt quæ trigin ta stadijs aberat: quā Iebusæi tenebant: suggessit puer deflectendū in ciuitatē qa sub noctē suspecta essent etiā illa quæ tutiora sunt: cauendaq; tenebrarū ambigua: maxime quia locoꝝ incolæ nō essent de filijs israel. Et ideo præuertēdum ne quid aduersa studia gerentes insidiaꝝ iuferrent: ut obscuro noctis dolum quærētibus ad ꝓpetrandum facinus satis opportuno. Sed dño eius haud quaquā placuit sententia: ut inter alienigenas hospitio succederēt: cum Gaba & Rama nō longe abessent ciuitates Beniamin. Itaq; prævalēs sentētia posthabuit seruuli suggestionē: quasi ex cōditione cōsiliū æstimaret: & nō cōsilio q̄uis infirma conditio ableuaret. Et iam sol in occasu erat: deniq; uix occurrit: cū iam urgeret uespere: in ciuitatē succedere. Gabaonitæ incolebant locū: inhospitales: īmites: intolerabiles: oia tn tolerabiliora q̄ si aliquem hospitio recepissent. Deniq; cōmodius huic uiro leuitæ cesserat si in gabaa hospitiū non repperisset. Verū ne quid deesset offensionis: primo ingressu diuersoriū nō repperit: & cū in publico sit⁹ alienā misericordiā imploraret: offendit aduenientē ex agro senē: quē uesper ex opere agresti cōpulit nocti decedere. Et cū esset ei cōspicuus: rogat⁹ quo iret & unde aduētaret: respondit de bethleem ludæ reuertor: cōtēdo ad montē ephren: & mulier est mecū: sed ecce huc deuerti: & nemo ē q hospitio recipiat & reqescēdi usū ministret. Nō quo cibi aut pot⁹ sibi aut pecori pabuloꝝ eēt indigētia: sed tecti hospitio ꝓhiberent̄ præsto esse illa: nudū tecti hospitiū desiderari. Ad ea senior benigne satis & placide: Pax inqt tibi: & succede hospes pariter & ciuis. Nā & mihi origo de mōtis ephrē partib⁹: & hic hospitalis habitatio: sed tpe diuturno incolat⁹ sedes fūdauit. Itaq; receptos domicilio misterio sui & subsidijs

Judic. 19.

hoſpitalibus iuxta fouit. Hortabatur ad læticiã ſenior: & frequẽtioribus prouocabat poculis: ut uino adoleret curarum obliuio: cum ſubito circũſiſtunt eos gabaonitæ: iuuenes ad omnẽ ꝓiecti libidinẽ: nihil penſum ac moderatum habẽtes quos forma mulieris illexerat: & in omnẽ amentiã præcipitabat. Capti em̃ ei⁹ decore & per ſenectutẽ hoſpitis atq; infirmitatẽ ſubſidij: accepta ſpe potiendi poſcunt mulierem: & pulſant ianuam: Itaq; egreſſus ſenior rogabat eos ne hoſpitales menſas turpi flagicio fœdarent: & reuerendũ ius etiam indomitis barbararũ gentium nationibus uiolandum arbitrarẽtur: cõtribulem illũ ſibi: iſraelitẽ uirum legitimi thori ſubnixum copula nõ ſine indignatione cæleſtis arbitri tanta affici cõtumelia. Q̃d ubi parum ꝓcedere aduertit: eſſe ſibi filiam uirginẽ adiecit: illam ſe offerre maiore parentiſ dolore: ſed minore gratiæ hoſpitalis diſpendio: publicũ flagicium priuato dedecore tolerabilius haberi. At illi exagitati æſtu furoris & inflammati incentiuo libidinis: eo amplius ardebant formã iuuenculæ quo magis negabatur. Et iuſticiæ exortes ridebãt uerba æquitatis: filiam ſenis quia minore inuidia ſceleris offerebat deſpectui habentes. Itaq; cum piæ nihil ꝓficerent preces: & ſeniles fruſtra hoſpes manus tenderet: deſperato præſidio rapit mulier: & ꝑ totam noctẽ iniuriæ implet. Aſt ubi lux finẽ intẽperantiæ dedit: ianuam hoſpitalẽ repetit. Nõ quo uiri cõſpectũ expoſceret quẽ magis declinandũ putaret cõtumeliæ pudore miſerabilis: ſed affectum uiro referret: quæ caſtitatẽ amiſerat: & cõtumeliæ ſuæ funus lamentabili ſpecie ante ianuã hoſpitalẽ exponeret. Egreſſus itaq; leuita cũ iacentẽ inueniſſet: arbitrat⁹q; uerecũdia uultũ nequaquã attollere auderet: conſolari cœpit: quia nõ uoluntate ſed inuita tantæ iniuriæ ſuccubuiſſet: hortari aſſurgere & ſecũ repetere domũ. Sed ubi nullũ reſponſum referebatur: quaſi quieſcentẽ maiore uoce e ſomno excitare. Verum ubi mortis ſupremæ patuit fides: impoſitas iumento reliquias domũ ꝓtulit: & diuiſos artus mulieris in partes duodecim miſit ꝑ ſingulas tribus iſrael. Quo cõmotus uniuerſus popul⁹ cõuenit in maſphat: atq; ibi querela ꝑ leuitã cognita omnes in bellum exarſere: ſtatuentes neminẽ uirorũ fas eſſe in tabernaculum ſuccedere: prius q̃ de tanti ſceleris auctoribus ultio capeſſeretur: animiſq; ruebant in præliũ. Sed cõſilium prudentiorũ præuertit ſententiã: nõ temere confligendũ bello cũ ciuib⁹: ſed prius uerbis experiendũ de flagicio: & decernẽdum cõditionib⁹ ꝑ delictis. Neq; iuſtum uideri ut paucorũ ſceleris preciũ ad omnes ꝓueniret: & priuata adoleſcẽtium peccata ſtatum ſalutis publicæ labefactarent. Itaq; miſerunt uiros qui denũciarẽt gabaonitis: ut tanti reos flagicij offerrent. Sin autẽ: cognoſcerẽt nõ minoris eſſe criminis tantũ facinus defendiſſe q̃ exercuiſſe. Verũ illis ſuperba referẽtibus: cõſilia pacis bello mutata: neq; primo aut ſecundo cõflictu: cũ plurimi a paucis afflictarentur: cedendũ iſraelitæ aduerſis prælijs exiſtimauerunt. Quadringenta em̃ milia uirorũ bellantiũ aduerſum uiginti quinq; milia Beniamin tribus & ſeptingẽtos gabaonitas expertos belli iuuenes decertabant. Et cũ ſiniſtra forte duo ſibi iam cecidiſſent prælia: animi tamẽ ꝓmptus: baud quaquã depoſuit iſrael uincendi fiduciã: & ulciſcendi præſumptã ſpem. Sed quia cauſa numeroq; præſtantiores inferiore pugnæ euentu pedẽ rettulerãt: diuinã offenſam rati: ieiunio & fletu maximo recõciliationẽ gratiæ cæleſtis affectauere. Itaq; orata domini pace acriores in bellum reuertunt: utpote quibus oraculũ animos dederat: ſpem accumulauerat. Et ſimulato a fronte ꝙ cederet: ac diſpoſitis ꝑ noctẽ inſidijs a tergo urbis: in qua locata erat manus hoſtiũ: dũ hi cedunt: & illi inſectant: inuadendi urbẽ uacuam facta copia: & mox admoto incẽdio: flammarũ fragor atq; æſtus furens captæ urbis ſpeciẽ manifeſtarunt. Quo & ſuis fracti animi & erecti hoſtiũ. Nam & beniamin uiri clauſos ſe & circũuentos rati prius q̃ a tergo inuaderẽtur: diſpergere ſeſe: atq; in deſertũ fugere cœperũt: & cõtra iſrael gemino agmine urgere eos ac palãtes ꝓſequi. Cæſa itaq; uigintiqnq; milia: id eſt: oẽs fere de uiris Beniamin: Præt ſexcentos q arrepto ſcrupeæ rupis munimẽto: partim loci ingenio & ſubſidio naturæ: ꝑtim deſperatiõe uictorib⁹ terrori fuere. Nã ſecũdæ res cautionis admonent: in aduerſis ultio ꝓ uictoria habet Nec fœminarũ

numerus tanti discriminis exors fuit: sed omnis tribus Beniamin muliebris sexus cũ pueris & puellis omniq; ætate gladio aut igne extinctus: sacramentũq; additum ne quis tribus illius uiro filiam suã in uxorẽ daret: quo reparandi nominis omnis abole retur successio. Belli finis simul atq; iræ factus: & furor in pœnitentiã uertit: armisq; positis in unũ conuenientes uiri israel fleuerunt fletũ magnum: & celebrarũt ieiunium: dolentes unã tribum perisse ex fratribus: atq; extinctam populi sui ualidam manum: iure quidẽ ꝓ delicti precio bellatũ aduersum ꝓpugnatores flagitiorũ: sed misere in sua populũ conuersum uiscerą & bello ciuili utrũq; afflictum. Lachrymarũ effusio mouit passionẽ animi: & affectum perculit: sæuiciæ ratio successit. Missiq; legati ad sexcẽtos illos Beniamin uiros: qui ꝓ quattuor menses edito se præruptarum tuebantur rupiũ: aut deserti indigẽtia: quæ multitudini obsidentiũ periculosa foret: deplorauerunt: cõmunẽ illam esse erumnã: ꝙ illi cõtribules: isti cognatos & socios amisissent: sed tamẽ nõ penitus interceptam reparandæ tribus successionẽ: cõsulere se in mediũ: quomõ & sacramenti fides sibi cõstet: & tribus una nequaquã a corpore auulsa intercidat. Altari itaq; posito recõciliationis & pacis oblatũ sacrificiũ. Et quia labis galaad populus erat pœnæ & maledicto obnoxi⁹. Obstrinxerat em̃ se omnis israel magno sacramento: ut si quis nõ ascendisset cum eo ad puniendũ flagitiũ: morte moreret: duodecim milia bellatorũ directa: ut & uiri omnes & mulieres ferro extinguerent: solas uirilis thori exortes reseruarent adolescẽtulas. Interfectis itaq; omnib⁹ labis galaad: solæ uirgines quadringẽtæ exitio cæteroꝝ superfuerunt. Quas accipiens israel statuit uiros beniamin belli metũ deponere: & in coniugiũ sibi sumere integras æui ac pudoris puellas: quibus & causa esset apud uiros integra ꝙ nemo suorum aduersum eos bellũ susceperat: & charitatis gratia: quia ꝓpter eos supremo supplicio ereptæ forent. Hoc igitur modo quadringẽtis iuuenibus quæsita copularũ consortia sunt. Sed quia ducẽti numero supererãt: quibus iugales derant: ijs quoq; sine fraude sacramentorũ consultum accepimus. Dies festus in sylo quotannis celebrat: Ibi exultare solitæ uirgines: & choræas ducere in honorẽ religionis: aliæ præire matribus & totũ iter agmine uiantum repleri. Dixit unus ex senioribus: *Si ducẽti illi tribus Beniamin uiri intra uineas siti excubias tenderẽt: donec se omnis fœminea turba effunderet: & surgẽtes ex uineis unusquisq; quã occurrsus dederat: uxorẽ sibi uendicaret: fraudi id nequaquã: futurum populũ etenim fauere reparandæ tribus successioni: ꝓpter sacramentũ impartire nõ posse filiarũ suarum societatẽ: neq; tamẽ contra sacramentũ uideri: si ꝓhibendũ non putaret: quia sacramẽto neq; cogẽdi neq; ꝓhibendi necessitas imposita uideret: illo sibi sine metu cõsulere oportere.* Sane si puellarũ parẽtes uindictã efflagitarent: partim prece: partim etiã retorquẽdo in ipsos inuitæ culpã custodiæ sese reuocaturos: quia cũ scirent Beniamin uiros exortes esse iugaliũ: cũ filiab⁹ ꝓcesserint: dignam sane tribum iam nõ pœna sed misericordia: satis dure sæuitũ in eos: & debellatã corporis sui partem: immoderatius exarsisse plæbẽ: ut successionem domesticã extingueret: atq; ex suis necaret: placere deo nõ perire populo tribum: neq; ꝓ una muliere tam acerbe consuli. Probauerũt consilium israelitæ: executi sunt uiri Beniamin: & dispositi in uineis loco opportuno & tẽpore: plenas fœminei agminis uias occupauerunt. Præbuit illis festum nuptiarũ religionis solẽnitas. Auulsæ de complexu patrũ filiæ tanq̃ in manũ ab ipsis parentibus tradebãtur: & uelut pactam e gremio matris nõ abduci sed ꝓdire arbitrareris. Ita trib⁹ Beniamin pene intercepta atq; extincta breui floruit: documẽtum exhibens ꝙ magno exitio sit insolẽtibus uindicta pudicitiæ & læsæ castitatis ultio. Nec hoc solo loco sed plærisq; scriptura hoc docet. Nã & in Genesi legimus exercitum quæstionib⁹ regem ægypti Pharaonẽ ꝙ Saram attentauisset: & tamẽ alienã esse uxorẽ nesciebat. Est igit̃ dño castitatis tuẽdæ uolũtas: quãto magis est defensandæ integritatis? Vnde nulla debet uirginib⁹ sacris irrogari iniuria. Quæ em̃ nõ nubunt & qui uxores nõ ducunt: habẽtur sicut angeli in cælo. Et ideo cælesti gratiæ nõ inferamus corporalẽ cõtumeliam: qm̃ potens est deus: quem

Judic. 21.

Gen. 12.

nec præuaricatio prætereat: & moueat accepti sibi muneris & cõsecratæ uirginitatis acerba & grauis cõtumelia. Vale frater & nos dilige: qa nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Paternũ: eundẽ quia filio neptẽ ex filia copulare uoluit redarguentis: & ut ab ea discedat intẽtione cõmonentis: Epla. LXVI.

AMbrosius Paterno. Paterni quidẽ unanimis mei salutationẽ legi: sed consultationẽ baud quaquã paternã: ut uelis filio neptem copulare ex filia: sed nec auo te nec patre dignam. Itaq; quid cõsulueris considera. Omne em̃ qđ agere uolumus: prius nomen facti eius interrogemus: & tunc utrũ laude an uituperatione dignũ sit existimabimus. Verbi gratia: misceri mulieri quibusdã uoluptas est: medicorũ etiam pueri corporib⁹ utile ferunt. Sed cõsiderandũ utrũ coniugi an extraneæ: deinde nuptæ: an innuptæ. Si quis desponsata sibi & tradita utaẽ: cõiugium uocat. Qui alienæ expugnat pudorẽ adulterium facit: cuius uel solo nomine reprimiẽ plærũq; tentandi audacia. Hostẽ ferire uictoria est: reum æquitas: innocentẽ homicidiũ. Q; si quis percipiat animo: reuocat manũ. Ergo etiam tu quid consulas: quæso tecum retractes. Coniugiũ uis inter filios nostros cõponere: Quæro utrũ pares copulandi an impares sint. Sed nisi fallor: compares apellari solent boues. Qui iungit ad aratrũ: equos ad currum: pares eligit: & ut ætas cõueniat & forma: nec natura discrepet nec decoloret diuersitas. Tu copulare paras filiũ tuũ & neptem ex filia: hoc est ut accipiat sororis suæ filiam: diuersa licet matre q̃ socrus editus. Interroga nominũ religionẽ: nempe auũculus iste illius: illa bui⁹ neptis uocaẽ. Nec ipse te reuocat sonus nominũ: cũ hic auum resonet: illa hoc nomẽ ad auunculũ quid ad auum referat? Quãta deinde etiam reliquorũ cõfusio uocabulorum. Idẽ auus & socer uocabere: ea quoq; tibi neptis & nurus diuerso nomine nũcupabitur. Mutuabuntur etiã fratres diuersa uocabula: ut illa socrus fratri sit: iste gener sorori. Nubat auunculo suo neptis: & immaculatorũ pignorum charitas illecebroso amore mutetur? Sup hoc igitur meã a sancto uiro episcopo uestro expectari sententiã nõ opinor neq; arbitror. Nam si ita esset: & ipse scribendũ putasset: Nõ scribẽdo autem significauit qđ nequaquã hinc dubitandũ arbitretur. Quid em̃ est qđ dubitari quæat: cũ lex diuina etiam patrueles fratres ꝓhibeat cõuenire in coniugalẽ copulam: qui sibi quarto sociãtur gradu. Hic autẽ gradus tertius est qui etiã ciuili iure a consortio cõiugij exceptus uideẽ. Sed prius sacræ legis scita interrogem⁹. Prætendis em̃ in tuis litteris qđ permissum hoc diuino iure connubium huiusmodi pignoribus existimeẽ eo ꝙ nõ sit ꝓhibitum. Ego autẽ & ꝓhibitũ assero. Quia cũ leuiora interdicta sint de patruelib⁹ fratribus: multo magis hoc qđ artioris est plenum necessitudinis: interdictũ arbitror. Qui em̃ leuiora astringit: grauiora nõ soluit sed alligat. Q; si deo ꝓmissum putas: quia specialiter nõ est ꝓhibitum: nec illud ꝓhibitum sermone legis reperies: ne pater filiã suam accipiat uxorẽ. Nunquid ideo licet: quia nõ est ꝓhibitum? Minime. Interdictũ est em̃ naturæ: iure interdictũ est lege quæ est in cordibus singulorũ. Interdictũ est inuiolabili præscriptione pietatis: titulo necessitudinis. Quãta huiusmodi inueniesnõ esse interdicta lege ꝑ Moysen edita: & tamẽ interdicta sunt quadam uoce naturæ. Multaq; sunt quæ licet facere sed nõ expedit.

1. Cor. 6. Omnia em̃ licent sed nõ expediunt: omnia licẽt sed nõ ædificant. Si ergo etiã ab ijs nos reuocat Apostolus quæ nõ ædificãt: quõ faciendũ putamus qđ & nõ licet legis oraculo: & nõ ædificat discrepante pietatis ordine? Et tamẽ illa ipsa uetera quæ fue-

2. Cor. 5. rant duriora: tẽperata sunt ꝑ euangeliũ dñi Iesu. Transierunt uetera: ecce facta sunt noua. Quid tam solẽne q̃ oscũlũ inter auunculũ & neptem: ꝙ iste quasi filiæ debet: hæc quasi parenti? Hoc igitur inoffensæ pietatis oscũlũ suspectum facies de talib⁹ cogitãdo nuptijs: & religiosissimũ sacramentũ charis pignorib⁹ eripies. Sed si diuina te prætereunt: saltẽ imperatorũ præcepta: a quibus amplissimũ accepisti honorem: baud quaquã præterire te debuerũt. Nã Theodosi⁹ imperator etiã patrueles fratres & cõsobrinos uetuit inter se cõiugij cõuenire nomine: & seuerissimã pœnã statuit si quis temerare ausus esset fratrũ pia pignora: & tñ illi inuicẽ sibi æquales sunt:

tantūmodo quia ꝑpinquitatis neceſſitudine & fraternæ ſocietatis ligātur uinculo: pietati eos uoluit habere ꝙ nati ſunt. Sed dicis alicui relaxatū? Verum: hoc legi nō præiudicat. Qđ enim in cōmune ſtatuitur: ei tantū ꝑficit: cui relaxatū uidetur. Longe diuerſa iniuria. Illud tamē licet in ueteri teſtamento legimus: ut aliquis uxorē ſuā ſororē diceret: Iſtud inauditū: ut quiſq; neptē ſuam in uxorem accipiat & coniugem dicat. Iam illud pulcherrimū ꝙ negaſti neptem tuam auunculo ſuo tuo filio ꝑpinquo ſemine cōuenire: quia nō agnationis copulę neceſſitudine. Quaſi uero & uterini fratres: id eſt diuerſo patre ſed eadem matre geniti poſſint diuerſo ſexu inter ſe cōiugio cōuenire: cum & ipſi agnationis ius habere nō queant: ſed cognationis tantum ſibi titulo cōnexi ſint. Vnde oportet ab ea diſcedas intētione: quæ etiā ſi liceret: tamē tuā familiā nō ꝑpagaret. Debet em̄ tibi filius noſter nepotes: debet etiam neptis chariſſima ꝑnepotes. Vale cū tuis omnibus.

Sancti Ambroſij ad Quinegiū: illū de cōſultione ſua cōmendantis: Epla. LXVII.

AMbroſius. Quinegio. Q̄ ingenuo te cōmendaſti pudore: quia de eo conſuleres quod non ꝑbares: ſed morem gereres parenti: ut pietatem nō læderes: ſercur⁹ ꝙ nō aliud a me poſſet referri: niſi qđ ſanctas deceret neceſſitudines. Ego uero libēter tua in me onera ſuſcepi: & auo nepte: ut opinor: refudi. Quā neſcio plane qua opinione nurū ſibi fieri deſiderabat: ut auum ſocero mutaret. Plura non opus eſt: ne hoc quoque accedat ad uerecundiam. Vale fili & nos dilige: quia nos quoq; te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Antonium: amorem eius in ſe & ſui animum in illum commorantis: Epiſtola. LXVIII.

AMbroſius Antonio. Nunq̄ es tacitus mihi: nec unq̄ tuo me tranſmiſſum ſilentio quærar: qui ſciam ꝙ tuo nō deſim pectori. Nā cū id pendas qđ pluris eſt: qui potes etiā id negare qđ ſæpe etiā in multos defluit: nō tā amoris uſu q̄ officij uiciſſitudine. Ego uero etiā ex meo animo tuā uicem exiſtimo: ut nūq̄ me tibi & te mihi abſentē putem: qm̄ ſemp animis hærem⁹. Nunq̄ tuas litteras mihi deeſſe opiner: aut meas tibi: cū te quotidie coram alloquar: in te oculos: ſtudia: atq; omnia officia mea dirigā. His tecum delectat cōgredi. Nā litteræ tuæ (ut aperte cū indiuiduo pectoris mei loquar) uerecūdari me faciunt. Vnde peto ut ſupſedeas gratiarū relatu. Mihi em̄ mei in uos officij ſumma merces eſt: ſi me debito erga uos muneri nō defuiſſe arbitrarer. Vale & nos dilige: quia ego quoq; te diligo.

Sancti Ambroſij ad Alipium: litteras illius ſibi eſſe redditas: & ſe ſuis reſpondiſſe litteris: ſignificantis: Epla. LXIX.

AMbroſius Alipio. Antiochus uir conſularis reddidit mihi eximietatis tuæ litteras: nec ſuperſedi: reſpondendi munere. Nam ꝑ meos homines dedi litteras: & ni fallor: alia oborta copia geminaui epiſtolā. Sed quia nō tam remetienda amicitiæ munia: q̄ cōtumeliam nō cumulandā arbitror: oportuit ip̄o præſertim regrediente qui me tanto litterarum tuarū affecit nomine: referri aliquod officium ſermonis mei: ut ego utriq; ueſtrū & ille tibi abſolueretur qui debebat referre qđ acceperat. Vale & diligentes te dilige.

Liber Nonus.

Sancti Ambroſij ad Vigilium: inſtituētis eum quō plæbem docere debeat: ac inter cætera ut cōiugia ex alienigenis refugiant: Samſoniſq; exemplo cōprobantis q̄ ꝑnicioſum ſit alienigenæ mulieris copulā aſciuiſſe: Epla. LXX.

AMbroſius Vigilio. Popoſciſti a me inſtitutiōis tuæ inſignia: qm̄ nouus aſcitus es ad ſacerdotiū. Et qm̄ teipſum ædificaſti: ut oportuit: qui dignus habitus es tanto munere: quomō & alios ædifices ſignificandū uidetur. Primum omniū cognoſcere eccleſiam tibi domini cōmiſſam: ideoq; uitandū ſemp: ne quid obrepat offenſionis: & fiat uelut cōmune corpus eius gentiliū admixtione. Vnde ſcriptura tibi dicit: Ne accipias uxorē de Geñ. 28.

filiabus chananæorũ:sed uade in mesopotamiã in domũ Bathuelis: id est: domũ sapientiæ:& eius tibi acquire copulam. Mesopotamia autẽ regio est in partib⁹ oriẽtis:quæ duob⁹ maximis p ea locorũ euphrate & tigri fluminib⁹ circũueniť:quib⁹ origo est in armeniæ locis.Influũt aũt diuerso meatu in mare rubrum:& ideo mesopotamiæ nomine signatur figura ecclesiæ:quæ maximis fluentorũ prudentiæ irriguis atq; iusticiæ fæcundat mentes fideliũ:quibus sacri baptismatis cuius typus præcessit in rubro mari:infundit gratiã culpamq; abluit. Doce ergo plæbẽ:ut nõ ex alienigenis sed ex domib⁹ christianis cõiugij quæratur copula. Nemo fraudet mercẽnarium mercede debita:quia & nos mercẽnarij sumus dei nostri:& ab eo mercedẽ laboris nostri expectam⁹.Et tu quidẽ o quicũq; es negociator:mercẽnario tuo mercedẽ pecuniariã negas:id est:uilẽ:caducã:tibi autẽ negabiť merces ꝓmissorũ cælestium. Nõ fraudabis ergo:ut lex dicit:mercẽnarium mercede sua. Nõ dabis pe
Deut.24. cuniã tuã ad usuram:qm̃ scriptũ est:q; is qui pecuniã suam nõ dedit ad usuram:habi-
Ps.14. tabit in tabernaculo dei.Nam ille est supplantator:qui usurarũ captat emolumenta.

Itaq; uir christianus si habet:det pecuniã quasi nõ recepturus:aut certe sortẽ quã dedit:recepturus.Habet in ea nõ mediocrẽ usurã gratiæ. Alioquin decipere istud est nõ subuenire. Quid em̃ durius q̃ ut des pecũniã tuam nõ habenti:& ipse duplũ exigas? Qui simplũ non habuit unde solueret:quẽadmodũ duplum soluet? Exem
Tobie.4. plo nobis sit Tobias :qui nũq̃ requisiuit pecuniã quã dederat nisi extremo uitæ suæ tempore:magis ne fraudaret bæredẽ q̃ ut depositam pecuniã cogeret ac recuperaret. Populi sæpe cõciderunt fœnore:& ea publici exitij causa extitit. Vnde nobis sacerdotibus id præcipuæ curæ sit:ut ea uitia resecemus:quæ in plurimos uidentur serpere. Hospitem doce uoluntariũ magis q̃ ex necessitate esse oportere: ne in hospitio deferendo inhospitalẽ affectũ animi sui ꝓdat:& in ipsa hospitis susceptione p iniuriã uioletur gratia:sed magis excolatur officiorũ usu & aliquo humanitatis ministerio. Nõ em̃ a te munera exiguntur ditia:sed officia uoluntaria:plena pa-
Prouer.15. cis & cõuenientis cõcordiæ. Meliora sunt em̃ olera cũ amicitia & gratia:q̃ si exqui-
Judicl.20. sitis dapibus adornetur conuiuiũ:si desit affectus gratiæ. Legimus ꝓemptos graui populos excidio ꝓpter uiolata iura hospitij leuitis de epbren. Propter libidinem quoq; cõmissa bella atrocia. Sed ꝓpe nibil grauius q̃ copulari alienigenæ: ubi & libidinis & discordiæ incentiua & sacrilegij flagicia cõflantur. Nã cum ipsum coniugium uelamine sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat:quõ potest coniugium dici:ubi nõ est fidei cõcordia? Cũ oratio cõmunis esse debeat:quõ inter dispares deuotione potest esse cõiugij cõmunis charitas? Sæpe plæriq; capti amore
Numeri.25. fœminarũ fidem suã ꝓdiderunt:ut patꝛ populus in beelphegor. Vnde Phinees arrepto gladio interfecit hebræum & madianiten fœminã: & mitigauit indignationẽ diuinã:ne totus populus extingueret. Quid de pluribus exẽplis loquar? Ex multis unum ꝓferam:ut eius cõmemoratione liqueat q̃ perniciosum sit alienigenæ mulieris asciuisse copulã. Quis fortior & ab incunabilis suis munitior dei spiritũ q̃ nazaræus Samson? Et ipse ꝓditus est:& ipse p mulierem non potuit suã tenere gratiã.

Cuius generationis & uitæ totius seriẽ bistorico digestã stilo enarrabimus ꝼm sacri libri continentiã:quæ in hunc est modũ:nõ uerborum serie sed sensu. Multos p annos hebræorũ populũ subditum palæstini ac subiectũ habebant: qm̃ fidei prærogatiuã amiserat:qua uictoriã patres adepti fuere. Nõ penitus tñ interciderat insigne electionis apud auctorem suũ & funiculus hæreditatis. Sed quia rerũ secundarum insolentia sæpe extollebanť:dabat eos plærũq; in potestatẽ hostium: ut more ingenij humani remediũ malorum de cælo sibi quærerent. Tunc em̃ deo subditi sumus:cũ aduersis aliquib⁹ urgemur.Secũdæ res mẽtẽ extollũt. Quod cũ alias usu ꝓbatum sit:maxime in ea rerum cõuersiõe qua rursus ad hebræos a palæstinis uersa uice res mutatæ. Nãq; cum diuturna iniuria longæ subiectionis ita essent depressa hebræoꝝ pectora:ut nullus uirili ingenio ad libertatẽ animos tollere auderet: ortus est illis Samson diuino oraculo prædestinatus:magnus uir:nec in plurib⁹ nume-

randus:ſed in paucis præſtãtiſſimus:& ꝙ ſine ulla controuerſia ſit: uiribus corporis omniũ facile primus:eoꝙ ingẽti admiratione nobis ſpectandus a principio: non illa quæ tẽperantiæ & ſobrietatis iam inde a puericia uini abſtinẽs præclara inſigna dedit:nec illa quæ intonſo capite Naçaræus ſacra diu ſeruauit cuſtodia:Sed ab adoleſcentia quæ in alijs ætas mollior:in hoc egregia:atꝙ ſupra humanũ modum: ꝓfectæ uirtutis ſtupẽda facinora effecit:quibus diuini oraculi mox aperuit fidẽ:ꝙ nõ ꝓfunctorie tanta eũ anteiſſet gratia: ut deſcẽderet angelus ꝑ quẽ ortus eius præter ſpem parẽtibꝰ annũciaret:futuri regimen & præſidiũ ſuis. Nã grauibꝰ iam diu palæſtinorũ imperijs afflictabant. Pater illi erat de tribu Dan timens deũ: haud ignobili genitus loco:præſtans cæteris:mater utero ſterilis ſed animi uirtutibus haud infæcunda:quæ ꝓpriæ hoſpitio mẽtis recipere meruit uiſionẽ angeli:mãdatũ tenuit:oraculum impleuit.Nec tñ paſſa ſine uiro ſcire uel diuinitatis ſecretũ:inſinuauit marito ui ſum ſibi hominẽ dei præclara ſpecie futuræ ſobolis ferentẽ oracula: qua pollicitatione ſeſe fidentẽ cũ coniuge fidem ꝓmiſſoꝝ cæleſtiũ participare. Qđ ubi cõperit: pie deũ precatus orauit:ut ſibi quoꝙ uiſionis eius gratia tribueret:dicẽs: In me dñe angelus ueniat tuus. Vnde ego arbitror:nõ çelo mulieris quæ eſſet ſpectabilis pulchritudinis aliquid eũ ſuſpectum habuiſſe:ut quidã exiſtimauit:ſed magis diuinæ çelo gratiæ ꝓuocatũ:cõſpectus ſacri uoluiſſe participari munere. Neꝙ em̃ uitijs animi praue affectus tantã apud deũ inueniſſet gratiã:ut angelus in eius domũ reuerteretur:qui monitis ijs quæ uſus oraculi poſtulauiſſet:ſubito flãmæ uehemẽtiſ eleuatꝰ ſpecie:ſeſe recepit. Id formidoloſum uiro:mulier ſalubrius interꝑtata:in gaudium uertit:atꝙ ademit ſollicitudinẽ:eo ꝙ ꝓſperoꝝ iudiciũ nõ aduerſantiũ ſit uiſere deũ. Judicũ.13.

Talibus e cælo cõmendatus inſignibus:ubi primũ adoleuit:coniugio mentẽ intẽdit:ſiue ꝙ uagam ac familiarẽ adoleſcẽtulis abhorreret animo lubricæ libidinis conſuetudinẽ:ſiue quia iam cauſa quærebat:quẽadmodũ a ceruicibus plæbis ſuæ auerteret palæſtinorũ potentiã duraꝙ imperia. Pergens itaꝙ in thannata(urbi hoc nomen eſt in illiſ poſitæ locis:quæ tunc palæſtinoꝝ incolis frequentabat)uirginẽ aſpexit grata ſpecie & uultu decoro:& parẽtes ꝓprios quoꝝ comitatu fultus gradiebatur:orauit ut eam in coniugiũ ſibi poſcerẽt. Verũ illi ignorãtes ꝙ eo intẽtio uergeret:ut palæſtinis aut negãtibus infeſtior foret:aut acquieſcẽtibus affectus inferẽdæ in ſubditos iniuriæ demeret:cũ ex cõiunctione æqualitas:par & gratia cõſortij iure accreſceret:aut ſi quid offenſum eſſet:longiꝰ ultionis ſtudia ꝓcederent:quaſi alienigenã declinandã arbitrabant. Sed ubi flectere animũ pignoris legitimoꝝ obiectu fruſtra experti:in arbitriũ eius uolẽtes cõceſſere. Recepta itaꝙ petitione Samſon cũ ſibi ꝓmiſſam reuiſeret diuertit:& pauliſper de aggere deflexit:cõtinuoꝙ occurrit eo leo ferus de ſilua:agreſti libertate ſeuior.Comes nullus:telũ in manibus haud quaquã ſuppeditabat:cedere pudor:& conſcia uirtus fiduciã dare:mentẽ in ſe brachijs amplexus necat:& lacertoꝝ nodo exanimatũ: præter aggerẽ ſupra ſilueſtria germina ꝓiecit ac dereliquit. Locus erat lætus pabuli herboſo gramine:uinetis cõſitus.Itaꝙ apud dilectiſſimã ſibi ſponſam exuuias feræ credidit ſine momento futuras:cum taliũ rerum tẽpora nõ terribilibus ſpolijs ſed mitibus gaudijs & feſta fronde fiant nenuſtiora. Deniꝙ poſt eadem regrediẽs uia fauum in utero leonis offendit:atꝙ abſtulit:donũ parẽtibus ac puellæ futuræ. Talia em̃ ſponſam munera decẽt ac deguſtato melle fauum prædictis edendũ dedit:cauſam repſſit. Sed forte quadã die nuptialis feſti celebrabat conuiuiũ:læta in epulis iuuẽtuſ mutuis ſe ad ludum inuitabat ſermonibꝰ:cũ aliuſ aliũ ſalſiore dicacitate ꝓſtringeret:ſicut ſe hmõi uſus habet:certamen læticiæ accendebat. Ibi tum quæſtionẽ hmõi ꝓpoſuit Samſon iuuenibus coepulantibꝰ: De manducãte exiuit eſca:& de forti ꝓceſſit dulce.Abſoluentibus pollicẽs præmiũ:quaſi mercedẽ ſapientiæ triginta ſyndones & totidem ſtolas ſm numerũ uirorum comeſantiũ:haud mulctã ignorãtibus. Qui cum enodare implexa & diſtinguere ambigua nequirẽt:mulierẽ eius partim minis exagitando:partim fatigando precibꝰ: eo impulere ut a uiro poſceret quæſtionis eius abſolutionẽ: Ibidẽ.14.

insignē futurā cōiugalis gratiæ in mercedem amoris. Atq; ea seu animi territa: seu muliebri ingenio inflexa: ueluti pio quæstu maritalis odij dolorē prætexere cœpit: qđ secretū uiri cōsors: totius uitæ & cōsocia nō cōperisset: similisq; cæteris habita fo
Judicū.14. ret: cui arcanū uiri ꝓprij nō crederet. Odisti me inquit & nō amasti quā celasti usq; adhuc. His atq; cæteris talib⁹ inuictus certe animus: muliebrib⁹ emollit⁹ blādicijs: aperuit dilectæ ꝓpositam quæstionē: & illa ciuibus. A quibus uix tandē septimo die qui præscriptus absoluendæ parabolæ fuerat: ante occasum solis cōperta soluta sunt: atq; in hunc modū relata: Quid fortiꝰ leone? quid dulciꝰ melle? Et ille respondit: Nec muliere aliquid ꝓfidiosius. Nam si nō domuissetis uitulā meā: nunq; intelligeretis parabolā meam. Et statim descēdit in ascalonā: & triginta uiros peremit: quoq; exuuias auferens: eos qui ꝓpositā quæstionē soluerant ꝓmisso munere donauit. Abstinuit autē coniugio puellæ cuius ꝓfidiā deꝓbenderat: atq; in patriam domū sese recepit. Turbataq; animi iuuēcula quæ indignationē læsi: ferociam fortissimi fraudi sibi futuram iusta formidine ꝓborresceret: in alterius uiri cōcessit nuptias: quē tñ paranymphum sibi Samson quasi fidum sodalē cū duceret eā uxorē: asciuerat: nec sic tamē prætento licet coniugio offensionis periculū auertit. Nāq; ubi res ꝓdita: uolentiq; ad coniugē redire: intercluſa copia: q; pater eā alij uiro nupsisse diceret: sororē sane eius si uellet: ducere liceret: stimulo iniuriæ exulcerat⁹ publicā excogitauit ultionē capessere domesticæ cōtumeliæ indignatione: correptisq; uulpibus adulta æstate: cū iam matura essent in agris frumēta: binas sibi inuicem cauda ad caudā ligauit: atq; in mediū earum ardentē inseruit facē: nodoq; astrinxit inexolubili: & ultor iniuriæ sup manipulos messis dimisit frumētariæ: quā secuerant incolæ palæstinoꝝ. At illæ igit̄ exterritæ quacūq; præcipites cōuoluebant̄: spargebāt incendiū: & exurebat spicas eorū. Quo dispendio cōmoti q; omnes sibi locoꝝ fructus interierāt: factū principibus suis intimauerūt. Et illi miserūt uiros in thannatam qui mulierē quæ uariato fidē cōiugio mutauerat: ac totam eius domū parētesq; igni inuoluere: q; ea causa suæ uastitatis & iniuriæ foret: nec oportuisse lædi uirum ꝓnunciantes qui posset malo se publico ulcisci. Nec tñ Samson populis palæstinoꝝ delicti gratiā fecit: atq; eo uindictæ fine cōtētus fuit: sed cōcidit eos strage maxima: plurimiq; eorū ferro interiere. Ipse aūt concessit in ethā ad torrentē in deserto. Petra illic erat munitio tribus ludæ. Palæstini uero qui eū nō auderent lacessere: nec munitionis prærupta arduaq; superare: tribū ludæ denūciato adorsi ursere prælio: qđ subditos sibi & tributarios perditū iri nequaquā iustū & æquū atq; ex usu uideretur: publico: ꝓ alieno præsertim facinore cōsulentes in mediū: tradi sibi designatorē tanti flagicij postulauerūt: atq; ita illis qđ ab eo cōmissum: futurū sine noxa. Qua præscripta sibi conditione uiri de tribu ludæ tria milia ex suis cōgregantes ascenderunt ad eū: & præfato q; essent subditicij palæstinoꝝ: quibus sibi necessitas obediēdi non ex arbitrio sed ex periculi formidine maneret: facti sui inuidiā retorquebant in eos: qui ius cogēdi habebant. Tum ille: & quæ inquit iusticiæ forma est gen⁹ abramidarum: ut circūscriptæ primo cōiugis: deinde abductæ ꝓnicios a mihi uindicta sit: & sine periculo domesticā iniuriam nō licuerit ulcisci? Tantū ne inclinatis animos ad turpe uernularū obsequium: ut executores uos alienæ præbeatis insolentiæ: atq; in uosmetipsos uertatis manus? Si pereundū est quia dolorē habui liberum: iuuat perire manibus palæstinoꝝ. Tentata domus: sollicitata uxor. Si nō licuit mihi uiuere sine eorū fraude: saltem liceat mori sine scelere uestro. Retuli ego acceptā iniuriam nō intuli? Vos existimate an digna uicissitudo fuerit. Illi de damno fructuū querun-
tur: ego de cōiugis amissione. Cōferte manipulos messis & sociā thori. Dolorē meū ipsi ꝓbarunt cuius iniurias uindicauerūt. Videte quo uos ministerio dignos putāt. A uobis eum morte affici uolunt: quē ipsi ultione dignū de ijs qui me læserāt iudicauerunt: & qui uindictæ præbuere ministeriū. Sed si adeo subdita supbis corda geritis: tradite me hostiū manibus: uos nolite occidere. Nō mortē abnuo: sed uestrum fugio cōtagiū. Verū si formidine ceditis insolētib⁹: alligate uinculis man⁹ inermes

licet inuenient ſibi arma nodis ſolutæ: certe cõditiõe impoſitæ. Satis futurũ arbitrati ſunt: ſi uiuentẽ in poteſtatẽ daretis. Quibus illi auditis q̃is tria milia uirorũ aſcẽderant: ſacramentũ dederunt qđ a ſe uitæ eius uis nulla irrogaret: tantũmodo patiens uinculoꝝ eſſet: ut deditionẽ eius patrarẽt: quo uacui fierent eius cuius arguebãtur: facinoris. Accepta itaq; fide ſpelæo egreſſus deſeruit petræ munitionẽ: ac duobus innexus funibus. Vbi appropinquare accitos ad ſuſcipiendũ palæſtinorũ ualidos uidet: infremuit ſpiritu: & uniuerſa dirupit uincula: atq; arripiens maxillã aſini iacẽtem percuſſit mille uiros: fugauit alios grandi uirtutis ſpectaculo: cũ inermo & uni cederent armatorũ agmina. Et qui cõminus auſi fuerant cõgredi: facili negocio nullo labore obtruncati: alijs fuga exitiũ dempſit. Vnde hodieq; agon loco nomen eſt: q̃ ibi Samſon glorioſum certamẽ uirtute egregia conſummauerit. Sed utinã q̃ fortis in boſtẽ: tam moderatꝰ victoria fuiſſet. Verũ q̃ facile uſu uenit: inſolens reꝝ ſecundarũ animus qui debuit euentũ pugnæ diuino fauori & præſidio deferre: ſibi arrogauit: dicens: In maxilla aſini deleui mille uiros. Nec aram ſtatuit deo: nec boſtiam immolauit: ſed negligens ſacrificij: aſſumptor gloriæ: ut triumphũ ſuum ꝓpetuo cõſecraret nomine: uocauit locum maxillæ interfectionẽ. Et mox ſiti grauiter cœpit inardeſcere: & potus deerat: nec iam ferre ac tolerare poterat. Vnde intelligens q̃ nihil tam facile eſſet humanæ opis q̃ ſine diuino adiumẽto nõ difficile foret: exclamauit atq; obſecrauit: ne ſibi deus omnipotẽs in offenſam uerteret: q̃ imprudenter incauto ſermone ſibi aliquid aſſignauiſſet. Quinetiã illam uictoriã deo deputabat dicens: Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutẽ magnã banc: & nunc ſubueni: quia ecce morior ſiti: & in poteſtatẽ eorum de quibus tantũ donaſti triumphũ: ſitis neceſſitate adiudicor. Quomõ dei miſericordiæ: cũ ꝓpieciſſet ille maxillam: aperuit ſciſſuram eius: & fons erupit ex ea: & bibit Samſon: & reſumpſit ſpiritũ: & uocauit locum iuocationẽ fontis: eo q̃ uictoriæ iactantiã inuocationis precibus emẽdauiſſet: ita diuerſa iudicia mature edita: q̃ & arrogantia cito offenſam incurreret: & humilitas ſine ulla offenſione ſeſe recõciliaret. Verũ ubi decurſa ſerie bellum palæſtinorũ cõpoſuit: & ſuorũ declinans ignauiã: & boſtilẽ deſpiciens manũ: gaçam ſeſe contulit (ea ciuitas erat in locis palæſtinorum) & habitabat illic in diuerſorio. Qđ cognitum gaçæi haud quaquã diſſimulatione prætierierũt: ſed feſtinantes circũdederunt diuerſoriũ eius: & obſederunt uniuerſos aditus domus: ne fugam in noctẽ cõponeret. Itaq; Samſon cognito quid pararet: cõpoſitas inſidias noctis medio præuertens: columnas domus manibꝰ amplexus materiem totã & culminis molẽ ceruice ualida ſuſtentans in uerticẽ montis altiſſimi trãſportauit qui imminebat urbi hebron: quæ populis hebræis incolebat. Cũ libero & uago motu tranſgrederet: nõ ſolũ regionis paternæ terminos: ſed etiã morum limites & maiorũ obſeruationes præſcriptos: eam ſibi futuræ mox cladis peſtẽ inuenit. Nãq; parũ fida expertus alienigenæ uxoris prima connubia qui debuiſſet cauere uel poſtea: rurſus Dalilæ mulieris fornicariæ copulã non declinauit: & cũ eam diligeret impenſe: tentandi ſe cauſam dolis boſtilibus præſtitit. Aſcendẽtes em̃ palæſtini ad eam: polliciti ſunt pecuniã uiritim daturos mille & centũ denarios: ſi ꝓderet eis in quo ille fiduciã uirtutis ſuæ conſtitutã haberet: quo cognito circũueniri & capi poſſet. At illa quæ ſemel ſe pecuniæ ꝓſtituerat: aſtute ſatis & callide inter epulas & illecebras amoris quaſi admirans fortitudinis eius eminentiã: quærere cœpit quo tandẽ genere tantũ præſtaret reliquorũ uirtutibus: ſimul & quaſi pauida atq; ſollicita orare: ut dilectæ ſuæ cõmitteret: qui nexus aſtrictum alienæ poteſtati ſubſterneret. Ille autẽ adhuc ſobrius & fortis animi aduerſus delinimẽta meretricia dolũ dolo retulit dicens: Quia ſi uitibus uirentibus adhuc & non aridis alligaret: infirmitate corporis adæquaret aliorũ ſimilitudinem.

Iudicũ.15.

Ibidẽ.

Iudicũ.16.

Quo palæſtini per Dalilã ſibi cõperto: cum uitea ſoporanti circũdediſſent uincula quaſi de improuiſo excitũ: haud degenerẽ offendere notæ & ſolitæ fortitudinis: cũ ſolutis nexibus uirtus libera multis licet reſiſteret ac repugnaret. Sed ubi id parum ꝓceſſit: rurſus Dalila quaſi deriſa & cõquerẽs repetere artes ſuas: & fidẽ amo-

ris poſcere nō prætermittebat. Cui Samſon ualidus adhuc cōſilij dolū ridēs: ſignificauit ligatū ſe ſeptē funibus qui adhuc ſine uſu forent: uenturū ſe in poteſtatē hoſtium: ſed & hoc fruſtra fuit. Tertio quoq; tāq̄ de myſterio deprompſit etiā lapſuro ꝓpior: ſi diſſoluti eſſent crines ſeptē capitis ſui: & quaſi in cubitū intexti: diſcederet ab eo uirtus ſua. Et hoc quoq; luſit inſidiarū fabricatores. Ad poſtremū cū illuſum ſibi totiēs ꝓcax mulier deplorauiſſet: indignā ſe habitā dolens: cui cōmitteret arcanū: dilectiq; id qđ ꝓ remedio quæreret: ad ꝓditionem ſuſpectari uideret: lachrymis fidē coegit: ſimul quia debebat inuictæ ad id tēpus fortitudinis uiro: ut incideret erumnā ſaucius: animi ſecretū aperit: prætēdere in ſe uirtutē dei: & eſſe dño ſanctificatū: ſecūdū eius præceptū comā paſcere: quæ ſi attonderet: deſineret naçaræus eſſe: & ꝓpriæ uirtutis uſum amitteret. Palæſtini per mulierē cōperta infirmitate uiri: ſceleris mercedē afferunt: ut precio obnoxia dolū patraret. At illa meretricijs delinimētis feſſum amoris in ſoporē cōpulit: & tonſore adhibito ſeptē crines capitis eius admota nouacula abſcidit. Cōtinuoq; interdicti præuaricatiōe uires minutæ. Deniq; ex ſomno experrect⁹: faciā inquit ſicut ſoleo: & excutiā me ſup aduerſarios: ſed nec animi ſui alacritatē nec uirtutem agnouit: nec uigor erat nec gratia manebat. Itaq; reputans ſecū ꝙ improuide ſe mulieri aduerſariorū credidiſſet: & caluatus tētare ulterius aliquid dānatus infirmitatis: nequiret cæcitatis oculos uinculis manus præbuit: & cōpedibus innexus carcerē intrauit multis ſibi incognitum tēpeſtatibus. Et iam ꝓceſſu tēporis creſcere ei coma cœperat. Itaq; cū eſſet celebre conuiuiū: palæſtinorum conuentui ꝓducitur de carcere Samſon: ac ſtatuitur in populi conſpectu. Erant tria milia ferme hominū uirilis ac muliebris ſexus: & grauibus in eum inſultabant conuitijs: circūagebant ludibrijs qđ durius & ultra ipſum captiuitatis ſpeciem uiro ingenitæ uirtutis conſcio tolerabatur. Nam uiuere & mori: naturæ functio: ludibrio eſſe: probro ducitur. Cupiens igitur tantā cōtumeliā uel ultione ſolari uel morte in reliquum præuertere: ſimulato ꝙ infirmitate corporis & nodis compedū ſuſtentare ſeſe nequiret: popoſcit a puero: qui dirigebat uias eius ut admoueret eum ad colūnas proximas: quibuſ dom⁹ omnis ſuffulciebatur. Et admotus: utraq; manu fulcra totius cōprehendit ædificij: atq; intentis ad feſta ſacrificij palæſtinis: qđ dagoni deo ſuo deferebāt: per quē ſibi aduerſarium ſuum datū in poteſtatē arbitrabantur: muliebris perfidiæ dolos beneficijs annumerātes cæleſtibus: exclamauit ad dominū dicens: Domine adhuc ſemel memor pueri tui eſto: ut ꝓ duobus oculis meis uindictam tribuas de nationib⁹: ne dent gloriā ſuis dijs: ꝙ ipſis iuuātibus me in poteſtate acceperint: nec uitam meā pluris facio. Moriat̄ anima mea cū palæſtinis: ut agnoſcant ſibi infirmitatē meam nō minus q̄ uirtutē exitialem fuiſſe. Concuſſit itaq; colūnas magna ui: ac diſſoluit & cōminuit eas quas ſecuta ruina ſuperioris culminis & ipſum inuoluit: & uniuerſos qui deſup aſpectabāt præcipitauit. Ibi magna uis mariū fœminarūq; promiſcue exanimata: & triumphus quæſitus perempto ſupra omnes ſuperiores uictorias haud quaquā degenere & decolore exitu. Nā & ſi inuiolabilis ad id locorum & deinceps: atq; incōparabilis in hac uita expertis belli fuerit uiris: tamē in morte ſeipſum uicit: & inſuperabilē geſſit animum: ut cōtemneret: & quaſi nihilo haberet uitæ finē omnib⁹ formidoloſum. Virtutis igitur fuit ꝙ uictoriaꝝ numero diem clauſit: nec captiuum exitum ſed triūphalem inuenit. Circūſcriptum autē fuiſſe a muliere: naturæ potius q̄ perſonæ aſcribendū: Quia humana conditio maior q̄ culpa inferior. Præmitur em̄ & cedit illecebris flagitiorū. Itaq; cum ſcriptura ei teſtificetur ꝙ plures in morte q̄ in lumine uitæ iſtius poſitus occiderit: uidetur ad aduerſariorū magis exitium captus q̄ quo ipſe deiectior fieret aut minor eſſet. Non eſt enim ſe expertus inferiorē: cuius ſepultura præſtantior q̄ potentia fuit. Deniq; non telis ſed cadaueribus boſtiū præſſus humatus eſt: ꝓprio tectus triumpho: clarum inſigne relinquēs poſteris: eo ꝙ populum ſuum quē captiuum inuenerat: uiginti annis in libertate iudicio ſuo rexit: & ſepultus in patrio ſolo libertatis hæredē dimiſit. Hoc ergo exemplo liquet alienige-

narum cõsortia refugienda:ne ꝑ charitate cõiugij ꝑditionis insidiæ succedãt. Vale & nos dilige:quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Irenæũ:occasione eius qđ in Apl'o scriptum est:Lex eñ iram operat':& cætera.quæstionẽ cur lata sit lex absoluentis:Epla.LXXI.

AMbrosius Irenæo. Decursa lectione Apostoli nõ perfunctoriæ motus es: quia audisti hodie lectum:Lex eñ iram operat'. Vbi autem non est lex: nec Ro.4. præuaricatio. Vnde & cõsulendũ arbitratus es: cur lata sit lex:si nihil ꝑderat:imo oberat quæ operaret' iracundiã:& præuaricationẽ introduceret. Equidẽ ſm interrogationẽ tuam:certũ est non fuisse legem necessariã quæ per Moysen data est. Nam si naturalẽ legem quã deus creator infudit singulorũ pectoribus: homines seruare potuissent:nõ fuerat opus ea lege quæ in tabulis scripta lapideis implicauit:atq; inodauit magis humani generis infirmitatẽ: q̃ elaqueauit atq; absoluit.

Esse autem legem naturalẽ in cordibus nostris:etiam Apostolus docet qui scribit: Quia plærũq; & gentes naturaliter ea quæ legis sunt faciunt:& cũ legẽ nõ legerint: Ibidem.2. opus tamẽ legis scriptũ habent in cordibus suis. Ea igit' lex nõ scribitur sed innascitur:nec aliqua percipit' lectione:sed ꝑfluuio quodã naturæ fonte: in singulis exprimitur:& humanis ingenijs baurit'. Quã debuimus uel futuri iudicij metu seruare: cuius testis cõscientia nostra tacitis cogitationib9 apud deum ipsa se prodit: quibus uel redarguitur improbitas:uel defendit' innocẽtia.Itaq; cum semp pateat domino: tum maxime in die iudicij manifestabitur: quãdo occulta cordis in examẽ uenient quæ putabãtur latere. Quorũ tamen proditio:occultorũ scilicet:nequaquã noceret:si lex naturalis inesset pectorib9 humanis. Est eñ sancta sine uersucia:sine fraude:cõsors iusticiæ:expers iniquitatis. Deniq; interrogemus infantiã: uideamus si in ea crimen reperitur:si auaricia:ambitio:dolus:sæuicia:insolentia.Nihil suũ nouit: nullos honores sibi arrogat:præferre se alteri ignorat:fraudem nescit: uindicare sese nec uult nec potest: Insolentia quid sit: puro ac simplici nequit animo cõprehendere. Soluit banc legem Adam qui uoluit sibi arrogare qđ non acceperat:ut esset sicut creator & conditor suus:& diuinum honorẽ affectaret.Itaq; ꝑ inobedientiã offensam traxit:& culpam incidit ex insolẽtia. Qui si non rupisset imperiũ:& obediens fuisset mandatis cælestibus:prærogatiuã naturæ atq; ingenitæ sibi innocẽtiæ hæredibus ꝑprijs reseruasset. Ergo quia per inobedientiã prærogatiua naturalis legis corrupta atq; interdicta est:ideo scriptum legis existimatum est necessariũ: ut uel partem haberet qui uniuersum amiserat. Et cui perierat quod nascẽdo assumpserat:discendo saltẽ cognosceret & custodiret. Simul quia causa deiectionis eius superbia fuit. Superbia autẽ orta est ex prærogatiua innocẽtiæ. Debuit ea lex ferri quæ subditũ deo & subiectum redderet. Nam sine lege peccatũ nesciebatur: & minor erat culpa:ubi erat culpæ ignorantia. Vnde & domin9 ait:Si non uenissem:& Joh.15. locutus fuissem ijs:peccatũ non haberent. Nunc autẽ excusationẽ nõ habẽt de peccato. Lata est ergo lex:Primũ ut excusationẽ tolleret:ne quis diceret:peccatũ nesciui:quia præscriptũ nõ erat quid cauerẽ. Deinde ut omnes subditos faceret deo agnitione peccati.Omnes autẽ subditos fecit:quia nõ solum iudæis data est: sed etiam gentes uocauit.Proseliti eñ ex gentib9 sociabantur.Neq; uero exceptus uideri potest qui uocatus defuit.Lex eñ quos uocauit:& alligauit. Vniuersoq; itaque culpa operata est subiectionẽ:subiectio humilitatẽ:humilitas obedientiã. Itaq; quia superbia culpam cõtraxerat:ecõtrario culpa obedientiã generauit. Vnde lex scripta quæ uidebatur superflua:facta est necessaria:ut peccatũ peccato solueret. Sed ne rursus aliquis deterreat' & dicat incrementũ peccati factum esse per legẽ:& legẽ nõ solum nõ profuisse sed etiam offuisse arbitretur: habet quo solari suã possit sollicitudinẽ:quia & si ꝑ legẽ superabũdauit peccatũ:superabundauit & gratia. Quid sit hoc:intelligamus. Superabundauit peccatũ per legẽ: quia ꝑ legem agnitio pec- Ro.5. cati:& cœpit mihi obesse scire id quod ꝑ infirmitatẽ uitare nõ possem. Ad cauendũ eñ ꝑ dest præscire:sed si cauere non queã:offuit nosse. Versa ergo lex in contrariũ:

tamen ipso peccati incremẽto facta est mihi utilis: quia humiliatus sum: Vnde & di-
Ps.118. xit Dauid: Bonũ mihi q̃ humiliatus sum. Humiliando autẽ me: solui uinculũ erroris superioris: quo Adã & Eua exuerant omnẽ ꝓpriæ seriem successionis. Vnde & dominus quasi obediẽs uenit: ut inobediẽtiæ & præuaricationis humanæ laqueus solueretur. Itaq̃ sicut per inobedientiã peccatum intrauit: ita per obedientiam pecca-
Ro.5. tum solutum est. Vnde & Apostolus ait: Quia sicut per inobedientiã uni⁹ hominis peccatores constituti sunt plurimi: ita & per obedientiam unius hominis iusti constituentur multi. Habes igitur unũ: quia lex & superflua fuit: & facta est nõ superflua. Superflua in eo: quia nõ fuisset necessaria: si illã legẽ naturalẽ seruare potuissemus. Sed quia nõ seruauimus: ista lex p Moysen necessaria facta est: ut doceret me obedientiã: & laqueum illũ solueret præuaricationis Adæ: qui laque⁹ totã astrnixit hæreditatẽ. Creuit quidẽ culpa per legem: sed & culpæ auctor superbia soluta est: idq̃ mihi ꝓfuit. Superbia em̃ culpam inuenit: culpa autẽ gratiam fecit. Accipe aliud. Nõ fuit necessaria lex per Moysen. Deniq̃ subintrauit: qd̃ utiq̃ non ordinarium sed uelut fortuitũ significare uidetur introitũ: eo q̃ in locum naturalis legis intrauerit. Itaq̃ si illa suũ seruasset locũ: hæc lex scripta nequaquã esset ingressa. Sed quia illam legẽ excluserat præuaricatio ac propemodũ aboleuerat: pectoribus humanis regnabat superbia: inobediẽtiaq̃ sese diffuderat: ideo successit ista: ut nos scripto cõueniret: & omne os obstrueret: ut totum mundũ faceret deo subditũ. Subditus autẽ mundus eo per legẽ factus est: quia ex præscripto legis omnes cõueniunt: & ex operibus legis nemo iustificat: id est: quia per legẽ peccatũ cognoscitur: sed culpa nõ relaxatur: uidebat lex nocuisse: quæ omnes fecerat peccatores: sed ueniens domin⁹ Iesus peccatũ omnib⁹ qd̃ nemo poterat euitare donauit: & chirographum
Ibidem. nostrũ sui sanguinis effusione deleuit. Hoc est: qd̃ ait: Superabundauit peccatũ per legem: supabundauit autẽ gratia per Iesum: quia postq̃ totus mundus subdit⁹ factus
Ioh.1. est: totius mũdi peccatũ abstulit. Sicut testificatus est Iohãnes dicens: Ecce agn⁹ dei ecce qui tollit peccatũ mundi. Et ideo nemo glorietur in operibus: quia nemo factis suis iustificatur: sed qui iustus est donatũ habet: quia post lauacrũ iustificat⁹ est. Fides ergo est quæ liberat p sanguinẽ christi: quia beat⁹ ille cui peccatũ remittitur: & uenia donatur. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Irenæum: causam reddentis: Cur plæraque in lege præcepta sint: quæ per euãgelium uacuata uidentur: ut est circũcisio corporalis: & obseruatio sabbati: aliaq̃ plura huiusmodi: Cur etiã lex pædagogus dicatur: Epla. LXXII.

Gal.3. Ambrosius Irenæo. Audisti fili hodie lectũ in Apostolo: Quia lex pædagogus noster fuit in christo: ut ex fide iustificemur. Quo uno absolutas arbitror quæstiones quæ plærosq̃ mouere cõsuerunt. Sunt em̃ qui dicunt: Cum legẽ deus Moysi dederit: quid causæ est ut plæraq̃ in lege sint quæ per euangeliũ iam uacuata uideantur? Et quomõ unus utriusq̃ cõditor testamenti: cum qd̃ licebat in lege: per euangeliũ cœperit nõ licere. ut est circũcisio corporalis: quæ licet etiam tunc signo data sit: ut circũcisionis spiritualis ueritas teneretur: tamẽ qua ratione uel in ipso signo fuit? Cur ista diuersitas existimat: ut tunc circũcidi pietas crederetur: nunc impietas iudicetur? Deinde sabbati diem feriatũ esse debere obseruabatur ex lege: ita ut si quis onus aliquod lignorũ portasset: mortis fieret reus: nunc autẽ diem ipsum & oneribus subeundis & negocijs obeundis sine pœna aduertimus deputari. Et plæraq̃ præcepta sunt legis: quæ præsenti tempore cessare uideãtur. Quid ergo causæ sit cõsiderem⁹. Nõ em̃ ociose dixit Apo-
Ibidem. stolus: Quia lex pædagogus noster fuit in christo. Pædagogus cui⁹ est: maturioris an adolescẽtis: aut pueri? hoc est: ætatis infirmæ? Pædagogus ergo sicut etiã interpretatio latina habet: doctor est puer: qui utiq̃ imperfectæ ætati non potest pfecta adhibere præcepta quæ sustinere nõ quæat. Deniq̃ per ꝓphetam deus legis ait:
Ezech.20. Dabo uobis præcepta nõ bona: hoc est: nõ perfecta. Quod em̃ bonũ utiq̃ pfectum.
Matth.5. Idem autẽ deus euangelio pfectiora seruauit: Si quidẽ ait: Nõ ueni legem soluere

ſed implere. Quæ igitur iſtius cauſa diſtantiæ: niſi humana uarietas? Sciebat duræ ceruicis populum iudæorũ: lapſum: bumilem: perfidiæ, ꝓmptiorẽ: qui aure audiret & nõ audiret: oculis uideret & nõ uideret: lubrico quodam infantiæ leuẽ: & immemorem præceptorũ: & ideo legem tanq̃ pædagogũ mobili plæbis ingenio & menti adhibuit infirmæ: ipſaq; legis præcepta moderatus: aliud legi uoluit: aliud intelligi: ut inſipiens ſaltem qđ legeret cuſtodiret: & a præſcripto litteræ nõ recederet. Sapiens intelligeret diuinæ mentis ſententiã: quã littera nõ reſonaret: imprudens ſeruaret legis imperiũ: prudẽs myſterium. Ideo lex ſeueritatẽ gladij babet tanq̃ pædagogus baculũ: ut imperfectæ plæbis infirmitatẽ pœnæ ſaltẽ denũciatione deterreat. Euangeliũ autẽ indulgentiã habet quo peccata donanť. Iure ergo ait Paul⁹: Quia littera occidit: ſpiritus aũt uiuificat. Littera igitur occidit exiguã corporis portionem: ſpiritus intelligẽs: circũciſionẽ totius animæ corporiſq; cuſtodit: ut ſuperfluis amputatis (Quid eñ tam ſuperfluũ: q̃ auariciæ uitia libidiniſq; peccata: quæ natura nõ babuit: culpa quæſiuit) caſtimonia teneatur: frugalitas diligatur. Signũ igitť circũciſio corporalis: ueritas autẽ circũciſio ſpiritualis eſt. Illa membrũ amputat: iſta peccatũ. Nihil imperfectũ in bomine natura generauit: nec tanq̃ ſuperfluũ iubebatur, auferri: ſed ut aduerterent qui partẽ ſui corporis amputabãt: multo magiſ amputanda peccata: recidẽdos eos qui delicta ſua deant: etiã ſi quadã unitate corporis cõnecterentť. Sicut babes ſcriptũ: Si dextera manus tua ſcandaliçat te: abſcinde eã & ꝓijce abs te. Expedit eñ tibi ut pereat unũ membrorũ tuorum: q̃ totum corpus tuum eat in gebennã. Ergo ſicut pueris: ita iudæis mandata ſunt nõ plena præcepta: ſed ex parte: & uelut unã membri ſui partẽ mũdam ſeruare præcepti ſunt: qui totum corpus ſuũ mundũ ſeruare nõ poterant. Sabbati quoq; ferias uno die in bebdomada celebrare iuſſi ſunt: ut nulli oneri ſubderẽtur: quia mundanis operib⁹ abſoluti: utinã ſic abiſſent: ut in illud ꝓpetuũ futuroq; ſabbatũ ſæculorũ nulla ſecum grauiũ ueberẽt onera delictorũ. Sed quia lubricũ populũ deus nouerat: partem infirmioribus diei unius obſeruatione præſcripſit: plenitudinẽ fortiorib⁹ reſeruauit: ſynagoga diẽ obſeruat: eccleſia imortalitatẽ. In lege igitť portio: in euãgelio ꝓfectio eſt. Populus iudæorũ ligna portare ꝓbibetur: boc eſt: illa quæ cõſumuntur incendio. Vmbrã tenet qui ſolem refugit. Tibi ſol iuſticiæ umbram impedimentũ eſſe nõ paſſus: apertũ gratiæ ſuæ lumen infundens ait: Vade & amodo uide ne pecces. Joh. 8.

Tibi æterni illius ſolis imitator ait: Si quis autẽ ſuperædificauerit ſup fundamentũ aurum: argentũ: lapides precioſos: ligna: fœnũ: ſtipulam: uniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit. Dies eñ domini manifeſtabit: qm̃ in igne reuelabitť. Et uniuſcuiuſq; opus quale ſit: ignis ꝓbabit. Et ideo illud ſuperædificemus ſupra chriſtũ. Chriſtus eñ noſtrũ eſt fundamentũ qđ nõ exuratť ſed melioretť. Aurũ meliоratť: igitur meliоratť argentũ. Audiſti aurũ & argentũ: putas boc materiale: congregare deſideras: ſed ludis operam. Hoc aurũ & argentũ onus babet: fructũ nõ babet. Onus quærẽtis eſt: ſumptus bæredis. Hoc aurũ ſicut lignum exuritur: nõ perpetuatur. Hoc argentũ in die illo detrimentũ uitæ tuæ nõ lucrum affert. Aliud aurũ: aliud argẽtũ a te quæritur: boc eſt: ſenſus bonus: uerbum optimũ: de quib⁹ dicit de⁹: quia dat uaſa aurea & argentea. Hæc ſunt munera dei: eloquia dñi: eloquia caſta: argentũ igne examinatũ: ꝓbatũ terræ: purgatũ ſeptuplo gratia ſenſus tui: nitor caſti ſermonis exigitť: ſplẽdor fidei nõ tinnit⁹ argẽti. Hoc manet: illud perit: boc mercedẽ babet: & migrat nobiſcũ: illud detrimentũ babet qđ bic relinquitť. Si quis diuitũ putat ꝙ illud argentũ repoſitũ & reconditũ ei ſuffragari poſſit ad uitam: onus inane portabat qđ iudicij ignis abſumat. Hic relinquite ligna ueſtra diuites: ut on⁹ ueſtrũ futuro incẽdio incrementũ nõ addat. Si erogaueris: minuetť onus & qđ remãſerit: on⁹ nõ erit. Noli auare recõdere: ne fias nudo quidẽ nomine chriſtian⁹: opere iudæ⁹: cũ aduerteris onera tua tibi eſſe ſupplicio. Dictũ eſt eñ tibi non p umbrã ſed in ſole: cui⁹ opus manſerit: mercedẽ accipiet: ſi cuius arſerit: detrimentũ patietť. Et ideo tanq̃ ꝓfectus eruditus in lege: cõfirmatus in euãgelio utriuſq; fidem ſuſcipe teſtamẽti. Beatus eñ qui Eſa. 32.

ſeminat ſuper oẽm aquã: ubi bos & aſinus calcat: ſicut hodie lectũ eſt: hoc eſt: qui ſeminat ſup populos: qui ſequũtur teſtamenti utriuſq; doctrinã. Bos eſt ille aratorius:
Deuſ.25. legis iugum portanſ: de quo lex dicit: Boui trituranti os nõ alligabis: qui habet ſcripturarũ cornua diuinarum: Pullum aũt aſinæ domin⁹ in euãgelio in figura populi gẽtilis aſcendit.
1.Cor.9. Puto autẽ (quoniã diues eſt uerbum dei) ꝙ etiã illud intelligere debeamus: quia bos habet cornua plena terroris: taurus ferociã habet: aſinus manſuetudinem: qđ bene ad præſentia deriuat: quia beatus qui & ſeueritatẽ & manſuetudinem tenet: ut altero diſciplina ſeruetur: altero innocẽtia nõ opprimatur. Nimia em̃ ſeueritas extorquet plærunq; terrore mendaciũ. Deus diligi maluit q̃ timeri. Dominus ergo charitatẽ exigit: ſeruus timorẽ: cum perpetuus in homine terror eſſe nõ poſſit: quia ſcriptũ: ſicut hodie lectum eſt: Ecce in timore ueſtro ipſi timebunt quos timebatis. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Luc.19.

Sancti Ambroſij ad Clementianũ: uim apoſtolicæ diſputationis in ſuperiori epiſtola notatæ aperientis: ſimulq; oſtendentis iudæum nõ eſſe ſecundũ adoptionem hæredem: Epiſtola. LXXIII.

AMbroſius Clemẽtiano. Etſi ſciam ꝙ nihil difficilius ſit q̃ de Apoſtoli lectione diſſerere: cum ipſe origenes longe minor ſit in nouo q̃ in ueteri teſtamento: tamẽ quoniã ſuperiore epiſtola uiſus tibi ſum cur pædagogus lex diceretur: nõ abſurde explicauiſſe: hodierno quoq; ſermone uim ipſam apoſtolicæ diſputationis meditabor aperire. Superiora em̃ lectionis eius hoc habẽt: Eo ꝙ ex operibus legis nemo iuſtificet̃ ſed ex fide: quoniã qui ex operibus legis ſunt: ſub maledi-
Gal.3. cto ſunt. Chriſtus autẽ redemit nos de maledicto legis: factus ꝓ nobis maledictum. Non ex lege igitur hæreditas data eſt ſed ex repromiſſione. Etenim Abraæ dictæ ſunt repromiſſiones & ſemini ei⁹ qđ eſt chriſtus. Lex itaq; præuaricationum gratia poſita eſt: donec ueniret ſemen cui repromiſſum eſt: & ideo cõcluſa ſunt omnia ſub peccato: ut repromiſſio ex fide ieſu chriſti daretur credẽtibus. Poſtq̃ uenit autẽ fides: iam nõ ſub lege: hoc eſt: ſub pædagogo ſumus: quia ſumus filij dei: & omnes ſumus in chriſto ieſu. Si autẽ omnes ſumus in chriſto ieſu: ergo Abraæ ſemen ſumus ſm̃ ꝓmiſſionem hæredes. Hæc eſt apoſtolicæ concluſio ſentẽtiæ. Sed occurrit adhuc ei ꝙ poterat etiam iudæ⁹ dicere: & ego hæres ſum quoniã ſub lege ſum. Lex autem: uetus dicitur teſtamentũ. Vbi autẽ teſtamẽtum: ibi hæreditas. Et licet ad
Heb.9. hebræos ipſe dixerit: quia teſtamẽtum non ualet niſi mors intercedat teſtatoris: id eſt: quoniã teſtamentũ nõ ualet q̃diu uiuit teſtator: ſed eius morte firmatur: tamen
Hiere.12. quia in Hieremia domin⁹ locutus eſt de iudæis & ait: Facta eſt hæreditas mihi ſicut leo. Hæredes eos negare noluit. Sed ſunt hæredes ſine re: ſunt & cũ re. Et dicuntur hæredes teſtatore uiuẽte qui ſcripti ſunt ſed ſine re. Sunt etiã hæredes paruuli
Gal.4. qui nihil differunt a ſeruulo: quoniã ſub curatoribus ſunt & actoribus. Ita inquit & nos eramus iudæi ſub elemẽtis mundi huius ſeruiẽtes. Poſtq̃ uero uenit plenitudo tẽporis & chriſtus aduenit: iam nõ ſumus ſerui ſed liberi ſi credamus in chriſtũ. Ergo dedit illis ſpeciẽ hæreditatis: poſſeſſionẽ negauit. Habent nomẽ hæredis: uſum nõ habẽt. Quia ſicut paruuli hæredes nomẽ nudũ hæreditatis nõ auctoritatẽ uſurpant: iubẽdi ius & utendi nõ habent: qa plenitudinẽ ſuæ ætatis expectant: ut a cura-
Ibidem.3. toribus liberẽtur. Sicut ergo paruuli: ita & iudæi ſub pædagogo ſunt. Lex pæda-
Matth.23. gogus eſt. Pædagogus ad magiſtrũ ducit: magiſter noſter ſolus eſt chriſtus. Nolite dicere uobis dominũ & magiſtrũ: quia dñs & magiſter ueſter unus eſt chriſtus. Pædagogus timet̃: magiſter uiam ſalutis oſtendit. Timor ergo ad libertatẽ perducit: libertas ad fidem: fides ad charitatẽ: charitas acquirit adoptionẽ: adoptio hæreditatẽ. Ergo ubi fides ibi libertas: ſeruus em̃ ſub metu: liber ex fide: Ille ſub littera: iſte
1.Cor.3. ſub gratia: Ille in ſeruitute: iſte in ſpiritu. Vbi autẽ ſpiritus dñi: ibi libertas. Si igitur ubi fides: ibi libertas: ubi libertas: ibi gratia: ubi gratia: ibi hæreditas: Iudæus aũt litte ra nõ ſpũ in ſeruitute eſt. Qui nõ habet fidẽ: nõ habet ſpiritus libertatẽ. Vbi aũt nulla libertaſ: nulla gr̃a: ubi nulla gratia: nulla adoptio: ubi nulla adoptio nulla ſucceſſio.

Tanꝙ clauſis ergo tabulis cernit hæreditatem nõ poſſidet: auctoritatẽ non habet lectionis. Na quomõ dicit: Pater noſter: qui uerũ dei filium negat per quẽ adoptiuus acquiritur? Quomõ teſtamentũ nũcupat qui mortẽ teſtatoris negat? Quomodo libertatẽ uſurpat qui negat ſanguinẽ quo redemptus eſt? Hic em̃ eſt noſtræ preciũ libertatis. Sicut Petr⁹ dicit: Sanguine precioſo redempti eſtis: nõ agni utiqꝫ ſed eius qui manſuetudine & humilitate tanꝙ agnus aduenit: & totũ mundũ una ſui corporis hoſtia liberauit: ſicut ipſe ait: Sicut agnus duct⁹ ſum ad immolandũ. Vnde & Iobãnes ait: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatũ mundi? Ergo Iudæus hæres in littera: nõ ſpiritu tanꝙ paruulus eſt ſub curatorib⁹ & actoribus. Chriſtian⁹ autẽ qui plenitudinẽ temporis agnouit: qua chriſtus aduenit factus ex muliere: fact⁹ ſub lege: ut omnes qui ſub lege erant redimeret. Chriſtian⁹ inquam per unitatẽ fidei & agnitionẽ filij dei in uirum ꝓfectum: in menſurã ætatis exurgit plenitudinis chriſti. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus. 1. Petri. 1. Ioh. 1. Gal. 4. Eph. 4.

Sancti Ambroſij ad Horontianũ: ex eo qđ ab Apoſtolo cõmemoratũ eſt: Abraã credidit deo: & reputatũ eſt ei ad iuſticiã & cætera. colligentis ꝙ ij magis Abraæ filij qui ex fide hæredes ſũt: ipſam quoqꝫ fidẽ plurimũ cõmendãtis. Epla. LXXIIII.

EMbroſius Horontiano. Si Abraã credidit deo: & reputatũ eſt ei ad iuſticiã. Qđ aũt reputatur ad iuſticiã: ex incredulitate ad fidem eſt: utiqꝫ ex fide iuſtificamur nõ ex operibus legis. Abraæ autẽ ipſi duo filij Iſmael & Iſaac: unus de ancilla alter de libera. Et reſpoſum huiuſmodi: ut expelleret ancillã & filiũ ancillæ: nõ enim hæredẽ fore ancillæ filium. Et ideo nõ ancillæ nos filios eſſe ſed liberæ qua libertate nos chriſtus liberauit. Vnde colligit᷑ ꝙ ij magis Abraæ filij qui ex fide. Præſtant em̃ fidei q̃ generatiõis hæredes. Lex pædagogus eſt: fides libera. Gen. 15. Gal. 4. Ibidem. 3.

Abijciamus ergo opera ſeruitutis: teneamus gratiã libertatis. Deſeramus umbrã ſolem ſecuti: ritus iudaicos deſeramus. Circũciſio membri unius nihil ꝓdeſt. Deniqꝫ ait Apoſtolus: Ecce ego Paulus dico uobis: quoniã ſi circũdamini: chriſtus uobis nihil ꝓderit. Non quia nõ poſſit: ſed quia indignos beneficijs ſuis iudicet: qui uias eius deſerant. Et quidẽ ante ſephora circũcidit filium ſuũ: & periculum depulit qđ imminebat. Sed tunc ꝓfuit cũ chriſtus adhuc perfecta differret: cũ paruulus eſſet populus credentiũ. Venit nõ paruulus ſed perfectus in omnib⁹ domin⁹ Ieſus: Circũciſus eſt primo ſm legem: ne legẽ ſolueret: poſtea per crucẽ: ut legem impleret. Ceſſauit ergo qđ ex parte eſt: quia uenit qđ perfectũ eſt. Crux em̃ in chriſto non unũ membrũ ſed toti⁹ circũcidit ſuperfluas uoluptates. Fortaſſe adhuc quæritur qua ratione circũcidi ex parte uoluerit: qui uenerat perfectam circũciſionẽ demonſtraturus. De quo nõ puto eſſe diutius deliberandũ. Nam ſi peccatũ fact⁹ eſt ut noſtra peccata mũdaret: ſi maledictum ꝓ nobis factus eſt: ut legis maledicta uacuaret: ea ratione & circũciſus ꝓ nobis eſt: ut circũciſionem legis auferret datur⁹ ſalutem crucis. Spiritu igit᷑ ex fide ſpem iuſticiæ expectandã nobis aſſerit Apoſtol⁹: & in libertatẽ uocatos: libertatẽ noſtrã in occaſionẽ carnis nõ debere cõferre. Siquidem neqꝫ circũciſio aliquid ualet: neqꝫ præputiũ: ſed fides quæ per charitatẽ operatur. Et ideo ſcriptũ: Diliges dominũ deum tuũ. Qui autẽ diligit: utiqꝫ credit: & credendo unuſquiſqꝫ diligere incipit. Deniqꝫ Abraam credidit: & ſic diligere cœpit & credidit nõ ex parte ſed ꝓ omnia. Aliter enim habere plenã non poterat charitatem: quia ſcriptũ eſt: Charitas credit omnia. Si non credit omnia: nõ uidetur charitas eſſe perfecta. Ergo perfecta charitas omnẽ fidem habet. Non tamẽ facile dixerim: ꝙ continuo omnis fides perfectam charitatẽ habeat: quia Apoſtol⁹ dixit: Si habeam omnẽ fidem ita ut montes tranſferam: charitatẽ autẽ non habeam: nihil mihi ꝓdeſt. Etenim cum tria ſint maxime in uiro chriſtiano: ſpes: fides: charitas: maior his charitas. Sed arbitror propoſiti gratia hoc dixiſſe Apoſtolũ. Neqꝫ em̃ uidetur mihi qui habeat omnẽ fidem: ita ut montes trãſferat charitatẽ non habere: quomodo & illud: Si habeat aliquis omnia myſteria & omnẽ ſciẽtiã: quomõ nõ habeat charitatẽ: cũ dicat Iohãnes: Quia omnis qui credit quia Ieſus chriſt⁹ eſt: de deo nat⁹ eſt. Deut. 6. 1. Cor. 13. Ibidem. 1. Ioh. 4.

1.Joh.3. Et ſupra ipſe dixerit: Qm̃ qui de deo natꝰ eſt nō peccat. Vnde colligit᷑ ſi is qui credit quia Ieſus chriſtus eſt: de deo natꝰ eſt: & qui de deo natus eſt: nō peccat: utiq; is qui credit quia Ieſus chriſtꝰ eſt: nō peccat. Si quis autē peccat: nō credit. Qui aūt nō credit nō diligit. Qui aūt non diligit: peccato obnoxius eſt. Ergo nō diligit qui peccat.

1.Petri.4. Charitas em̃ multitudinē operit peccatorꝝ. Q2 ſi charitas peccandi excludit affectū: quādoquidē etiam timorē excludit foras: plena eſt utiq; pfectæ fidei charitas. De-

Luc.17. niq; apoſtoli qui futuri erant amici dixerūt: Adauge nobis fidē: petētes a bono medico: ut infirmantē in ſe fidem ſanaret. Infirmabat᷑ adhuc fides in ijs: cum audiret eti-

Matth.14. am Petrus: Minimæ fidei quare dubitaſti? Ergo fides uelut præuia charitatis occupat animā: & præparat ſemitas uenturæ dilectioni. Sic omnis fides eſt: ubi pfectio charitatis. Ideo puto dici: quia charitas credit omnia: hoc eſt: facit fidē omnia credere: & habere hmōi animā omnē fidem. Acp hoc ubi pfecta charitas: ibi omnis fides: ſicut ubi pfecta charitas: ſpes omnis. Deniq; ſicut omnia credit: ita ſcriptū eſt: Quia

1.Cor.13. ſperat omnia. Ideo maior quia ſpem fidēq; complectit᷑. Hanc charitatē habens: ni-

1.Joh.4. hil timet: quia charitas timorē excludit foras: & ideo ablegato & exuto timore om-

1.Cor.13. nia ſuffert: omnia ſuſtinet. Qui ergo p charitatē omnia ſuſtinet: nō pōt timere mar-

Gal.6. tyrium. Et ideo quaſi uictor alibi in fine ait: Mihi em̃ mundus crucifixꝰ eſt & ego mūdo. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Bellicium: exponētis quid ſibi uelit illud q̄ dominus Ieſus uidens a generatione cæcum: expuit & fecit lutum & ſuperunxit oculos cæci. & cætera. Epiſtola. LXXV.

Joh.9. Ambroſius Bellicio. Audiſti frater lectionē euangelij: in qua decurſum eſt a q̄ præteriens dominꝰ Ieſus uidit a generatione cæcū. Ergo nec nos quidē præterire debemus quē prætereundū dominꝰ non putauit: præſertim cū a generatione cæcus fuerit: qd᷑ nō ocioſe eſt poſitum. Eſt em̃ cæcitas quæ plærūque ui ægritudinis aciem obducit oculorū: eadēq; temporis ſpacio mitigat᷑. Eſt cæcitas quæ humorū infuſiōe generatur. Ea quoq; uitio plærūq; ſublato: medicinæ arte depellitur: Vt cognoſcas quia qd᷑ iſte ſanatur qui a generatione ſua cæcꝰ eſt: nō artis eſ ſe ſed poteſtatis. Donauit em̃ dominus ſanitatē: nō medicinam exercuit. Eos em̃ ſanauit dominꝰ Ieſus quos nemo curaret. Quā ſtolidi autē iudæi q̄ interrogant: Hic peccauit an parentes eius: debilitates corporū referentes ad merita delictorum. Et

Ibidem. ideo dominꝰ ait: Neq; hic peccauit: neq; parentes eius: ſed ut manifeſtarētur opera dei in illo. Quod em̃ naturæ defuit: creatori competit reformare: qui auctor naturæ eſt. Vnde addidit: Cū in hoc mundo ſum: lux ſum huiꝰ mundi. Hoc eſt: oēs poſſunt

Pſ.33. uidere: quia cæci ſūt: ſi me lumē requirāt. Accedite & uos & illuminamini: ut uidere poſſitis. Deinde quid ſibi uult q̄ is qui uitā refundebat imperio: ſalutem præcep-

Joh.11. to dabat: dicens mortuo: Exi foras: & egreſſus eſt Laçarus de ſepulchro: dicens pa-

Marci.2. ralytico: Surge tolle grabatum tuū: & ſurrexit paralyticus & cœpit grabatū ipe portare: in quo ſolutus membris omnibꝰ portabatur? Quid inquā ſibi uult q̄ expuit

Joh.9. & fecit lutum: & ſuperūxit oculos cæci: & dixit ei: Vade & laua in ſyloa: quod interpretatur miſſus: & abijt & lauit & uidere cœpit. Quæ iſta ratio eſt? Magna ni fallor. Plus em̃ uidet quem ieſus tangit. Simul & diuinitatem & ſanctificationē eius aduerte. Quaſi lux tetigit & lumen infudit. Quaſi ſacerdos per figurā baptiſmatis: myſteria gratiæ ſpiritualis impleuit. Expuit ut aduerteres quia interiora chriſti lumen ſunt. Et uere uidet qui chriſti mundatur internis. Lauat ſaliua eius: lauat ſermo

Ibidē.15. eius: ſicut habes: Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis.

Q2 autē lutū fecit: & ſuperūxit oculoſ cæci: quid aliud ſignificat: niſi ut intelligeres quia ipſe hominē luto illito reddidit ſanitati: qui de luto hominē figurauit: & q̄ hæc caro luti noſtri per baptiſmatis ſacramenta æternæ uitæ lumen accipiat. Accede

Joh.7. & tu ad ſyloam: hoc eſt ad eum qui miſſus eſt a patre: ſicut habes: Mea doctrina non eſt mea ſed eius qui me miſit. Diluat te chriſtus ut uideas. Veni ad baptiſmum: tempus ipſum adeſt: uenit feſtinus: ut & tu dicas: Abij & laui & uidere cœpi: Vt &

tu dicas: Cæc⁹ eram & uidere cœpi: Vt & tu dicas ſicut iſte refuſo lumine ait: Nox præceſſit dies appropinquauit. Nox erat cæcitas. Nox erat cũ ludas accepit bucellam a Ieſu: & tũc introiuit in eũ ſathanas. Iudæ nox erat: in quo diabol⁹ erat. Iohanni dies erat: qui in chriſti pectore recũbebat. Petro quoq; dies erat: cũ lumẽ chriſti uideret in monte. Nox erat alijs: ſed Petro dies erat. At uero ipſi Petro nox erat qñ chriſtũ negabat. Deniq; gallus cantauit: & flere cœpit ut emendaret errorẽ. Iam em̃ dies appropinquabat. Interrogabant iudæi cæcũ: Quomõ uidiſtiꝫ Grandis amentia. Interrogabant quod uidebant: interrogabãt cauſam: cũ factum uiderent. Et maledixerunt ei dicentes: Tu ſis diſcipulus eius. Tunc ꝓſunt quãdo nocere ſe credũt. Vale fili & nos dilige ut facis: quia nos te diligimus. Ro. 13. Joh. 13. Ibidem. 9.

Sancti Ambroſij ad Studiũ: quæſtionẽ ab eo ꝓpoſitã quã in quadã epl'a ſuperi⁹ ad eundẽ ſcripta abſoluit: lati⁹ ac plenius ꝓtractantis & abſoluẽtis: Epl'a. LXXVI.

AMbroſius Studio. Et ſi ſuperiore epiſtola banc quã ꝓpoſuiſti quæſtiuncu/lam abſoluerim: tñ aliquid plenius requirẽti tibi ut filio afferre atq; exculpere nõ ſupſederim. Ac ſemp quidẽ decantata quæſtio & celebris abſolutio fuit mulieris eius quæ in libro euãgelij qđ ſm Iohannẽ ſcribitur adulterij rea oblata chriſto eſt. Id em̃ iudæorũ cõmenta eſt tergiuerſatio: ut ſi contra legem abſolueret: contra legẽ: ꝓlata dñi Ieſu ſentẽtia teneretur. Si autẽ damnata eſſet ex lege: uacare chriſti uideret gratia. Sed uehemẽtior facta eſt poſtea q̃ epiſcopi reos criminum grauiſſimorum: in publicis iudicijs accuſare: alij & urgere uſq; ad gladiũ ſupremãq; mortẽ: alij accuſationes huiuſmodi & cruentos ſacerdotũ triũphos ꝓbare ceperũt.

Quid em̃ aliud iſti dicunt q̃ dicebant iudæi reos criminũ legibus eſſe publicis puniendos: & ideo accuſari eos etiã a ſacerdotibus in publicis iudicijs oportuiſſe quos aſſerunt ſm leges oportuiſſe puniriꝫ Eadẽ cauſa eſt ſed numer⁹ minor: hoc eſt: nõ diſpar iudicij quæſtio ſed pene diſpar inuidia. Vnã chriſtus puniri ex lege non paſſus eſt: iſti minorem numerũ aſſerunt eſſe punitũ. At quo loci hoc iudicat chriſt⁹ꝫ Nam plærũq; ſm qualitates locorũ: in quibus docebat famulos ſuos: diſputationes ſuas formare dignat⁹ eſt: ut in porticu Salomonis: hoc eſt ſapientis deambulans loquebatur: Ego & pater unũ ſumus. Vt in templo dei dicebat: Mea doctrina non eſt mea ſed eius qui me miſit. Hoc quoq; iudiciũ in templo poſitus exercet: ſicut ſcriptum eſt in poſterioribꝰ. Sic em̃ habes: Hæc uerba locut⁹ eſt Ieſus in gaçophylacio docens in tẽplo & nemo apprehendit eũ. Quid eſt gaçophylatiũꝫ Collatio fideliũ: ſumptus pauperum: requies egenoꝝ: iuxta qđ ſedens chriſtus: ut habes ſm Lucam: duo æra mulieris uiduæ diuitũ muneribus cenſuit præferenda. Diuino uidelicet teſtimonio: præferẽs optimæ præmijs largitatis ſedulæ liberalitatis affectũ. Qui tale habebat iudiciũ: uideamus quid ipſe iuxta gaçophylacium poſitus conferebat. Nõ em̃ ocioſe uiduã prætulit duo æra mittentẽ. Precioſa iſta pauptas eſt: fidei opulenta myſterio. Iſta ſunt duo æra quæ ſamaritanus ille euãgelicus ad eius curãda uulnera qui incidit in latrones ſtabulario dereliquit. Ergo & iſta ſpecie uidua in typo eccleſia: hoc gaçophylatio ſacro conferendũ putauit: quo pauperũ ſanarent uulnera: peregrinoꝝ ieiunia ſanarẽtur. Vnde & nũc quid chriſtus cõferat: ſpiritualiter te oportet expẽdere. Diuidebat em̃ populis argẽtum igne examinatũ eloquiorum cæleſtiũ: & imaginis regiæ pecuniã populoꝝ annumerabat affectib⁹. Nemo plus miſit q̃ qui totũ donauit: ſatiabat eſurientes: replebat inopes: illuminabat cæcos: redimebat captiuos: paralyticos erigebat: mortuos reſuſcitabat: & qđ eſt amplius: cõferebat abſolutioues reorũ: peccata donabat. Hæc ſunt duo æra quæ miſit eccleſia poſteaq̃ accepit a chriſto. Quid em̃ ſunt duo æra niſi preciũ noui & ueteris teſtamenti? Precium ſcripturæ: fides noſtra eſt. Nã qđ legitur: ꝓ intelligẽtis æſtimat' arbitrio. Remiſſio igit' peccatoꝝ utriuſq; preciũ teſtamenti eſt quæ per agnũ in typo annũciata eſt: in ueritate completa per chriſtũ. Ideo habes neq; ſeptem dieꝝ purgationem ſine trium dierũ eſſe purgatione. Septem dierũ purgatio ſm legem: quæ in ſpecie præſentis ſabbati: ſpirituale ſabbatum annũciauit: trium dierum purgatio

Joh. 10. Ibidem. 7. Joh. 8. Luc. 21. Ibidem. 10.

ſm gratiã: quæ euãgelij teſtificatiõe ſignat: quia tertio die dñs reſurrexit. Vbi pœna præſcribit: debet eſſet pœnitẽtia pctõꝝ: ubi remiſſio donat: gratia eſt. Præcedit pœnitẽtia: ſequit gratia. Neqꝫ pœnitẽtia ergo ſine gratia: neqꝫ gratia ſine pœnitẽtia. Debet em̃ pœnitẽtia prius dãnare peccatũ: ut gratia poſſit abolere. Ideo typum legis accipiens Iohãnes baptiçauit in pœnitẽtia: chriſtus ad gratiã. Septimus ergo di
Eccs.11. es legis myſteriũ ſignat: octauus reſurrectionis: Sicut habes in eccleſiaſte: Da partẽ
Oſee.3. illis ſeptẽ & illis octo. Nã & in ꝓpheta Oſee legiſti dictũ ad eum: Conduc tibi fornicariã quindecim denarijs: eo ꝙ gemino ære ueteris & noui teſtamenti: hoc eſt integro fidei precio: mulier illa uago quodã & meretricio gentiũ cõuenaꝝ comitatu fulta conducit. Et cõduxit inquit eã gomor ordei & ſemigomor. Per ordeũ ſignificat quia impfectos uocaret ad fidẽ: ut pfectos redderet. Per gomor intelligit plena mẽſura: p ſemigomor ſemiplena menſura. Plena mẽſura in euangelio eſt: ſemiplena
Matth.5. in lege: cuius plenitudo nouũ eſt teſtamentũ. Siquidẽ ipſe dñs ait: Nõ ueni legẽ ſoluere ſed implere. Nec ocioſe quindecim anabathmoꝝ pſalmos dauiticos legim⁹: & quindecim gradib⁹ aſcendiſſe ſolẽ: cũ Eçechias iuſtus rex uitæ hui⁹ acciperet cõmeatũ. Significabat em̃ eſſe uẽturus ſol iuſticiæ qui gradus qndecim ueteris & noui teſtamẽti illũminatur⁹ eſſet præſentiæ ſuæ lumine: quib⁹ noſtra fides ad uitã aſcẽdit æternã. Vnde & hoc qđ hodie in Apl̃o lectum eſt: myſticũ reor: eo ꝙ qndecim diebus apud Petrũ manſerit. Videt em̃ mihi qđ apoſtolis ſanctis ſcripturæ diuinæ interꝓtationẽ ſermone ſecum uario cõferentibus pleni luminis refulſerit claritudo: ignorãtiæ umbra deceſſerit. Sed iam ueniamus ad mulieris hui⁹ adulteræ abſolu-
Joh.8. tionẽ. Oblata erat a ſcribis & phariſæis dño Ieſu adulterij rea: & hac oblata fraude: ut ſi eam abſolueret: legẽ ſoluere uideret: ſin uero dãnaret: ꝓpoſitũ ſui mutaret aduentus: quia peccata olim remiſſur⁹ aduenit. Deniqꝫ ſupra ait: Ego nõ iudico quenq̃. Offerẽtes ergo eam dixerũt: Hanc mulierẽ inuenimus publice mœchantẽ. Scriptum eſt em̃ in in lege Moyſi omnem mœcham lapidari: Tu uero quid dicis de ea? Quæ cũ dicerent: Ieſus inclinato capite digito ſcribebat in terra. Et cũ expectarẽt ut audirẽt eum: erigens ſ caput dixit: Qui ſine peccato eſt: prior lapidet eã. Quid tã diuinũ q̃ iſta ſentẽtia: ut is peccata puniat qui exors ipſe peccati ſit? Quõ enim feras alieni ultorem & ꝓprij criminis defenſorẽ? Nõne ſe magis ipſe condẽnat qui in alio damnat qđ ipſe cõmittit? Hoc aũt dixit: Et ſcribebat in terra. Quid? Vtiqꝫ dicens:
Matth.7. Feſtucã quæ in oculo eſt fratris tui uides: trabem aũt quæ in oculo tuo eſt nõ uides. Libido em̃ uelut feſtuca eſt: cito accendit: ꝓpere conſumit: ſacrilegiũ pfidiæ ſalutis auctorẽ ſceleris magnitudine pſonabat. Scribebat aũt in terra digito quo legẽ ſcrip-
Luc.10. ſerat. Peccatores in terra ſcribunt: iuſti in cælo: ſicut habes dictũ ad diſcipulos: Gaudete qa nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis. Secũdo aũt ſcripſit: ut gemino teſtamẽto iudæos ſcias eſſe dãnatos. Audientes aũt hoc uerbũ exierũt foras un⁹ poſt unũ incipiẽtes a ſenioribus & ſedebant cogitãtes de ſe. Et remanſit ſolus Ieſus & mulier in medio ſtans. Bene ait ꝙ exierunt foras qui nolebant eſſe cũ chriſto. Foris littera eſt: intus myſteria. Sequebant em̃ diuinaꝝ lectionũ quædã uelut arborum folia nõ fructuũ qui uiuebãt in umbra legis: & ſolẽ iuſticiæ uidere nõ poterant. Deniqꝫ diſcedentibus illis remanſit ſolus Ieſus & mulier in medio ſtans. Donaturus peccatũ: ſo-
Joh.16. lus remanet Ieſus: ſicut ipſe ait: Ecce uenit hora & iã uenit: ut diſpergamini unuſqſqꝫ in ſua: & me ſolum relinquatis. Nõ em̃ legatus neqꝫ nũcius ſed ipſe dñs ſaluũ fecit populũ ſuũ. Solus remanet: quia nõ põt hoc cuiq̃ hoim cũ chriſto eſſe cõmune: ut peccata cõdonet. Solius hoc munus eſt chriſti q tulit peccatũ mundi. Meruit & mulier abſoluí: quæ recedẽtibus iudæis remanſit ſola cũ chriſto. Eleuãs aũt caput Ieſus dixit mulieri: Vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te lapidauit? Et illa reſpondit: Nemo dñe. Et ait ad illã Ieſus: Nec ego te dãnabo: Vade & amodo uide ne pecces. Vide lector diuina myſteria & clemẽtiam chriſti. Cũ accuſat mulier: caput chriſt⁹ inclinat: eleuat aũt ubi defecit accuſator. Ita nullũ dãnari uult: abſolui omnes. Breuiter autẽ oẽs hæreticoꝝ interimit quæſtiones dicẽdo: nemo te lapidauit: qui dicũt chriſtum

diē nescire iudicij: uel qui ait: Sedere aūt ad dexterā meā: uel ad sinistrā nō est meū dare uobis. Ecce & hic ait: Nemo te lapidauit? Quō utiq; interrogat qđ uidebat: sed interrogat nobis: ut nosceremus nō esse lapidatā. Est etiā humani affectus hæc cōsuetudo ut interrogem⁹ sæpissime qđ uidemus. Et ideo mulier respondit: Nemo dñe. Hoc est dicere: Quis pōt lapidare quā ipse non damnas? Quis pōt aliū sub tali sentētiæ cōditione punire? Nec ego te dānabo. Aduerte quō ꝓpriam sententiā tēperauit: ut iudæi de absolutione mulieris calūniari nihil possent: sed in se magis calumniā retorquerēt si queri uellent. Dimittit̄ em̄ mulier nō absoluit̄: quia deerat accusator: nō quia innocēs approbat̄. Quid ergo quererent̄ quia priores a ꝓsecutione criminis & ab executione supplicij destiterūt? Addidit autē deuiæ: Vade & amodo uide ne pecces. Emēdauit ream: nō crimē absoluit. Etem̄ seueriore sententia culpa dānat̄: si unusquisq; crimē suum oderit: & in se incipiat cōdemnare delictū. Matth. 20.

Etem̄ cū reus occidit̄: ꝓsona magis q̄ culpa punitur. Vbi uero culpa deponit̄: absolutio personæ est: pœna peccati. Quid est ergo: Vade: & amodo uide ne pecces? Hoc est: Ex quo te christus redemit: corrigat gratia quā pœna nō emēdaret sed pleāteret. Vale fili & nos dilige ut filiū: quia nos te ut parētes diligimus.

Sancti Ambrosij ad Constantiū: causam reddētis: Cur circūcisio ueteris testamēti auctoritate quasi utilis impereṫ: & noui testamēti magisterio quasi inutilis repudietur: aduersantiūq; obiectiones arguta resp̄sione dissoluētis: Epl̄a. LXXVII.

AMbrosius Constātio. Nō mediocris plærosq; mouet quæstio: qua causa circūcisio & ueteris testamēti auctoritate: quasi utilis impereṫ: & noui testamēti magisterio quasi inutilis repudieṫ: cū præsertim Abraam primus oraculū circūcisionis celebrandæ acceperit: qui diē dñi Iesu uidit & gauisus est. Qđ utiq; in euidēti est: qa nō corporalib⁹ sed spūalibus legis diuinæ intēderit. Et ideo ueram dñici corporis passionē in agni cōspexerit immolatiōe. Quid ergo dicemus secutū patrē Abraam: ut id prim⁹ institueret qđ eius nō sequereṫ hæreditas? Aut qua ratione circūciduneṫ infantulorū corpora: & in ipso ortu subijciuneṫ periculis: & hoc imperari oraculo: ut discrimen salutis fiat de mysterio religionis? Quid hoc significat? Latet em̄ causa ueri: & oportuit aut aperto aliquid mysterio significari: aut non periculoso mysterioq; indicio mandari. Cur uero signū testamenti diuini in ea daṫ parte membrorū quæ usu inhonestior existimatur? Aut qua gratia ipse operator corporis nostri in ipso nostræ generationis exordio circūcidi opus uoluit suū & uulnerari & cruentari & abscindi partē quā uelut necessariā (quia omnia disposuit ordinatæ) cū cæteris membris faciendā putauit? Aut em̄ præter naturā est hæc portio corporis nostri: & nō oportuit habere omnes homines qđ esset præter naturā: aut fm naturā est: & nō decuit amputari qđ fm naturæ pfectionē creatū foret: cū præsertim alieni a portione domini dei nostri id præcipue irridere soliti sint. Deinde cū ꝓpositum sit deo: ut frequēter ipse testificatus est: plures ad sacræ obseruantiā ꝓuocare religionis: quāto magis inuitareṫ si nō aliqui circūcisionis ipsius aut periculo aut opprobrio reuocareṫ. Ergo ut ad prima redeamus: & ꝓpositū ꝓsequamur ordinē: de ipsa circūcisionis qualitate dicendū uideṫ. Cuius gemina debet esse defensio: quia duplex est accusatio. Vna quæ irrogatur a gētilibus. Altera quæ ab ijs q de populo dei sunt existimat̄. Vehemētior autē gentiliū: qui uiros circūcisione signatos etiā opprobrio & illusione dignos arbitrant̄. Sed etiā ipsorū sapientissimi quiq; ita circūcisionē approbant: ut electos suos erga cognoscēda & celebrāda mysteria: circūcidendos putēt. Deniq; ægyptij qui & geometriæ & colligēdis siderū cursibus operā intendūt suā: impiū iudicant sacerdotē qui nequaquā habeat circūcisionis insigne. Nam neq; magici carminis sapientiā: nec geometriā: nec astronomiā iudicant uiā suā obtinere sine circūcisionis signaculo. Et ideo ut impetrādi uim operationi adhibeāt suæ: purgationē quandā uatum suorū circūcisionis arcano celebrādam existimāt. Reperimus autē in historia ueterū: non solos ægyptios sed etiam æthiopū & arabum & phœnicū aliquos circūcisione erga suos usos. Et hanc putant

m

se adhuc ꝑbandæ uiam seruare rationis: eo ꝙ sui corporis primitijs & sanguinis ini-
tiati insidias dæmonũ quas illi generi nostro moliunt̃: exiguæ partis arbitrẽtur con
secrationib⁹ destruẽdas. Vt qui totius hominis saluti nitũtur nocere: infirmari ope-
rationẽ suam putent circũcisionis sacræ uel lege uel specie. Arbitror em̃ ꝙ in præ-
teritum ipse dæmonũ princeps cessare suas artes erga noxiæ operationis effectum
existimauerit: si ei nocere conaretur quẽ signaculo circũcisionis sacræ initiatum ad-
uerteret: aut ei qui uideret̃ in hoc saltem munere legi diuinæ obtemperare. Iam
qui singulorũ membrorũ officia diligenter expendit: nõ ociosam causam in hac mẽ-
bri huius portiũcula existimare poterit: qua ratione nõ solum circũcidatur puer: ue
rumetiã octauo circũcidatur die: quãdo incipit mater pignoris nati in sanguine esse
puro: quæ ante octauum diẽ fertur in sanguine immũdo sedere. Hæc aduersum
eos dicta sint qui nulla nobis unitate fidei sociantur: & ideo tanq̃ aduersum dissiden
tes difficilior disputandi locus. Responsum autẽ sibi huiusmodi habeãt qui credũt
in dominũ Iesum quod nudare noluimus: cũ aduersum opiniones gentiliũ disputa-
1. Petri. 1. remus. Nam si redempti sum⁹ nõ corruptibilib⁹ argento & auro sed precioso san
guine domini nostri Iesu christi: quo utiq; uendente nisi eo qui nostro iã peccatricis
successionis ære quæsitũ seruitium possidebat: sine dubio ipse flagitabat preciũ: ut
seruitio exueret quos tenebat obstrictos. Precium autẽ nostræ liberationis erat san
guis domini Iesu: qd̃ necessario soluendũ erat ei cui peccatis nostris uenditi eram⁹.
Donec igit̃ hoc preciũ ꝑ omnibus solueret̃ hominibus: qd̃ dominici sanguinis ef-
fusione ꝑ omniũ fuit soluendũ absolutione: opus fuit singulorũ sanguine qui lege &
cõsuetudinis ritu: sacræ præcepta sequerẽtur religionis. Sed quia preciũ ꝑ omni-
bus solutũ est: posteaq̃ passus est christus domin⁹: iam nõ opus est ut uiritim sanguis
singulorũ circũcisione fundat̃: cum in sanguine christi circũcisio uniuersoꝝ celebra
ta sit: & in illi⁹ cruce omnes simul crucifixi simus cũ eo & cõsepulti in eius sepulchro:
cõplantati similitudini mortis eius: ut ultra nõ seruiamus peccato. Qui em̃ mortuus
est: iustificatus est a peccato. Q2 si quis ut Marcion & Manichæus rep̃hendẽdum
dei putat esse iudiciũ: quia uel oraculũ de circũcisione celebranda edendũ putauit
esse: uel legem: qua sanguinis effusio mandat̃: necesse est ut is etiã dominũ Iesum re
prehendendũ arbitret̃: qui nõ exiguum sed multũ sanguinẽ ꝑ huius mũdi effudit
redemptione: & hodieq; nos fundere iubet sanguinẽ nostrũ ꝑ tanto religionis cer-
Matth. 16. tamine diceus: Qui uult me sequi: tollat crucẽ suam & sequatur me. Si aũt nequa-
quã iusta est accusatio: cũ aliquis totum se ꝑprietate offerat: & multi sanguinis se mũ
det effusione: quõ legem possumus reprehẽdere exigui stillam exigentẽ sanguinis
cũ prædicemus dominũ Iesum multi effusionẽ sanguinis & toti⁹ corporis mortẽ im-
perantẽ? Tunc ipsum circũcisionis signaculũ & species feriabatur: ꝙ populus dei
uelut quodã sigillo signatus corporis discernebat̃ a cæteris nationib⁹. Nunc autem
christi donat⁹ nomine signũ corporis nequaquã requiret: qui prærogatiuã diuinæ
meruit nũcupationis. Quid autẽ absurdum si ꝓpter pietatẽ aliquid doloris uel la-
boris inferri uidebat̃: quo plus deuotio ꝑ hæc certamina ꝓbaretur? Pulchrũ etiã
ut ab ipsis uitæ incunabilis insigne religionis adolescere: & puderet unũquẽquam
ætatis ꝓuectioris uel labori uel dolori cedere: quorũ utrũq; tenera infantia uicisset.
Sed iam leui circũcisionis dolore nõ opus est christiano populo: qui mortẽ domi-
ni circũferens: ꝑ momẽta singula fronti ꝓpriæ mortis cõtemptum inscribit: utpote
qui sciat sine cruce dñi: salutẽ se habere nõ posse. Quis em̃ acu utatur ad præliandũ:
cum telis instruct⁹ sit ualidioribus? Iam illud quiuis facile refellendũ aduertit: quia
ꝓpositũ est plærosq; potuisse ad sacræ religionis ꝓuocari obsequiũ: nisi essent dolo-
ris timore uel laboris cõtuitu reuocati. Et potuit hoc terrere maiorẽ: quod infantu-
li plæriq; sustinebãt sine periculo? Esto tñ aliquos infantulos iudæorũ cum dolorẽ
circũcisi corporis plagæq; feruẽtis sustinere nõ potuerint: defunctos fuisse: sed hoc
nec cæteros deterrebat ꝓuectiori ætate robustos: & laudabiliorẽ faciebat eũ q præ-
ceptis obedisset cælestibus. Q2 si hoc in exiguo dolore arbitrãtur cõfessionis fuisse

obſtaculũ: quid de martyrio dicunt? Nam ſi rep̃hendunt circũciſionis dolorẽ: repre
hendant & martyrũ mortẽ: per quos cumulata nõ minuta religio eſt. In tantũ aũt
abeſt nocuiſſe fidei circũciſiõis dolorẽ: ut ꝓbabiliorem fide faciat dolor. Maior em̃
fidei gratia: ſi quis ꝓ religione cõtemnat dolorẽ. Et hic magis habet præmium q̃ ille
qui ideo dolorẽ uoluit circũciſione ſubire: ut gloriaret̃ in lege: & laudẽ ex hominib⁹
magis q̃ ex deo quæreret. Oportuit igitur circũciſionẽ ex parte fieri ante eius ad
uentũ: qui totũ circũcideret hominẽ. Ex parte em̃ debuit aſſueſcere humana condi
tio: quẽadmodũ in id qd̃ perfectũ eſt crederet̃. Si autẽ oportuit circũcidi: in qua
magis parte membro⁹ oportuit circũciſionẽ fieri q̃ in ea quæ quibuſdã uideret̃ in
honeſtior: ut ijs quæ putarẽtur ignobiliora eſſe membra corporis noſtri: honeſtatẽ
abundantiorẽ circũdarent: & quæ inhoneſta ſunt noſtra: honeſtatem abundantio
rem haberẽt? Vbi em̃ magis uir ſanguinis ſui admoneri debuit: q̃ in ea parte quæ mi
niſteriũ errori exhibet? Nunc tẽpus eſt ut & illis reſpõdeam⁹ qui dicũt: Si ea pars
corporis noſtri: ꝑm naturã eſt: nequaquã eam amputari oportuiſſe: ſi non eſt ꝑm na
turam: nõ debuiſſe ſimul naſci. Qui quoniã tam arguti ſunt: & ipſi mihi reſpõdeãt:
utrũ ꝑm naturam ſucceſſio humana ſit quæ generationibus adoleſcit: an contra na
turam. Si em̃ ꝑm naturam nunq̃ igitur intermittẽda eſt. Et quõ integritas uirorum:
uirginitas puellarũ: abſtinentia uiduarũ: cõtinentia cõiugum prædicaẽ? Nullũ er
go ſtudiũ quærẽdæ ſucceſſionis feriari debuit. Sed ipſe auctor naturæ nõ utiq; ge
nerationi obſecutus eſt: qui de ſe cũ eſſet in corpore conſtitutus: præbuit magiſte
rium: & hortatus eſt diſcipulos ad integritatẽ dicens: Sunt ſpadones qui ſe caſtraue Matth.19.
runt ꝓpter regnũ cælorũ: qui poteſt capere capiat. Cũ ſit autẽ homo cõpoſitus ex
corpore & anima (Satis eſt em̃ interim hoc dicere & ſilere de ſpiritu) nõ ẽ in utroq;
idem ꝑm naturã: ſed quo eſt ꝑm corporis naturam: id cõtra naturã eſt animæ. Et qd̃
ꝑm naturam eſt animæ: id cõtra naturã eſt corporis. Vbi ſi ducã qd̃ ꝑm naturam eſt
uiſibili: id contra naturã eſt ei qd̃ non uideẽ. Et quod ꝑm naturam eſt ei qd̃ nõ uide
tur: id cõtra naturã eſt uiſibili. Nihil ergo incongruũ in hominib⁹ dei: ſi fiant aliqua
contra naturã corporis: quæ ſint ꝑm animæ naturã. Qui autẽ dicunt: quoniã plu
res credidiſſent ſi circũciſio nõ fuiſſet. Ii ſibi reſponſum hoc habeant: quoniã plures
crederẽt: ſi martyria nõ eſſent: ſed præſtãtior eſt fortitudo paucoꝝ q̃ remiſſio pluri
morum. Sicut autẽ plurima baptiſmatũ genera præmiſſa ſunt: quia ſecuturum erat
uerũ illud unũ in ſpiritu & aqua ſacramentũ baptiſmatis: quo tot⁹ redimitur homo:
ita plurimorum circũciſio præmittenda fuit: quia ſecutura erat circũciſio dominicæ
paſſionis: quã pertulit leſus quaſi agnus dei ut tolleret peccatũ mundi. Hæc ideo
ſcripſimus: ut oſtẽderem⁹ quia & debuit præmitti circũciſio quæ foris eſt: & ea iam
poſt aduentũ domini iure uideatur excluſa. Nunc autẽ circũciſio eſt neceſſaria:
quæ in occulto eſt: ſicut iudæ⁹ præſtãtior qui in occulto in ſpiritu nõ littera. Quo
niam cũ ſint in uno homine duo homines: de quib⁹ dictũ eſt: Et ſi qui foris eſt: homo 2.Cor.4.
noſter corrũpitur ꝑm deſideria erroris: ſed qui int⁹ eſt: renouaẽ de die in diem. Et ali
bi: Cõdelector em̃ legi dei ꝑm interiorẽ hominem: Interior eſt homo noſter qui eſt Ro.7.
ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei factus: exterior qui figuratus e limo. Sic deniq; & in
Geneſi duas tibi creaturas hominis oſtẽdit: ſecũdo creatũ hominẽ ſignificans. Si
cut ergo duo homines: ita & gemina conuerſatio eſt: una interioris hominis: altera
exterioris. Et quidẽ plæriq; actus interioris hominis pueniunt ad exteriorẽ homi
nem: quẽadmodũ caſtimonia interioris hominis trãſit etiam ad caſtitatẽ corporis.
Qui em̃ adulterium cordis ignorat: idem utiq; neſcit corporis adulteriũ. Non tamẽ
etiam illud eſt cõſequens: ut qui nõ adulterauit corpore: nõ adulterauerit etiã cor
de: ꝑm illud: Quoniã qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendũ eã: iam adulterauit eã Matth.5.
in corde ſuo. Nam & ſi adhuc nõ ſit adulter corporis: tamen iam affectu adulter eſt.

Ergo eſt interioris hominis circũciſio. Nam qui circũcidiẽ: totius carnis illecebras
tanq̃ præputiũ exuit: ut ſit in ſpiritu nõ in carne: & ſpiritu mortificet corporis ſui ac
tus. Et hæc eſt quæ in occulto eſt circũciſio: ſicut Abraam ante in præputio erat: po

ſtea factus eſt in circũciſione. Sic interior homo noſter quando eſt in carne: tanꝫ in præputio eſt: quando autẽ iam nõ eſt in carne ſed in ſpiritu: incipit eſſe in circũciſione nõ in præputio. Sicut autẽ qui circũciditur: non totam carnẽ exuit ſed ſolum præputium ubi corruptela frequẽtior: ita qui in occulto circũciditur: carnem illam
Eſa.40. exuit: de qua ſcriptũ eſt: Omnis caro fœnũ: & omnis gloria eiꝰ ut flos fœni: aruit fœnum: & flos eius decidit: uerbũ autẽ domini manet in æternũ. Et rẽmanet caro quæ
Luc.3. uidebit ſalutare dei: ſicut ſcriptũ eſt: Et uidebit omnis caro ſalutare dei. Quæ ſit iſta caro: munda aures: ut intelligas. Talis ergo debet eſſe in occulto circũciſio: ut nullam habeat comparationẽ cũ ea quæ foris eſt circũciſione. Et ideo qui in occulto iu-
Gen.49. dæus eſt: ipſe præſtat qui eſt a iuda: cuius manus ſupra ceruicem inimicorũ eius: qui recubans ſ requieuit ut leo: & ut catulus leonis: quẽ laudant fratres eius. Ab hoc iuda nõ deficit princeps: quia ſermo eiꝰ principes facit: qui nõ ſubĳciãtur illecebris ſæcularibus: & captiuentꝫ uoluptatibus iſtiꝰ mundi. Et quia ipſe iudas in hanc generationem uenit: ideo plurimi qui poſtea generati ſunt ꝓficiũt: uirtutũ principatu gaudeant. Habeamus itaqꝫ circũciſionẽ in occulto: & occulto iudæum qui eſt ſpiritualis.
1.Cor.2. Spiritualis autẽ utpote princeps dĳudicat omnia: ipſe aũt a nemine dĳudicat. Debuit ergo legis mandato præſcripta circũciſio quæ ex parte erat ceſſare: poſteaꝙ uenit qui circũciſionẽ faceret totius hominis: & impleret circũciſionẽ legis. Quis autẽ
Matth.5. eſt iſte niſi qui dixit: Nõ ueni legem ſoluere ſed implere? Qq̃ ſi diligẽter intẽdas: & illa ſit ratio qua iam ceſſare debuerit præputĳ circũciſio: quia plenitudo gentium uenit. Nõ eñ gentibus circũciſio mandata eſt: ſed ſemini Abraã. Sic eñ habes
Gen.17. in primo oraculo. Et dixit deus ad Abraam: Tu aũt teſtamentũ meũ obſeruabis: tu & ſemen tuũ poſt te in ꝓgenies eorum. Et hoc eſt teſtamentũ meũ quod obſeruabis inter me & uos: & ſemen tuũ poſt te in ꝓgenies eorũ. Circũcidetur ueſtrũ omne maſculinũ: & circũcidetis carnem præputĳ ueſtri: & erit in ſigno teſtamẽti inter me & uos. Infans octo dierum circũcidetur uobis: omne maſculinũ in progenies ueſtras. Vernaculus domus tuæ & pecunia emptus ab omni filio alteriꝰ qui nõ eſt ex ſemine tuo: circũciſione circuncidetur: & erit teſtamentũ meũ in carne ueſtra in teſtamẽtum æternũ. Et icircũciſus maſculus qui nõ circũciderit carnẽ præputĳ ſui octaua die: exterminabitur anima illa de generatione illa: quia teſtamentũ meũ tranſgreſſus eſt. Hebræus quidẽ negatur habere de octauo die: ſicut Aquila ſignificat. Sed nõ in Aquila omnis auctoritas qui quaſi iudæꝰ in littera: prætĕrĳt nec poſuit octauum diẽ. Interim & octauũ diem & in ſigno datã circũciſionem audiſti: Signũ aũt rei maioris indicium eſt: indiciũ ueritatis futuræ: & datum teſtamentũ Abraæ & ſe-
Heb.11. mini eius: cui dictum eſt: In Iſaac erit ſemen tuũ. Ergo circũcidi licuit iudæum uel domi eius natũ: uel pecunia eius emptũ. Non poſſumus deriuare hoc ad alienigenam aut ꝓſelitũ: niſi fuerint in domo Abraæ nati: aut pecunia eius empti: uel ſeminis eiꝰ.

Deniqꝫ nihil dixit de ꝓſelitis: de quibꝰ quãdo uoluit dicere: nominauit eos. Sicut habes: Et locutus eſt dominꝰ ad Moyſen dicens: Loquere ad Aaron & ad filios eius & ad omnes filios iſrael: & dices ad eos: Homo homo a filĳs iſrael: & a ꝓſelitis qꝫ ſũt appoſiti uobis: quicũqꝫ fecerit holocauſtum. Vbi ergo cõprehendit eos: ibi lex eos tenet. Vbi oraculo nõ ſignificantur: quõ aſtringi uidentꝫ? Sic habes deniqꝫ: Dic filĳs Aaron: quãdo de ſacerdotibꝰ dicit. Habes quãdo & de leuitis dicit. Ergo omnifariam claret etiã ſm litterã legis: q̃q̃ lex ſpiritualis ſit: & ſm ipſam tamẽ litteram ad circũciſionem teneri nõ potuiſſe nationũ populos: ſed ipſam circũciſionem in ſigno fu-
Ro.11. iſſe donec plenitudo gentiũ intraret: & ſic omnis iſrael ſaluus fieret: circũciſus corde nõ exigua membri unius parte. Ergo ſatis & excuſata a nobis & excluſa eſt iudæorũ manens hodieqꝫ circũciſio. Qđ autẽ reprehẽſioni eam dicũt fuiſſe uel eſſe gentilibus: primũ nõ habent reprehẽdere ipſi uel irridere qđ alĳ conſortes faciunt
1.Cor.1. ſui. Eſto tamẽ fuerit qđ irriderẽt: Quid hoc nos mouere debet: cũ ipſa crux domini iudæis ſcandalum: græcis ſtulticia: nobis aũt uirtus dei ſit atqꝫ ſapiẽtia? Et ipſe do-
Luc.9. minus dixerit: Qui me cõfuſus fuerit coram hominibus: cõfundar & ego eum corã

patre meo qui est in celis: Docens nos ijs quæ ridentur ab hominibus: nō cōmouen dos: si qua ꝑ religionis obsequio deferuntur.

Liber Decimus.

Sancti Ambrosij ad Theophilum: dolenter conquerentis de statu causæ discordiarum inter Euagrium & Flauianum: & quid eum in hac re agere uelit exponentis: Epla. LXXVIII.

a AMbrosius Theophilo. Nō habet qđ urgeat Euagrius: & habet quod metuat Flauianus: ideoq; refugit examen. Dent fratres ueniā dolori iusto: quia ꝑpter ipsos uniuersus orbis cōcutitur. Et illi tamē nostro nō cōpatiuntur dolori: perstringi saltē se æquanimiter ferant ab ijs quos uident sua per tantorū curricula temporū uexari intētione. Inter hos etenim duos nihil qđ ad christi pacem pertineat: eligentes: grauis toto orbe stabat discordia. Cui bonæ pacis naufragio sancta synodus capuēsis tandē obtulerat portum tranquillitatis: ut omnibus ꝑ totū orientē daretur cōmunio catholicā cōfitentibus fidem: & duobus istis tuæ sanctitatis examen impartiret: fratribus & consacerdotibus nostris ægyptijs pariter cōsidentib⁹. Quia hoc uerū iudiciū futurū arbitrati sumus: qđ neutri parti sociata cōmunione aliquo fauore ꝑtenderet. Cū ex bis igit̄ æquissimæ synodi cōstitutis speraremus iam remediū datū finēq; ablatū discordiæ: scribit sanctitas tua iterum fratrē nostr̄ Flauianū ad precum auxilia & imperialiū rescriptorū suffragia remeauisse. Frustra ergo tantorū sacerdotū fusus labor iterū ad huius sæculi iudicia reuertendū: iterū ad rescripta: iterū uexabunt̄ sacerdotes senes: traffretabunt maria: iterū inualidi corpore patriā peregrino mutabunt solo: iterū sacrosancta altaria deserent̄: ut in longinqua ꝑficiscamur: iterū pauper̄ turbæ episcopor̄: quibus ante onerosa pauptas nō erat externæ opus egētes cōpellentur inopiā gerere: aut certe uictū inopū itineris usurpare. Interea solus exlex Flauian⁹ (ut illi uidet̄) nō uenit quādo omnes cōuenimus. Fœnerator & debitor inuicē sibi occurrunt: isti sibi nō possunt occurrere: solus exors Flauian⁹ (ut ipse uult) sacerdotalis cōsortij: qui nec imperialibus decretis nec sacerdotū conuētui præsentiā faciat sui. Nec tamē etiā hoc moti dolore: fratri Euagrio donam⁹ speciē bonæ causæ: qui eo defensabilior sibi uidet̄: ꝙ eum refugit Flauian⁹: aut ꝙ habere se alter̄ arbitratur æqualē: uterq; alienæ magis ordinationis uitijs q̄ suis fretus. Quos tn̄ nos in meliorem uocamus uiā: ut malimus eos suis poti⁹ bonis q̄ alieno uitio defendi. Qua de re qm̄ ꝑprijs texuisti litteris posse typum reperiri aliquē: quo possit auferri fratrum discordia: cū sancta synodus cognitiōis ius unanimitati tuæ cæteriscq; ex ægypto cōsacerdotibus nostris cōmiserit: iter̄ oportet fratrē nostrū Flauianū cōuenias: ut si in eo pseuerauerit quo ueniēdū nō putet: saluis cōcilij niceni: sed etiā synodi capuēsis statutis: illibata pace uniuersorū ita cōsulas: ut nō uideamur destruere qđ ædificatū est. Si em̄ quæ ædificaui destruo: præuaricatorē meipse cōstituo: ac si quæ destruxi: iterū ædificē. Seruet̄ ergo impartitæ pacis gratia inter uniuersos: & nihilomin⁹ declinatio partis alteri⁹ frustrādi effectū habere nō possit. Sane referendū arbitramur ad sanctū fratrē nostrū romanæ sacerdotē ecclesiæ: qm̄ præsumim⁹ ea te iudicaturū quæ etiā illi displicere nequeāt. Ita em̄ utile erit cōsultū sentētiæ: ita pacis & quietis securitas: si id uestro statuat̄ cōsilio qđ cōioni nr̄æ dissensionē nō afferat: ut nos quoq; accepta nostror̄ serie statutor̄: cū id gestū esse cognouerimus qđ ecclesia romana haud dubie cōprobauerit: læti fructū hmōi examinis adipiscamur.

Sancti Ambrosij ad Theophilū & Anysiū: excusantis se de iudicio ferendo inter Bonosum episcopū & accusatores ei⁹: illisq; causam cōmittentis. Eosdē præterea approbātis merito abhorruisse blaphemiā quorundā qui inuiolatā uirginē Mariā plures peperisse filios mentiuntur: Epla. LXXIX

AMbrosi⁹ Theophilo & Anysio. Accepi litteras uestras quib⁹ uel ꝑ ueritate: uel ꝑ modestia nostram sententiā scisciari uoluistis. Sed cū huiusmodi

fuerit cõcilij capuensis iudiciũ:ut finitimi Bonoso atq; eius accusatoribus iudices tri buerent: & præcipue macedones qui cũ episcopo thessalonicẽsi de eio factis uel co gnoscerent:aduertimus:qđ nobis iudicandi forma cõpetere nõ posset. Nam si in tegra esset hodie synodus:recte de ijs quæ cõprehendit uestroꝝ scriptorum series decerneremus. Vestrũ est igitur qui hoc recepistis iudiciũ:sentẽtiã ferre de om nibus:nec refugiẽdi:uel elabendi:uel accusatorib9: uel accusato copiã dare. Vicem em̃ synodi recepistis:quos ad examinandũ synodus elegit. Deniq; cũ Bonosus epi scopus post iudiciũ uestrum misisset ad fratrẽ nostrꝝ Ambrosium qui eius sententiã consuleret:interdictam sibi ecclesiã irrũpere atq; ingredi:respõsum est ei q̃ nihil te merandũ foret:sed omnia modeste patiẽter ordine gerenda. Neq; cõtra sententiã uestrã tentandũ aliqd:ut qđ uideret uobis iusticiæ cõuenire:statueretis:quib9 banc synodus dederat auctoritatẽ. Ideo primũ est ut ij iudicent quibus iudicandi facul tas est data. Vos em̃ totius(ut scripsimus) synodi uice decernitis:Nos quasi ex sy nodi auctoritate iudicare nõ cõuenit. Sane nõ possumus negare de Mariæ filijs iu re reꝑbẽsum meritoq; uestram sanctitatẽ abhorruisse:q̃ ex eodẽ utero uirginali ex quo ꝑm carnẽ christus natus est: alius partus effusus sit. Neq; em̃ elegisset dñs le sus nasci ꝑ uirginẽ:si eam iudicasset tam incõtinentẽ fore:ut illud genitale dominici corporis:illã aulam regis æterni cõcubitus humani semine coinquinaret. Qui em̃ hoc astruit:nihil aliud nisi ꝑfidiã iudæorũ astruit: q dicũt eũ nõ potuisse nasci ex uir gine. Nam si hanc accipiant a sacerdotibus auctoritatẽ:& uideat Maria partus fu disse plurimos:maiore studio ueritatẽ fidei expugnare cõtendent. Et ubi est illud
Ioh.19. qđ scriptũ est:dicente dño ad matrẽ de Iohãne euãgelista:Mulier ecce filius tuo9: & rursus ad Iohannẽ de Maria:Ecce mater tua? Quid sibi istud uult q̃ cum in cruce dñs positus peccatũ mundi tolleret:ꝓnunciauit etiã de integritate materna? Aut quid aliud dicit nisi ut claudat sua ora ꝑfidia:obmutescat:ne matrẽ dñi aliquo aude at temerare cõuitio. Testis est ergo idẽ arbiter:idem materni pudoris assertor q̃ desponsata fuerit uiro tantũmodo Ioseph:nulla tñ cõiugalis coitus cõsuetudine tho ri iura cognouerit. Neq; em̃ eam suscepturã ex Ioseph filios:a uiri cõsortio separare
Ibidem. uoluisset. Sed si hoc parũ est:addidit testimoniũ euãgelista dicẽs:q̃ susceꝑit eã di scipulo9 in suã. Nunqd ergo diuortiũ fecit? nũquid a uiro abduxit atq; abstulit? Ergo qui hoc legit in euangelio: quomõ quasi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo testamentũ filij est de matris integritate:hæc Mariæ locuples integri pudoris hære ditas:hic totius finis cõsummationis. Deniq; hoc dixit:Et emisit spiritũ:cõsũmans omne mysterium bono fine pietatis. Legimus etiã & omnia ꝑcurrimus uel de eo q̃ fratri nostro & coepiscopo Basso in cõsortium regendæ ecclesiæ dat9 est senecio: uel de cæteris:unde uestræ normã expectamus sentẽtiæ.

Syricij papæ:ad Mediolanẽsem ecclesiam:narrãtis quid actum sit contra hæreti cos qui sub uelamẽto pij nominis serpentino sermone catholicam ueritatẽ corrum pere ac fideles christianos sauciare moliti sunt:admonentisque ut ab illis se custodi at:Epistola.LXXX.

Yricius:Mediolanensi ecclesiæ. Optarẽ semꝑ fratres chariſſimi dilectionis
ſ & pacis uestræ sincæritatis gaudia nunciari:ita ut uicissim discurrẽtibus litte ris sospitatis iudicio iuuaremur uestro:quia nõ patitur nos quietos ab incur sione sua uacare hostis antiquus ab initio mendax:inimicus ueritatis:æmulus homi nis:quẽ ut deciperet:se ante decepit. Pudicitiæ aduersarius:luxuriæ magister: cru delitatibus pascitur:abstinẽtia puniendus odit ieiunia:ministris suis prædicãtib9 dũ dicit esse superflua:spem nõ habens de futuris Apostoli sentẽtia repcussus dicẽtis:
1.Cor.15. Manducem9 & bibamus:cras em̃ moriemur. O infœlix audacia:o desperatæ mẽ tis astutia. Tã incognitus sermo hæreticorũ intra ecclesias cancri more serpebat: ut occupans pectus totũ hominẽ præcipitaret in mortẽ. Et nisi dñs sabbaoth laque um quẽ parauerat dirupisset:scæna tanti mali & hypocrisis publicata multoꝝ simpli ciũ corda traxerat in ruinã. Quia facile ad deteriorẽ partẽ mens humana traducit:

malens p ſpacioſa uolare q̃ artæ uiæ iter p laborẽ trãſire. Qua de re neceſſariũ ſatis fuit mihi quæ hic geſta ſunt: ad ueſtram cõſcientiã cognoſcẽda mandare: ne ignorãtia ſacerdotis quiſpiã peſſimorũ eccleſiam irrumpentiũ ſub religioſo nomine contagio uiolaret. Sicut ſcriptũ eſt dño dicente: Multi uenient ad uos in ueſtimẽtis ouiũ: Matth. 7. intus autẽ ſunt lupi rapaces: a fructib⁹ eoꝝ cognoſcetis eos. Ii uidelicet qui quaſi utilitate chriſti noſſe ſe iactent: ut ſub uelamento pij nominis gradientes domũ orationis ingreſſi: ſermonẽ ſerpẽtinæ diſputationis effundãt: ut ſagittẽt in obſcuro rectos corde: atq; ueritatẽ catholicã uertendo ad ſuæ doctrinæ rabiem diabolico more traducant: atq; ouiũ ſimplicitatẽ defraudent. Et quidẽ multarũ hæreſum malignitatẽ ab apoſtolis nunc uſq; didicimus: & experti abrogauimus: ſed nunq̃ tales canes eccleſiæ myſteriũ latratibus fatigauerũt: quales nunc ſubito hoſtes fidei erũpẽtes doctrina perfidiæ polluta cuius ſint diſcipuli uerboꝝ fructibus ꝓdiderunt. Nã cũ alij hæretici ſingula ſibi genera quæſtionũ male intelligendo ꝓpoſuerint cõuellere atq; cõcerpere de diuinis inſtitutionib⁹: iſti nõ habentes ueſtem nuptialẽ: ſauciantes catholicos: noui & ueteris teſtamenti (ut dixi) continentiã ꝓuertẽtes: illecebroſo atq; ficto ſermone aliquot chriſtianos cœperunt iam uaſtare atq; ſuæ dementiæ ſociare: intra ſe cõtinentes nequiciæ ſuæ uirus. Verũ electi blaſphemias ſuas cõſcriptione temeraria publice ꝓdiderunt: & deſperatæ mentis furore conciti paſſim in furorẽ gentilium publice a fidelib⁹ chriſtianis uiris genere optimis: religione præclaris ad meã humilitatẽ ſubito ſcriptura bonorifica uidenẽ eſſe delati: ut ſacerdotali indicio detecta diuinæ legi cõtraria ſpirituali ſentẽtia deleanẽ. Nos ſane nuptias nõ aſpernanter accipimus quibus uelamine interſum⁹: Sed uirginũ nuptias deo deuotas maiore honorificẽtia ueneramur. Facto igitur preſbytero cõſtitit doctrinæ noſtræ: id eſt chriſtianæ legi eſſe cõtraria. Vnde apoſtoli ſecuti præceptũ: quia aliter q̃ qđ accepimus annũciabant omniũ noſtrum tam preſbyterorũ & diaconorum q̃ totius etiam cleri una ſuſcitata fuit ſentẽtia: ut Iouinian⁹: Auxẽtius: Genialis: Germinator: Fœlix: Prontinus: Nartianus: Ianuarius & Ingenioſus: qui auctores nouæ hæreſis & blaſphemiæ inuenti ſunt: diuina ſentẽtia & noſtro iudicio in ꝑpetuũ damnati extra eccleſiã remanerent. Qđ cuſtoditurã ſanctitatem ueſtrã nõ ambigens: hæc ſcripta direxi per fratres & preſbyteros meos Creſcentẽ Leopardũ & Alexandrũ: qui religioſi officiũ fidei poſſint ſpiritu adimplere feruẽtes.

Sancti Ambroſij: Baſſiani: & cæterorũ ad Syriciũ papam: paſtoralem illi⁹ ſollicitudinẽ circa ouile chriſti cuſtodiendũ: & lupos arcendos cõmendantiũ: uirginitatẽq; contra iſtorũ dementiã cõiugio præferẽtium. Immaculatã præterea chriſti genitricẽ Mariã: ratione: teſtimonijs: figuris & exẽplis aſtruentiũ in partu uirginẽ ꝑmanſiſſe. Præconia deniq; uiduitatis attexentiũ: ac tandẽ Iouinianũ & reliquos hæreticos eſſe damnatos inſinuantiũ: Epla. LXXXI.

d Omino dilectiſſimo fratri Syricio papæ: Ambroſius epiſcop⁹: Baſſianus epiſcopus: & cæteri. Recognouim⁹ litteris ſanctitatis tuæ boni paſtoris excubias: qui fideliter cõmiſſam tibi ianuã ſerues: & pia ſollicitudine chriſti ouile cuſtodias: dignũq; oues domini audiant & ſequanẽ: & ideo quia noſti ouiculas chriſti: lupos facile deprehendes: & occurres quaſi ꝓuidus paſtor: ne iſti morſibus perfidiæ ſuæ feraliq; ululatu dominicũ ouile diſpergãt. Laudamus hoc dñe frater: nobis dilectiſſime: & toto cõcelebram⁹ affectu. Nec miramur ſi lupoꝝ rabie grex dñi perborruit: in quibus chriſti uocẽ nõ recognouit. Agreſtis emi ululat⁹ eſt nullã uirginitatis gratiã: nullum caſtitatis ordinẽ ſeruare: ꝑmiſcue omnia uelle confundere: diuerſorum gradus abrogare meritoꝝ: & paupertatẽ quandã cæleſtium remunerationũ inducere quaſi chriſtiana ſit palma quã tribuit (Hinc emi plurimi abundant tituli præmiorũ) ſimul ſe iſti cõdemnare cõiugio. Sed quæ poteſt laus eſſe cõiugij: ſi nulla uirginitatis eſt gloria? Neq; uero nos negam⁹ ſanctificatũ a chriſto eſſe cõiugiũ: diuina uoce dicẽte: Erũt ambo in carne una & in uno ſpiritu. Sed pri⁹ eſt q̃ nati ſumus: q̃ effecti: multoq; præſtanti⁹ diuini operis myſteriũ: q̃ humanæ fragilitatis Geñ. 2.

remediū. Iure laudaē bona uxor: ſed melius pia uirgo præferē: dicente Apoſtolo:
1. Cor. 7. Qui iungit uirginē ſuam: benefacit: & qui nō iūgit: meliꝰ facit. Hæc em̄ cogitat quæ dei ſunt: illa quæ mundi. Illa cōiugalibus uinculis colligata eſt: hæc libera uinculorū: illa ſub lege: iſta ſub gratia. Bonū coniugiū ꝑ quod eſt inuenta poſteritas ſucceſſionis humanæ: ſed melius uirginitas ꝑ quā regni cæleſtis hæreditas acquiſita: & cæleſtium meritorū reperta ſucceſſio. Per mulierē cura ſucceſſit: ꝑ uirginē ſalus euenit.

Deniq; ſpeciale donū uirginitatis chriſtus elegit: & integritatis munus exhibuit: atq; ipſe repræſentauit qđ elegit in matre. Quāta dementia funeſtorū latratuum: ut idem dicerent chriſtū ex uirgine nō potuiſſe generari: quidā ferunt ex muliere: ſed ex bis humanoꝝ pignorū patribus uirgines ꝑmanere. Alijs ergo præſtat chriſtus quod ſibi (ut dicunt) præſtare non potuit? Ille uero qui carnē ſuā ſuſcepit: & ſi
Eſa. 43. homo factus eſt: ut hominē redimeret: atq; a morte reuocaret: inuitaꝰ tn̄ quaſi deꝰ
Apoc. 21. munere uenit in terra: ſ: ut quēadmodū dixerat: Ecce facio omnia noua: partu etiam immaculatæ uirginis naſcereē: & ſicut ſcriptū eſt: ut crederetur nobiſcū deus. Sed de uia peruerſitatis ꝑduntur dicere: Virgo concepit: ſed nō uirgo generauit. Quæ potuit ergo uirgo cōcipere: potuit uirgo generare. Cum ſemꝑ cōceptus præcedat: partus ſequaē. Sed ſi doctrinis nō crediē ſacerdotū: Credatur oraculis chriſti: Credatur monitis angelorū dicentiū: Quia nō eſt impoſſibile deo omne uerbū. Credatur ſymbolo Apoſtolorū qđ eccleſia romana iteratū ſemꝑ cuſtodit & ſeruat. Au-
Luc. 1. diuit Maria uocē angeli: & quæ ante dixerat: Quomō fiet iſtud? nō de fide generationis interrogans: reſpōdit poſtea: Ecce ancilla dn̄i: cōtingat mihi ſm̄ uerbum tuū.
Eſa. 7. Hæc eſt uirgo quæ in utero cōcepit: uirgo quæ peperit filiū. Sic em̄ ſcriptū eſt: Ecce uirgo in utero accipiet & pariet filiū. Nō em̄ concepturā tantūmodo uirginē ſed
Ezech. 44. & paritura uirginē dixit. Quæ aūt eſt illa porta ſanctoꝝ: illa exterior ad orientē: quæ manet clauſa: & nemo inquit ꝑtrāſibit ꝑ eam niſi ſolꝰ deꝰ iſrael? Nōne eſt hæc porta Maria: ꝑ quā in hunc mundū redēptor intrauit? Hæc porta iuſticiæ: ſicut ip-
Matth. 3. ſe dixit: Sine nos implere omnē iuſticiā. Hæc porta eſt beata Maria: de qua ſcriptū eſt: Quia dn̄s ꝑtranſibit ꝑ eam: & erit clauſa poſt partū: quia uirgo cōcepit & genuit.

Quid aūt incredibile ſi cōtra uſum originis naturalis peperit Maria & uirgo ꝑmanet: quādo contra uſum naturæ mare uidit & fugit: atq; in fontē ſuū iordanis fluēta
Pſ. 113. remearunt? Non ergo excedit fidē ꝙ uirgo peperit: qn̄ legimus ꝙ petra uomuit aquas: & in montis ſpeciē maris unda ſolidata eſt. Nō ergo excedit fidē: ꝙ bō exiuit de uirgine: quādo petra ꝑfluit: ſcaturiuit ferrum ſuꝑ aquas: ambulauit homo ſuꝑ aquas. Ergo ſi hominē unda portauit: non potuit hominē uirgo generare: atq; ho-
Eſa. 19. minem: de quo legimus: Et mittet illis dominꝰ hominē: qui ſaluos faciet eos: & notꝰ erit dominꝰ ægyptijs? In ueteri itaq; teſtamento: uirgo hebræorū per mare duxit exercitū: in nouo teſtamento uirgo generis aula cæleſtis electa eſt ad ſalutē. Quid autē etiā uiduitatis attexamus præconia: cū in euangelio poſt uirginis celeberrimū
Luc. 2. partum: Anna uidua ſubrogetur: quæ uixerat cū uiro ſuo annis ſeptē a uirginitate ſua: & hæc uidua annorū octogintaquattuor: quæ non diſcedebat de tēplo: ieiunijs & obſecrationibꝰ ſeruiēs die ac nocte? Et merito habilis uiduitas. Deniq; ſi Adā ſic
Jone. 3. exegiſſet ieiuniū: nō fuiſſet nudus effectus. Niniuen amor ieiunij liberauit. Et ip-
Matth. 17. ſe dn̄s ait: Non eijcietur niſi ꝑ orationē & ieiunium. Sed quid plura apud magiſtrū atq; doctorē: cum iam dignū præmium retulerunt illi ꝑfidiæ ſuæ: qui ideoq; buc uenerūt: ne ſupereſſet locus in quo nō dominarenē: qui uere ſe manichæos ꝓbauerūt nō credentes quia ex uirgine utiq; ueniſſet. Quæ nā hæc eſt ſuppar nouoꝝ iudæorum amentia? Si ueniſſe nō creditur: nec carnē creditur ſuſcepiſſe. Ergo in phantaſmate uiſus eſt: in phantaſmate crucifixꝰ eſt. Sed nobis in ueritate crucifixꝰ eſt: in ueritate redēptor noſter. Manichæꝰ eſt qui abnegat ueritatē: qui carnē chriſti negat: & ideo nō eſt illis remiſſio peccatoꝝ. Sed ē impietas manichæoꝝ. Quā & clemētiſſimus execratus eſt imperator: & oēs qui illoſ uiderūt: quaſi quædā cōtagia refugerūt. Sicut teſtes ſūt fratreſ & cōpreſbyteri mei Creſcēs: Leopardus: Alexāder

ſancto feruentes ſpiritu: qui eos omniũ execratione dãnatos: mediolanenſi ex urbe quaſi ꝓfugos reppulerunt. Ita louinianũ: Auxentiũ: Germinatorẽ: Fœlicem: Protinũ: Genialẽ: Martianũ: Ianuariũ & Ingenioſum: quos ſanctitaſ tua dãnauit: ſcias apud nos quoq; ſm iudiciũ tuũ eſſe dãnatos. Incolumẽ te & florentiſſimũ deus noſter tueatur omnipotẽs: dñe dilectiſſime frater. Itẽ ſubſcriptio. Ego Euentius epiſcop⁹ ſaluto ſanctitatẽ tuã in domino: & huic epiſtolæ ſubſcripſi. Maxim⁹ epiſcop⁹: Fœlix epiſcopus: Baſſianus epiſcopus: Theodolus epiſcop⁹: ex iuſſu dñi epiſcopi Geminiani: ipſo præſente Aper preſbyter ſubſcripſi. Euſtaſius epiſcop⁹: Cõſtantius epiſcopus: Euſtaſius epiſcop⁹ & omnes ordines ſubſcripſerunt.

Sancti Ambroſij ad Vercellenſem eccleſiã: & eos qui inuocant nomẽ domini noſtri Ieſu chriſti: dolenter cõquerẽtis ꝙ ipſa ſola adhuc ſacerdotẽ nõ habeat: illoſque admonentis ut parẽtum exempla ſequant ad poſtulandum ſacerdotẽ. Eorũq; præterea errorem qui nullũ dicunt eſſe abſtinentiæ meritũ uel uirginitatis fructum: rationibus: ſcripturis & exemplis cõfutantis: uoluptatẽ quoq; cõdemnantis: & ieiunium: abſtinentiã: temperantiã ac uirginitatẽ excellenter cõmendantis. Vercellẽſes deinceps ad cõſtantiã & alias uirtutes exhortantis. Qq; maxime in epiſcopi petitione abeſſe debeat malignitas. Ac tandẽ qualis in epiſcopũ eligẽdus: qualeſue & ipſi eſſe debeant exponẽtis: Epiſtola. LXXXII.

HAmbroſius ſeruus chriſti: uocatus epiſcopus: Vercellenſi eccleſiæ & ijs qui inuocant nomẽ domini noſtri Ieſu chriſti. Gratia uobis a deo patre & unigenito filio eius adimpleatur in ſpiritu ſancto Conflígor dolore: quia eccleſia domini quæ eſt in uobis: ſacerdotẽ adhuc nõ habet: ac ſola nunc ex omnibus liguriæ atq; æmiliæ uenetiarũq; uel cæteris finitimis italiæ partibus huiuſmodi eget officio: qđ ex ea aliæ ſibi eccleſiæ petere ſolebant: & qđ uerecundius eſt: mihi aſcribitur ueſtra intentio: quæ affert impedimentũ. Nam cũ ſint in uobis diſſenſiones: quomodo poſſumus aliquid aut nos decernere: aut uos eligere: aut quiſq; acquieſcere: ut inter diſſidentes ſuſcipiat hoc munus: qđ inter conueniẽtes uix ſuſtineatur? Hæc eſt illa confeſſoris inſtitutio: hæc iuſtorum ſoboles patrum: qui ſanctum Euſebiũ quem nunq; antẽ cognouerant: poſthabitis ciuibus ſimul ut uiderunt & ꝓbauerunt: tantũq; interfuit ut ꝓbaretur: quantũ ut uideretur? Merito uir tãtus euaſit quem omnis elegit eccleſia: merito creditũ ꝙ diuino eſſet electus iudicio quẽ omnes poſtulauiſſent. Cõuenit igitur ut ſequamini exemplũ parentum: præſertim cum a ſancto confeſſore inſtitutos meliores patribus eſſe oporteat: quando uos melior doctor inſtituit atq; erudiuit: modeſtiæq; ueſtræ & cõcordiæ inſigne edere: ut congruatis aſſenſu ad poſtulandũ ſacerdotem. Etenim ſi iuxta dominicã ſentẽtiam quod duobus cõuenerit ſuper terrã: de omni re quãcunq; petierint: fiet inquit a patre meo: qui in cælis eſt. Vbi emẽ ſunt duo uel tres cõgregati in nomine meo: ibi ego ſum in medio eorũ: quantomagis ubi plena eſt in nomine domini cõgregatio? Vbi uniuerſorũ poſtulatio congruit: dubitare uos nequaquã oportet ibi dominũ leſum & uoluntatis auctorẽ & petitionis arbitrũ fore & ordinationis præſulẽ uel largitorem gratiæ. Facite ergo uos dignos uideri: quorũ in medio chriſtus ſit. Vbi emẽ pax: ibi chriſtus: quia pax chriſtus. Vbi iuſticia: ibi chriſtus: quia chriſtus eſt iuſticia. Sit in medio ueſtrũ: ut uideatis eum: ne dicatur & uobis: Medius autẽ ueſtrum ſtat quẽ uos nõ uidetis. Non illũ uiderunt iudæi in quẽ non crediderũt: nos illum deuotione cõſpicimus: fide cernimus. Stet igitur in medio ueſtrũ: ut aperiantur uobis cæli qui enarrant gloriam dei: ut uoluntatẽ eius faciatis: & operemini opus eius. Matth. 18. Joh. 1.

Qui uidet Ieſum: cæli ei aperiunt: ſicut aperti ſunt Stephano dicenti: Ecce uideo cælos apertos: & Ieſum ſtantẽ ad dexterã dei. Stabat Ieſus quaſi aduocatus: ſtabat quaſi ſollicitus: ut Stephanum athletam ſuũ certantẽ iuuaret: ſtabat quaſi paratus ut coronaret ſuũ martyrẽ. Stet igitur & uobis: ut eũ nõ timeatis ſedentẽ. Sedẽs emẽ iudicat: ſicut Daniel dicit: Throni poſiti ſunt: & libri aperti ſunt: & antiquus dierũ ſedet. In octogeſimo aũt primo pſalmo ſcriptũ eſt: De⁹ ſtetit in cõgregatione deorũ: Act. 7. Daniel. 7. Pſ. 81.

in medio autē deos dijudicat. Stet uobis. Sedēs igit̄ iudicat: ſtans iudicat & iudicat impfectis: inter deos aūt dijudicat. Stet uobis ut defenſor: ut bonꝰ paſtor: ne uos lupi incurſent graues. Quo nō ocioſe noſtra admonitio deflectit. Audio em̄ boies qui dicunt nullū eſſe abſtinētiæ meritū: nullū frugalitatis: nullam uirginitatis gratiā: pari omnes æſtimari p̄cio: delirare eos qui ieiunijs caſtigent carnem ſuam: ut mēti ſubditā faciant. Qd̄ nunq̄ feciſſet: nunq̄ ſcripſiſſet ad inſtruendū alios Paulus apl's:
1.Cor.9. ſi deliramentū putaſſet. Gloriat̄ itaq; dicens: Sed caſtigo corpus meū: & ſeruituti redigo: ne alijs prædicans: ipſe reprobus inueniar. Ergo qui nō caſtigant corpus ſuū: & uolūt prædicare alijs: ipſi reprobi habent̄. An quicq̄ tam reprobū q̄ qd̄ ad luxuriā: ad corruptelā: ad laſciuiā ꝓuocat: q̄ incitamentū libidinis: incōtinentiæ fomes: incēdiū cupiditatis? Quæ iſtos epicureos noua ſchola miſit non philoſophoꝝ: ut ipſi aiunt: ſed imperitoꝝ: qui uoluptatē prædicent: delitias ſuadeāt: caſtimoniā nul-
1.Joh.2. lius eſſe dicant utilitatis? Fuerunt nobiſcū ſed nō fuerūt ex nobis. Neq; em̄ pudet dicere qd̄ dicit euangeliſta Iohānes. Sed hic poſiti primo ieiunabant: intra monaſteriū cōtinebantur: nullus erat luxuriæ locus: interdicta ludibrioſæ diſputationis licēcia: hoc delicati nō potuerūt ferre. Abierūt: deinde uolētes redire nō ſunt recepti. Plæraq; em̄ audierā quæ deberent cauere: monuerā: nihil ꝓfecerā. Efferueſcētes itaq; diſſeminare talia cœperūt: quib⁹ incētores eſſent uitioꝝ omniū. Miſerabiles pdiderunt utiq; qd̄ ieiunauerunt: pdiderunt q̄ ſe aliquo continuerūt tēpore. Nunc itaq; diabolico ſtudio inuident alioꝝ operibus bonis: quorū ipſi fructu exciderunt.

Quæ uirgo audiat nullū præmiū eſſe integritatis & nō ingemiſcat (Abſit em̄ ut facile credat) certe ut nō ſtudia deponat: & intentionē ſuæ mentis inflectat? Quæ uidua cū cōperit nullum eſſe fructū uiduitatis: malit ſeruare fidem cōiugij: & in triſtibus degere: q̄ lætioribus ſe credere? Quæ cōiugij diſtricta uinculo: ſi audiat q̄ nullus bonos caſtitatis ſit: nō poſſit incurioſa tentari corporis aut mentis facilitate? Et ideo eccleſia quotidie in lectionib⁹ ſacris: in ſacerdotū tractatib⁹ laudē pudicitiæ: glo-
1.Cor.5. riā integritatis p̄ſonat. Fruſtra ergo dicit Apoſtol⁹: Scripſi uobis in epiſtola: ne cōmiſceamini fornicarijs. Et ne forte dicant: Nō de omnib⁹ mundi nos dicimus fornicarijs: ſed dicimus q̄ qui fuerit in chriſto baptiçat⁹: haberi iam nō debeat fornicari⁹: ſed q̄liſcūq; uita ei⁹ accepta ſit deo: ideo addidit Apl's: Nō utiq; fornicarijs hui⁹ mūdi. Et infra: Si quis frater noiat̄ fornicator: aut auar⁹: aut idolis ſeruiens: aut maledicus: aut ebrioſus:: aut rapax: cū eiuſmodi nec cibum quidē ſumere. Quo em̄ mihi de ijs
Eph.5. qui foris ſunt iudicare? Et ad Epheſios: Fornicatio & omnis immūdicia & auaricia nec nominet̄ in uobis: ſicut decet ſanctos. Et infra: Hoc em̄ ſcitote q̄ omnis impudicus: aut immūduſ: aut auarus qd̄ eſt idolatra: nō habet hæreditatē in regno chriſti & dei. De baptiçatis utiq; dictū liquet. Ipſi em̄ accipiunt hæreditatē qui baptiçant̄ in
Ro.8. morte chriſti: & cōſepeliunt̄ cū chriſto: ut cū ipſo reſurgāt. Ideo hæredes dei: cohæredes chriſti. Sunt hæredes dei quia tranſcribit̄ in eos dei gratia: cohæredes chriſti: quia renouant̄ in uitā ipſius. Hæredes quoq; chriſti: quia dat̄ illis p mortem ipſi⁹ tanq̄ teſtatoris hæreditas. Iſti igitur magis ſibi debent attēdere qui habent qd̄ poſſint amittere q̄ qui nō habent: Iſti maiore agere cuſtodia: iſti cauere uitioꝝ illecebras: er-
Exo.32. roris incitamēta: quæ maxime cibo potuq; oriunt̄. Deniq; ſedit populus māducare & bibere: & ſurrexit ludere. Ipſe quoq; epicurus quē iſti ſibi magis ſequēdum q̄ apoſtolos putant: aſſertor uoluptatis: & ſi neget inuectricē mali eſſe uoluptatem: nō negat tamē ex ea fieri quædā ex quibus generētur mala. Deniq; nec luxurioſorū uitam reprehenſibilē uideri: quæ repletur delectationibus: niſi uel doloris uel mortis quatiatur metu. Atq; hic q̄ alienus a uero ſit: etiam hic reprehēditur q̄ uoluptatem in homine deo auctore creatā aſſerit principaliter. Sicut Philuminaris ei⁹ ſectator in epitomis ſuis diſputat: & huius allegat hiſtoricos eſſe auctores ſentētiæ. Sed hoc diuina ſcriptura redarguit quæ ſerpentis inſidijs atq; illecebris: infuſā Adæ atq; Euæ uoluptatem docet: Siquidē ipſe ſerpēs uoluptas ſit: & ideo uariæ ac lubricæ & uelut ueneno quodā corruptelarum infectæ paſſiones uoluptatis ſint. Appetētia

igitur uoluptatis cõstat acceptũ Adam excidisse mãdato dei & fructu gratiæ. Quõ igitur uoluptas ad paradisum reuocare nos põt quæ sola nos paradiso exuit? Vnde & dñs Iesus uolens nos aduersus diaboli tẽtamenta fortiores reddere: certatur⁹ ieiunauit: ut sciremus qa aliter illecebras mali nõ possemus uincere. Deniq; ipse diabolus primũ tentamentor& suorũ spiculũ de uoluptate intorsit dicens: Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Vnde ait dñs: Non in pane solo uiuit homo: sed in omni uerbo dei: & noluit facere cũ posset: ut magis lectiõis studio q̃ uoluptatis intẽdere nos salutari præcepto doceret. Et qa isti ieiunandũ negãt: qua causa christ⁹ ieiunauerit astruant: nisi ut nobis exẽplo esset ei⁹ ieiuniũ. Deniq; in posteriorib⁹ docuit nõ facile malũ posse nisi nr̃o uinci ieiunio: dicẽs: Hoc genus nõ eijcit᷑ nisi in oratione & ieiunio. Quid etiã sibi uult scriptura quæ docet ieiunasse Petrũ: & ieiunãti atq; oranti de baptiçãdis gentib⁹ reuelatũ mysteriũ: nisi ut ostenderet etiã ipos sanctos cũ ieiunant: tunc fieri præstãtiores? Deniq; Moyses cũ ieiunaret: legẽ accepit: Et ideo Petrus cũ ieiunaret: edoctus est noui testameti gratiã. Daniel quoq; ieiunij merito ora clausit leonũ futurorũq; tempor& uidit negocia. Aut quæ nobis salus esse põt: nisi ieiunio eluerimus pcta nostra: cũ scriptura dicat: Ieiunium & elemosyna a pcto liberat? Qui sunt ergo hi præceptores noui qui meritũ excludãt ieiunij? Nõne gentiliũ uox ista est dicentiũ: Manducem⁹ & bibam⁹? Quos bene irridet Apl's dicens: Si secũdũ hoiem pugnaui ephesi ad bestias: quid mihi ꝓdest: si mortui nõ resurgunt? Mãducemus & bibam⁹: cras eñ moriemur. Hoc est: Quid mihi ꝓfuit usq; ad mortẽ cõtentio: nisi ut hominẽ redimerẽ meum? Qui frustra redimit᷑: si nulla est spes resurrectionis. Ac ꝓ hoc spe omni redẽptionis amissa manducem⁹ & bibamus: ne amittamus fructũ præsentiũ: qui futuro& nullũ tenemus. Illorum ergo est cibis & potibus indulgere: qui nihil põst mortẽ suam sperant. Deniq; epicurei dicunt assertores uoluptatis: quia mors nihil ad nos. Quo demõstrant corpore se tantũ non mente uiuere: nec animæ fungi sed carnis solius munere: qui successione animæ corporisq; dissolui munus suæ uitæ omne existimẽt: perire merita uirtutũ: atq; animæ: omnẽ uigorẽ: totos se deficere cũ corporis sensu: nihil reliquiarũ superesse animæ: cũ ipsum corpus nõ statim resoluat᷑. Prius ergo dissoluit᷑ anima q̃ corpus: cũ ꝑm suã opinionẽ uel carnẽ & ossa cõsiderare debeant: quæ post mortẽ supsunt: secundũ ueram aũt assertionẽ negare non debeant resurrectionis gratiã. Merito ergo hos redarguẽs Apl'us: monet nos ne talibus labamur opinionib⁹ dicẽs: Nolite seduci: corrũpunt mores bonos colloquia mala. Sobrij estote iuste: & nolite peccare. Ignorantiã eñ dei quidã habent. Bonũ ergo sobrietas: quia peccatũ ebrietas est. Quid ꝙ ille Epicurus defensor uoluptatis cuius ideo frequentẽ facimus mentionẽ: ut hos aut gentiliũ discipulos & epicureã ꝓbem⁹ sectã sequi: aut illũipsum quẽ ipsi philosophi a suo excludunt consortio tanq̃ patronũ luxuriæ: tolerabiliorẽ his esse doceamus?

Clamat ergo ille (ut Dimarcus asserit) quia nõ potationes: neq; comesationes: nec filiorum soboles: nec fœminarũ copulæ: nec piscium copia: aliorũq; huiusmodi: quæ splendido usui parantur cõuiuij: suauẽ uitam faciant: sed sobria disputatio. Deniq; addidit ꝙ copijs cõuiuij moderate utant᷑: qui nõ immoderate eas quærũt. Succo solo & pane uel aqua qui libenter utitur: despuit delitiarũ epulas: quia multæ ex his generant᷑ molestiæ. Etiã alibi dicunt: Nõ immoderatæ epulæ: nõ potationes: uoluptatis suauitatẽ generant sed cõtinens uita. Cum igitur illos abdicauerit philosophia: hos nõ excludit ecclesia? Siquidẽ & illi quod malæ causæ habent: se assertionibus suis impugnant frequẽter. Nã si principalis eorum sentẽtia sit ꝙ nullam suauitatẽ uoluptatis putent: nisi quæ cibo potuq; percipiat᷑: tamẽ intelligentes in tã reprehensibili definitione uersari se sine summo dedecore nõ posse: ac deseri ab omnibus: fuco quodã probabilium disputationũ ea colorare uoluerunt: adeo: ut diceret quidam ex ijs: Dum studemus delectationi ꝑ epulas & cantus: amisimus eã quæ per uerbi quo solo salui esse possumus: infunditur perceptionẽ. Nonne isti dispares: discolores in hoc multiformi disputatione nobis uidentur: quos adeo scriptura

Matth. 4.
Ibidem. 17.
Act. 10.
Exo. 34.
Daniel. 14.
Tobie. 4 et. 12
1. Cor. 15.
Ibidem.

cõdemnat ut nõ præterierit eos quos Apl's redarguebat: dicẽte Luca in actib⁹ apo/
Act.17. stolor̃: qui eũ lib̃r̃ historico stilo scripsit. Quidã aũt epicurei & stoici philosophi dis/
putabant cũ eo: & quidã dicebant: quid uult hic seminiuerbius? Alij aũt: nouorum
dæmonior̃ uidet̃ ꝓnũciator esse. Ex hoc tñ numero nõ imunis gratiæ abijt Apl's:
Siquidẽ etiã Dionysius ariopagites cũ Damari uxore sua alijsq; multis credidit. Itaq;
illi doctissimor̃ & eloquentiũ cœtus simplici disputatione uictos se esse credẽtiũ ex/
emplo manifestarũt. Quid igit̃ sibi isti uolunt qui tẽtant eos puertere quos acqui/
siuit Apl'us: quos redemit christ⁹ sanguine suo? Quid est ꝙ asserũt baptiçatos intẽ/
dere nõ debere uirtutũ disciplinis: nihil illis obesse comesatiões: nihil uoluptatũ af/
fluentiã: insipiẽtes esse eos q̃ ijs careant: uirgines oportere nubere: filios facere: simi
liter & uiduas iterare qđ semel male uirili admixtione exptæ sint: etiã si se cõtinere
possint: errare eas quæ nolũt iterare copulã? Quid ergo? Placet ut hominẽ exuẽ
tes induam⁹ pecudẽ: & expoliãtes christũ uestiamur aut supuestiamur amictus dia/
bolis? Sed cũ ipsi doctores gentiũ ne honestatẽ quidẽ cũ uoluptate copulandã pu/
tauerint: eo ꝙ pecudẽ uiderent̃ cũ homine induere: nos ut bæluinos usus humano
infundam⁹ pectori: & rationabili mẽti inscribamus irrationabiles ritus ferar̃? Q̃q̃
multa genera sint animantiũ quæ amisso pari cõcubitui indulgere nesciãt: & tanq̃ so
litariæ uitæ æuum exigãt. Plurima quoq; herbis uescant̃ simplicibus: nec alios nisi
fonte puro restinguere sitim nouerint: canesq; uideamus frequẽter interdicto cibo
tẽperare solitas: ut ieiuna fame ora suspendãt: si imperat̃ abstinẽtia. Ab hoc igit̃ re/
uocant̃ boies qđ didicerunt p̃ hominẽ etiã mutæ nõ præuaricari bestiæ? Quid aũt
pulchrius abstinẽtia quæ facit etiã iuuentutis annos senescere ut fiat morũ senect⁹?
Nãq; ut redundantia ciborũ ac temulentia etiã maturior ætas calescit: ita mitigatur
iuuẽtutis ferocitas epularũ parsimonia: irriguoq; fontis: & exterior ignis aquæ infu/
sione extinguit̃: nõ mirum si etiã interiora æstus corporis fluuiali potu refrigerant̃.
Cibo em̃ flãma alitur ac deficit. Siquidẽ fœnum: stipulã: lignũ: oleum: aliaq; hmõi
alimẽta ignis sint quibus pascit̃: ea si detrabas: uel nõ suggeras: etiã ignis sopitur. Si/
militer ergo uapor corporis cibo alit̃ aut minuitur: cibo excitat̃: cibo soluitur. Luxu
ria igitur mater libidinis est. Quid ꝙ naturæ cõueniens tẽperantia est: atq; illi diui/
næ legi quæ in ipso reꝝ ortu oẽs fontes potui: fructus arborũ esui dedit? Vinũ post
diluuiũ iustus ad tẽtationẽ sui repperit. Vtamur ergo tẽperantiæ naturali cibo: uti/
1.Timoth.5. nãq; possimus. Sed quia nõ oẽs fortes: ideo Apl'us ait: Vino modico utere ꝓpter
frequẽtes tuas infirmitates. Nõ ergo ꝓpter uoluptatẽ bibendũ est: sed ꝓpter infir/
3.Reg.19. mitatẽ. Pro remedio igit̃ parcius: ꝓ delitijs redundãtius. Deniq; Helias quẽ dñs
ad uirtutis erudiebat ꝓfectionẽ: ad caput suũ collyridã & uas aquæ repperit: & ideo
Exo. in uirtute escæ illi⁹ quadraginta dieb⁹ ieiunauit. Patres nostri cũ mare trãsirent pe
Daniel.1. dibus: aquã nõ uinũ bibebant. Daniel & hebræi pueri patrio cibo & aquæ potu: il/
le furorẽ leonũ repssit: illi ardentẽ ignẽ innoxio uidere tactu circa mẽbra sua pasci.
Judith.12. Et quid de uiris loquar? Iudith luxurioso Holopherni baud quaquã inflexit conui
uio: solo titulo sobrietatis desperatũ lacertis uirilibus reportauit triumphũ: patriam
obsidione exuit: ducẽ militiæ suis manib⁹ occidit. Exemplũ euidẽs qđ & illũ terribi/
lẽ populis bellatorẽ uirũ luxuria sua emolliuit: & hanc fœminã tẽperantia cibi forti/
orẽ uiris fecit. Nõ hic in sexu suo uicta est natura: sed in cibo suo uicta est: & regẽ su/
Luc.2. perbũ suis inclinauit ieiunijs. Anna octogintaquattuor annos in uiduitate sua ieiu/
Matth.3. nijs & obsecrationib⁹ in tẽplo die ac nocte seruiẽs christũ agnouit. Quẽ Iohãnes ab
4.Reg.4. stinentiæ magister quidã nouus terraꝝ angel⁹ annũciauit. O stultũ Helisæum q̃ sil
1.Esdre.8. uestrib⁹ ramis & amaris pascebat ꝓphetas: Immemorẽ scripturaꝝ Aesdrã: qui me/
2.Cor.11. moria scripturas reddidit: Insipientẽ Paulũ qui gloriat̃ ieiunijs: si nihil ꝓsunt ieiu/
nia. Sed quõ nõ ꝓsunt: quib⁹ uitia purgant̃? Quæ si deferas cũ humilitate: cũ mise/
Esa.58. ricordia: ut Esaias spiritu diuino locutus est: ossa tua pinguescent: & eris sicut hortus
ebrius: Pinguescit igit̃ aia tua: uirtutesq; eius spũali adipe ieiunij: & fructus tui mul
tiplicant̃ ubertate mentis tuæ: ut sit in te sobrietas ebrietas: sicut illud est poculũ de

quo ait ꝓpheta: Et poculū tuū inebrians q̄ præclarū est. Sed nō illa solū laudabilis quæ parca est ciboꝝ temperātia: sed etiā illa quæ cōcupiscētiæ. Deniq; scriptum est: Post cōcupiscētias tuas ne eas: & a uoluptate tua uetare. Si dederis animæ tuæ cōcupiscentiā: gaudio eris inimicis tuis. Et infra: Vinū & mulieres apostatare faciūt etiā sapientes. Vnde Paulus etiā in ipsis cōiugijs temperantiā docet. Est em̄ uelut quidā adulter incōtinens in matrimonio qui legem apostolicā præuaricat. Quid aūt loquar quāta sit uirginitatis gloria: quæ meruit a christo eligi: ut esset etiā corporale dei templum: in qua corporaliter (ut legimus) habitauit plenitudo diuinitatis? Virgo genuit mundi salutē: uirgo peperit uitā uniuersorū. Sola ergo nō debet esse uirginitas: quæ omnib⁹ in christo ꝓfuit? Virgo portauit quē mundus iste capere aut sustinere nō pōt. Qui cū ex Mariæ nasceret utero: genitale tamē septū pudoris: & intemerata uirginitatis cōseruauit signacula. Itaq; in uirgine christus repperit qđ suū esse uellet: qđ sibi omniū dns assumeret. Per uirū autē & mulierē caro eiecta de paradiso: ꝑ uirginē iuncta est deo. Quid de altera Moisi Maria loquar quæ fœminei dux agminis: pede transmisit pelagi freta? Quo munere aūt uenerabilis Thecla etiā leonibus fuit: ut ad pedes prædæ suæ stratæ impastæ bestiæ sacrū deferrent ieiuniū: nec ꝓcaci oculo uirginē nec ungue uiolarēt aspero: qm̄ & ipso aspectu uirginitatis uiolatur sanctitas? Deniq; qua reuerētia uirginitatis locut⁹ est sanctus Apostolus: De uirginib⁹ præceptū dni nō habeo: consiliū autē do tanq̄ misericordiā cōsecutus a dño? Præceptū nō habet: consiliū habet. Nō em̄ præcipit qđ supra legē est: sed magis dato suadet consilio. Nec auctoritas præsumit: sed demōstratur gratia: nec a quocūq; demōstratur: sed ab eo qui misericordiā dei meruit. Horum ergo meliora q̄ apostolorū consilia? Apostolus dicit: Consiliū do: isti dissuadendū putant: ne qua studeat uirginitati. Cui⁹ quantā laudē breui uersiculo ꝓpheta expresserit: uel potius christus in propheta: debemus cognoscere. Hortus inquit clausus soror mea: hort⁹ clausus: fons signat⁹: Christus hoc dicit ad ecclesiā quā uult esse uirginem sine macula: sine ruga. Bonus hortus uirginitas: quæ plurimos boni ferat fructus odoris. Hortus clausus: quia undiq; uallata est muro castitatis. Fons signatus: eo ꝙ uirginitas sit fons & origo pudicitiæ: quæ inuiolata custodiat integritatis signacula: in quo fonte imago dei luceat: quia cū mundicia corporis cōgruit etiā puritas simplicitatis. Nō pōt dubitare quisq̄ ꝙ ecclesia uirgo sit: quā etiā in corinthijs despondit apostolus Paulus uirginē castā assignare christo. In superiore igit epistola dat consiliū: & existimat bonū esse munus uirginitatis: ut nullis instātis sæculi turbet necessitatibus: nulla illuuie coinquinet: nullis exagitet ꝓcellis. In posteriore sponsor est christo ꝙ uirginitatē ecclesiæ in illius plæbis cōsignare possit integritate. Respōde mihi nunc Paule qua ratione ꝓpter instantē necessitatē des cōsilium: qm̄ qui sine uxore est sollicit⁹ inquit est quæ dni sunt: quomō placeat deo. Et addidit: Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ sunt dni: ut sit sancta corpore & spiritu. Habet igit murum suū aduersus mūdi hui⁹ turbines: & ideo septo diuinæ munita ꝓtectionis nullis sæculi flabris inequitat. Bonum ergo consiliū: quia in cōsilio utilitas est: & in præcepto laque⁹. Consiliū inuitat uolūtarios: præceptū astringit inuitos. Si qua ergo secuta fuerit consiliū: & eā nō pœnituerit: acq̄siuit utilitatē. Si quā uero pœnituerit: non habet ꝙ accuset Apostolū. Ipsa em̄ de infirmitate sua iudicare debuit: & ideo sibi uolūtatis suæ rea est: cui⁹ grauiore q̄ ferre posset: laqueo se ac nodo ligauit. Itaq; tanq̄ bonus medicus qui & fortiorib⁹ stabilitatē uirtutis cōseruare cupiat: & infirmis salubritatē dare: alijs dat cōsiliū: alijs demōstrat remediū. Qui infirmus est: olera māducet: accipiat uxorē: qui ualidior est fortiorē uirtutis cibum expectet. Meritoq; adiūxit: Nā qui statuit in corde suo firmus nō habens necessitatē: potestatē aūt habens suæ uolūtatis: & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suā: benefacit: & qui nō iungit: meli⁹ facit. Mulier uincta est legi: quāto tēpore uir eius uiuit. Q̄ si dormierit uir eius libera est: cui uult nubat: tantū in dño. Beatior aūt erit si sic ꝑmanserit ꝑm meū consiliū. Puto em̄ ꝙ & ego spiritū dei habeo. Hoc

Ps. 22.
Eccī. 18.
Ibidem. 19.
Col. 2.
1. Cor. 7.
Cant. 4.
1. Cor. 7.
Ro. 14.
1. Cor. 7.

est cōsiliū dei habere: explorare diligēter oia: & quæ meliora sūt suadere: & quæ tutiora demōstrare. Prouidus doctor multas ostēdit uias: ut qua uult unusquisq; quā sibi accōmodā arbitrat incedat: dūmodo occurrat quo possit incaptus prætendere.

Bona uirginitatis uia sed sublimis & ardua ualidiores requirit. Bona etiā uiduitatis nō tam difficilis ut superior: sed cōfragosa & aspera cautiores exigit. Bona etiā matrimonij: plena & directa longiore circuitu ad castra sanctoꝝ puenit: ea plurimos recipit. Sunt ergo uirginitatis præmia: sunt merita uiduitatis: est etiā cōiugali pudicitiæ locus: Gradus singulaꝝ sunt & incremēta uirtutū. State igit in corde uestro: ne quis uos subruat: ne quis possit subuertere. Docuit nos Aplus quid sit stare: hoc
Exo.3. est: qd Moysi dictū est: Locus em in quo stas: terra sancta est. Nemo em stat nisi q fi-
Deut.5. de stat: nisi qui fixꝰ stat sui cordis sentētia. Alibi quoq; legimꝰ: Tu autē hic sta mecū. Vtrūq; ad Moysen a dño dictū est: Vbi tu stas: terra sancta est: & hic sta mecū: hoc ē mecū stas: si stes in ecclesia: Ipse em locꝰ est sanctꝰ: ipsa terra fæcūda sanctitatis: & optima uirtutū messibus. Sta ergo in ecclesia: sta ubi tibi apparui: ibi ego tecū sū. Vbi est ecclesia: ibi firmissima statio tuæ mētis est: ibi fundamētū animi tui: ubi tibi de rubo apparui. Tu rubus: ego ignis in rubo: ego in carne ꝓpterea ignis ut tibi luceā: ut tuas spinas & tua peccata cōsumā: & meā tibi demonstrē gratiā. Stātes ergo in corde uestro lupos fugate ab ecclesia quærētes prædā tollere. Nō sit in uobis desidia: nō sit prauū os: lingua amarior. Nolite in cōcilio uanitatis sedere. Scriptū ē enim:
Ps.25. Nō sedi in cōcilio uanitatis. Nolite audire detrabentes ꝓximis: nedū auditis alios:
Ps.49. ꝓuocemini: ut & ipsi derogetis ꝓximis: & dicat unicuiq; uestrū: Sedens aduersus fratrē tuū detrabebas. Sedētes detrabūt: stantes aūt dnm bndicunt: quibꝰ dicit: Ec
Ps.133. ce nunc bndicite dnm oēs serui dni: qui statis in domo dni. Qui sedet (ut de corporeo usu loquar) quasi ocio: & resoluit corpore: atq; intētionē mētis relaxat. Stat aūt speculator ꝓuidus: & explorator impiger: puigil custos: qui prætēdit in castris. Bellator quoq; strenuꝰ ante expectatū stat in agmine: qui uult aduersarij cōsilia præue-
1.Cor.10. nire. Qui stat uideat ne cadat: Qui stat obtrectare nescit. Ociosoꝝ etenim fabulæ
Ps.25. sunt: quibꝰ obtrectatio seritꝫ: malignitas ꝓditur. Vnde ait ꝓpheta: Odio habui cōgregationē malignoꝝ: & cū impijs nō sedebo. Et in trigesimosexto psalmo quē præce-
Ps.36. ptis referšit moralibus: in principio statim posuit: Noli æmulari inter malignantes: neq; æmulatꝰ fueris facientes iniquitatē. Malignitas plus nocet q malicia: qa malignitas nec purā simplicitatē habet nec apertā maliciā: sed absconditā maliuolentiā. Difficilius aūt cauent occulta q quæ sunt cognita. Vnde & saluator noster a spiritibus malignis cauendū admonet: q nos blandarū specie uoluptatū capiant: cæterarūq; reꝝ simulatione: cū ambitionē: honorē: auariciā: diuitias: ad supbiā potentiæ lenocinia prætendunt. Itaq; cū in omni actu: tū maxime in episcopi petitione abesse debet malignitas: in quo uita formet omniū ut placido & pacifico iudicio præferat uir omnibꝰ qui eligat ex oībus: & qui medeat omnibꝰ. Etem mansuetꝰ homo: cor-
Matth.9. dis medicꝰ est. Huiꝰ se medicū etiā dns in euāgelio locutus est dicēs. Nō opus est sanis medicꝰ: sed ijs qui male habēt. Bonus medicꝰ qui infirmitates nostras accepit:
Heb.5. sanauit ægritudines: & tn iste (sicut est scriptū) nō se honorificauit fieri sūmū sacerdotē: sed qui locutꝰ est ad eū: pater dixit: Filius meꝰ es tu: ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternū fm ordinē Melchisedech. Qui qm typus futurus erat sacerdotū omniū: ideo carnē suscepit: ut in diebus carnis suæ preces & supplicationes deo patri cū magna uoce & lachrymis offerret: & ex ijs quæ passus est: q̄uis esset filius dei: discere uideret obedientiā: quā nos doceret: ut nobis fieret auctor salutis. Deniq; cōsummatis passionibꝰ tanq̄ cōsummatꝰ ipse sanitatē dedit omnibꝰ: peccatū tulit omniū. Ideo & Aaron sacerdotē ipse elegit: ut nō būana cupiditas in eligendo sacerdote præponderaret sed gratia dei: non uolūtaria oblatio nec ꝓpria assūptio sed cælestis uocatio: ut is offerat munera ꝓ peccatis q possit affici ꝓ peccātibus: quia & ipse inqt gestat infirmitatē: Nō sibi qs honorē debet sumere: sed uocari a deo: sicut & Aaron: ita & christꝰ nō ex se sibi accepit sacerdotiū. De-

nisq; cũ ab Aaron p genus ducta succeſſio generis magis teneret hæredes q̃ iuſticiæ cõſortes: ꝓterea ad typum illi⁹ Melchiſedech quẽ in ueteri teſtamẽto legimus: uerus Melchiſedech: uerus rex pacis uenit: uer⁹ iuſticiæ rex uenit. Hoc em̃ habet nominis interp̃tatio: ſine patre: ſine matre: ſine generationis enumeratiõe: neq; initiũ dierũ: neq; finẽ uitæ habens: qđ & ad filiũ dei refertur: qui matrẽ in illa diuina generatione neſciuit: patrẽ in hoc uirginis Mariæ partu ignorauit: ex patre ſolo natus ante ſæcula: ex uirgine ſola ortus in hoc ſæculo. Initium dierũ habere utiq; non potuit qui erat in principio. Quomõ uitæ finẽ haberet: qui uitæ auctor omnib⁹ ẽt? Ipſe principium & finis omniũ. Sed refertur ad exemplũ ut tanq̃ ſine patre & ſine matre ſacerdos eſſe debeat: in quo nõ generis nobilitas ſed morũ eligatur gratia & uirtutũ prærogatiua. Sit in eo fides & morũ maturitas: nõ alterum ſine altero: ſed utrũq; in uno cũ bonis operibus cõueniat & factis. Vnde nos apoſtolus Paulus eoq; uult Heb. 6.
eſſe imitatores: qui per fidẽ inquit & patientiã poſſidẽt repromiſſiones Abraæ: qui per patientiã ꝓmiſſæ ſibi benedictionis meruit accipere & poſſidere gratiã. Imitatores nos ſancti Aaron Dauid ꝓpheta debere eſſe admonet: qui eũ inter ſanctos domini ad imitandũ nobis cõſtituit dicens: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius: Ps. 98.
& Samuel inter inuocãtes nomen eius. Dignus plane uir qui ſequẽdus ꝓponitur omnibus. Nam cũ dira mors ꝓpter contumaces in plæbem ſerperet: mediũ ſe inter uiuentes morientesq; obiecit: ut mortẽ ſtatueret: ne plures perirẽt. Vere uir mẽtis & animi ſacerdotalis: qui ſe ꝓ domini grege quaſi paſtor bonus pio obiiceret affectu. Itaq; infregit aculeum: mortis impetũ tenuit: tranſitũ negauit. Pietas meritum adiuuit: quia ꝓ ipſis ſe obtulit qui reſiſtebant. Diſcant igitur diſſidẽtes timere domini cõmotionẽ ſacerdotes placare. Quid Dathan & Abiron & Chore? Nõne ꝓpter diſſenſionẽ hiatus terræ abſorbuit? Nam cum inſtigaſſent Chore & Dathan & Numeri. 16.
Abiron ducentos quinquaginta uiros aduerſus Moyſen & Aaron: ut ſepararent ſe ab iis: inſurrexerũt illi dicentes: Satis ſit uobis q̃ tota ſynagoga ſanctorũ eſt: & in ipſis eſt dominus. Vnde iratus domin⁹ locutus eſt ad omnẽ ſynagogã: conſiderauit & nouit domin⁹ qui ſunt eius: & ſanctos adduxit ad ſe: & quos nõ elegit non adduxit ad ſe. Et iuſſit domin⁹ ut eligerent ſibi arulas: & incenſum ponerẽt Chore & omnes qui cũ eo inſurrexerant aduerſum Moyſen & Aaron ſacerdotes domini: ut qui electus eſſet a dño: ipſe ſanct⁹ cõfirmaretur inter leuitas dñi. Et dixit moyſes ad Chore: Audite me filij Leui: Nũquid hoc puſillũ eſt uobis qđ ſeparauit uos de⁹ a ſynagogis iſrael? Et infra: Quæritis ſacerdotio fungi? Sic tu & omnis ſynagoga tua cõgregare ad deũ? Et Aaron qs eſt: quia murmuratis de eo? Cõſideratis igitur quæ offenſionis cauſæ extiterint: q̃ ſacerdotio fungi indigni uellent: & ꝓpterea diſſiderent q̃ im murmurarent improbãtes in ſacerdotis ſui electione iudiciũ dei. Propterea totũ populũ metus ingens corripuit: pœnæ terror inuoluit uniuerſos. Obſecrantib⁹ tamẽ omnib⁹ ne paucoꝝ inſolentia oẽs perirẽt: deſignant̃ ſceleris rei & a totius ꝑpli corpore ducẽti quinquaginta cũ auctorib⁹ ſuis ſeparant̃: immugiẽs terra in medio plæbis ſcinditur: aperit̃ in ꝓfundũ ſinus: abripiunt̃ noxij: & ita ab omnib⁹ mũdi hui⁹ ablegant̃ elemẽtis: ut nec aerem hauſtu: nec cælũ uiſu: nec mare tactu: nec terrã contaminarẽt ſepulchro. Ceſſauit pœna nõ ceſſauit malicia: ex hoc ipſo immurmuratio exorta populi q̃ p ſacerdotes periſſet populus. Qua indignatione dñs pdidiſſet oẽs niſi Moyſi & Aaron primo precibus inflexus: poſt etiam obiectu ſacerdotis ſui Aaron: maluiſſet ingratos maiore ueniæ pudore donare iis quoꝝ abnuebãt gratiã.

Ipſa ꝓphetiſſa Maria quæ cũ fratribuſ pede tranſierat freta maris: quia æthiopiſſæ Ibidẽ. 12.
myſteriũ adhuc neſciens immurmurauerat aduerſus fratrẽ Moyſen: lepræ maculis inhorruit: ut uix tãto abſoluta eſſet cõtagio: niſi Moyſen rogaſſet. Quis ad typũ ſynagogæ illa referẽt admurmuratio quæ æthiopiſſæ: id eſt: eccleſiæ ex gẽtib⁹ ſacramentũ ignorans quotidiano immurmurat cõuitio: & inuidet ei plæbi: cuius fide etiam ipſa exuet̃ a pfidiæ ſuæ lepra: ſm qđ legimus: quia cæcitas ex parte iſrael cõtigit Ro. 11.
donec plenitudo gentiũ intraret: & ſic omnis iſrael ſaluus fieret. Et ut aduertamus

Numeri.17. quia in ſacerdotib⁹ diuina magis q̄ humana operat̄ gratia: una ex multis quā Moyſes p̄ tribus acceperat & recōderat: uirga Aaron floruit: atq; ita diuini iudicij munus ſpectandū in ſacerdotē populus aduertit: ac deſtitit parē ſibi humano iudicio uendicare gratiā qui ante parē ſibi prærogatiuā cōpetere arbitrabat̄. Virga aūt illa quid aliud oſtēdit: niſi q̄ nunq̄ ſacerdotalis marceſcat gratia: & ſumma būilitate habeat in ſuo munere cōmiſſæ ſibi florē poteſtatis: uel qa id quoq; ad myſteriū referat̄? Nec ocioſe p̄pe exitū uitæ Aaron ſacerdotis hoc factū putamus. Declarari uidet̄ populus ſenior: ſacerdotalis longæuæ infidelitatis uetuſtate carioſus: q̄ ultimis tēporib⁹ imitatione eccleſiæ reformat⁹ in ſtudia fidei & deuotionis emortuū iam tot ſæculis rediuiua gratia florē remittat. Quid aūt aliud ſignificat̄ q̄ poſt defunctū Aaron nō uniuerſo populo ſed ſoli Moyſi qui eſt in ſacerdotib⁹ dñi: imperauit de⁹: ut exuuijs Aaron ſacerdotis filiū eius indueret Eleaçarū: niſi ut cogноſcerem⁹ q̄ ſacerdos cōſecrare ſacerdotē debeat: & ipſe eū induere ueſtimētis: hoc eſt: uirtutib⁹ ſacerdotalibus: ac tunc ſi nihil ei deeſſe indumentor̄ aduerterit ſacerdotaliū: & apte quadrare omnia: ſacris eū adhibeat altaribus? Supplicatur⁹ em̄ p̄ populo: eligi a dño: p̄bari debet a ſacerdotib⁹ ne quid ſit qđ in ipſo grauiter offendat cuius officiū eſt p̄ aliorū offenſa interuenire. Neq; em̄ mediocris uirtus ſacerdotalis eſt: cui cauendū nō ſolum ne grauioribus flagicijs ſit affinis: ſed ne minimis quidē ut ſit p̄motus ad miſericordiā: p̄miſſum nō remordeat: lapſum reuocet: cōpatiat̄ dolori: manſuetudinē teneat: pietatē diligat: iram repellat uel decoquat: ſit quidā lituus plæbis excitādæ ad deuotionē: mitificandæ ad tranquillitatē. Vetus dictū eſt: aſſueſce un⁹ eſſe: ut uita tua quandā picturā exprimat: eādē ſeruans ſemp imaginē quā acceperit. Quō poteſt unus eſſe: qui nunc iracūdia inflāmat̄: nunc indignatione graui exæſtuat: nunc uultu excandeſcit: nunc pallore immutat̄: p̄ momenta uarius & diſcolor? Sed eſto ſi naturæ iraſci: aut plærūq; cauſæ: hominis eſt tn̄ tēperare iracundiā: nō leonino raptari furore: nō norit aſſueſcere clamori: nō ſerere nec acerbare familiare iurgium. Scriptū eſt em̄: Vir iracūdus effodit peccatū. Nō eſt un⁹ duplici corde: nō eſt un⁹ q̄
Pſ.4. ſe cohibere neſcit in iracūdia. De quo pulchre Dauid ait: Iraſcimini: & nolite peccare. Non irā imperat: ſed indulget naturæ: quā bō prævenire non pōt: mitigare pōt. Ergo & ſi iraſcimur: affectus noſter motū recipiat ſm̄ naturā. Quis em̄ ferat ſi ipſe ſe gubernare nequeat qui alios gubernādos receperit? Ideoq; Ap̄lus formā dedit:
1.Timoth.3. Titum.1. qa & epiſcopū eſſe oportet irreprehenſibilē. Et alibi ait: Oportet em̄ epiſcopū ſine crimine eſſe ſicut dei diſpenſatorē: nō ſuperbū: nō iracundū: nō uinolētū: nō p̄cuſſorē: nō turpis lucri cupidū. Nam quō cōueniunt ſibi diſpenſantis miſericordia & cupiditatis auaricia? Hæc poſui quæ cauenda acceperim. Virtutū aūt magiſter Apoſtolus eſt qui cū patientia redarguēdoſ doceat cōtradicētes: qui unius uxoris uir̄ præcipiat eſſe: nō quo exortem excludat cōiugij: nam hoc ſupra legē præcepti eſt: ſed ut cōiugali caſtimonia ſeruet ablutionis ſuæ gratiā: neq; iterū ut filios in ſacerdotio creare apoſtolica inuitet̄ auctoritate. Habentē em̄ dixit filios nō facientē: neq; cōiugiū iterare. Qđ ideo nō prætermiſi: quia plæriq; ita argumentant̄ unius uxoris uirum dici poſt baptiſmū habitæ: eo q̄ baptiſmo uitium ſit ablutū: quo afferebat̄ impedimentū. Et uitia quidē atq; peccata diluunt̄ omnia: ut ſi quis cōtaminauerit ſuū corpus cū plurimis: quas nulla cōiugij lege ſociauerit: remittant̄ ei omnia: ſed coniugia nō reſoluunt̄: ſi quis iterauerit. Culpa em̄ lauacro nō lex ſoluit̄. Nulla em̄ culpa cōiugij ſed lex eſt. Qđ legis eſt igitur: nō remittitur quaſi culpa: ſed tenetur quaſi lex. Ideo Apoſtolus legem poſuit dicens: Si quis ſine crimine eſt: unius uxoris uir. Ergo qui a ſine crimine eſt uni⁹ uxoris uir: teneat̄ ad legē ſacerdotij ſuſcipiendi. Qui autē iterauerit coniugiū: culpam quidē nō habet coinquinati ſed prærogatiua exuit̄ ſacerdotis. Diximus quid legis eſt: dicamus etiā quid rationis. Sed prius cognoſcamus: nō ſolū hoc Apoſtolū de epiſcopo & preſbytero ſtatuiſſe: ſed etiā patres in cōcilio niceni tractatus addidiſſe: neq; clericū quēquā debere eſſe: qui ſecūda cōiugia ſortitus ſit. Quō em̄ pōt cōſolari uiduā: bonorare: cohortari ad cuſtodiendā uidui-

tatem: seruandã marito fidẽ: quã ipse priori cõiugio nõ reseruauerit? Aut quid interesset int populũ & sacerdotẽ: si ijsdẽ astringeret legib? Debet præpõderare uita sacerdotis sicut præpõderat gratia. Nã qui alios præceptis suis ligat: debet ipse legitima præcepta in se custodire. Q resistebã: ne ordinarer: postremo cum cogerer: saltẽ ordinatio ptelaret. Sed nõ ualuit præscriptio: prævaluit impssio. Tñ ordinationẽ meã occidẽtales episcopi iudicio: oriẽtales etiã exemplo pbarũt. Et tñ neophitus pbibet ordinari: ne extollat supbia. Si dilatio ordinationi defuit: uis cogẽtis est: Si nõ deest humilitas cõpetens sacerdotio: ubi causa nõ hæret: uitiũ nõ imputatur.

Q si in alijs ecclesijs tanta suppetit ordinãdi sacerdotis cõsideratio: quãta cura expetit in uercellẽsi ecclesia: ubi duo pariter exigi uident ab episcopo: monasterij cõtinentia: & disciplina ecclesiæ? Hæc em primus in occidẽtis partibus diuersa inter se Eusebius sanctæ memoriæ cõiunxit: ut & in ciuitate positus instituta monachoz teneret: & ecclesiã regeret ieiunij sobrietate. Multũ em adiumenti accedit ad sacerdotis gratiã: si ad studiũ abstinẽtiæ & normã itegritatis tuuẽtutẽ astringat: & uersantes intra urbẽ: abdicet usu urbis & cõuersatiõe. Hinc illi pcesserũt uiri: Helias: Helisæus: Iohannes Helisabet: q pelliceis tunicis & caprinis exuuijs induti: inopes atq egentes: angustijs & doloribꝰ afflicti: in solitudinibus errabãt: inter alta & condensa montiũ: inuia rupiũ: speluncaz horrida: fouearũ uadosa: quoz cõuersatione dignꝰ orbis terraz nõ erat. Hinc illi Daniel: Ananias Açarias Misael: qui in aula regia pascebant: ieiunio alebant tanq in desertis cibo aspero potuq obuio. Meritoq regij seruuli regis prævaluerũt: & captiuitatẽ decusso iugo cõtẽpserũt: ptates subegerũt: elemẽta uicerũt: naturã ignis extinxerũt: euitauerunt flãmas: obtuderunt aciẽ gladij: strinxerũt leonũ ora: & ubi infirmiores fieri existimabant: ibi fortiores reperiebant: nõ refugiebãt ludibria hũana: q cælestia sperabãt præmia: nõ horrebant tenebras carceris: qbꝰ æterni luminis gra refulgebat. Hos secutꝰ Eusebiꝰ sctũs exiuit de terra sua: & de cognatiõe sua: & domestico ocio peregrinationẽ prætulit. Pro fide quoq exilij dura præoptauit atq elegit: cõiuncto sibi sanctæ memoriæ Dionysio q posthabuit iperatoris amicitiã exilio uolũtario. Itaq memorabiles uiri circũdati armis: uallati exercitu: cũ raperent de ecclesia: maiore triũphabãt de imperio: qa cõtumelia terrestri mercabant mentis fortitudinẽ: regni potentiã quibꝰ militaris armorũ strepitꝰ extorquere nõ potuit fidẽ: subegerũt bestialis animi feritatẽ quæ nocere sanctis nequiuit. Ira em regis ira leonis: ut in puerbijs babes. Cõfessus est uictũ se esse: qui rogabat ut mutarent sentẽtiã: Sed illi ualidiorẽ calamũ suũ ferreis gladijs arbitrabant. Deniq uulnerata est pfidia ut occideret: nõ est uulnerata sanctoz fides: nõ desiderarunt patriũ sepulchrũ quibꝰ reseruabat cæleste domiciliũ. Errauerunt toto orbe: ut nihil habẽtes & possidẽtes oia. Quocũq missi essent: locꝰ delitiarũ putabat. Neq em illis quicq deerat: quibꝰ fides locuples abũdabat. Deniq locupletabãt alios ipsi inopes ad sũptũ: opimi ad gratiã: tẽtabant sed nõ mortificabant: in ieiunijs: in laboribꝰ: in custodijs: in uigilijs. Euaserũt de infirmitate fortes: nõ expectabãt delitiaz illecebras quos saginabat fames: nõ adurebãt eos torrida æstatis quos refrigerabat æternæ spes gratiæ. Nõ frãgebat glacialis plagæ frigiditas quibꝰ feruẽti spiritu uernabat deuotio. Nõ uerebant uincula boim quos Iesus soluerat. Non desiderabãt redimi a morte: qui præsumebãt a christo resuscitari. Deniq sanctꝰ Dionysius exegit uotis: ut i exilio uitã poneret: ne regressus cõfusa institutis & usu infideliũ: studia plæbis aut cleri inueniret. Meruitq hanc gratiã ut pacẽ dñi trãquillo affectu secũ referret. Itaq ut Eusebius sanctꝰ prior leuauit uexillũ confessionis: ita beatꝰ Dionysius in exilij locis pptore martyribꝰ titulo exhalauit. Hæc igit patientia in sancto Eusebio monasterij coaluit usu: & durioris obseruationis consuetudine hausit laboz tolerantiã. Nãq hæc duo in attẽtiore christianoz deuotione præstãtiora esse quis ambigat: clericorũ officia: & monachorũ instituta? Ista ad comitatẽ & moralitatẽ disciplina: illa ad abstinentiã assuefacta atq patientiã. Hæc uelut in quodam theatro: illa in secreto. Spectat ista: illa absconditur. Ideo bonus Athleta ait:

Prouer. 19.

Spectaculũ facti sum⁹ huic mundo. Dignus sane qui spectaret ab angelis cũ luctaret ut ad christi brauiũ pueniret cũ certaret: ut in terris uitã angelorũ instituere t: in cælo nequiciã angelorum refelleret. Colluctabatur em̃ nequicijs spiritualibus. Merito mundus eum spectabat: ut mũdus imitaretur. Hæc ergo uita in stadio: illa in spelũca. Hæc aduersum cõfusionẽ sæculi: illa aduersus carnis appetẽtiã. Hæc subijciẽs: illa refugiens corporis uoluptates. Hæc gratior: illa tutior. Hæc se ipsam regẽs: illa semetipsam coercens. Vtraq; tamen se abnegãs ut fiat christi: quia pfectis dictũ
Matth.16. est: Qui uult post me uenire: abneget seipsum sibi: & tollat crucẽ suã: & sequat me.
Gal.2. Sequitur ergo christũ qui potest dicere: Viuo aũt iam nõ ego: uiuit uero in me christus. Negabat se Paulus: cũ sciens quia uincula & tribulationes eũ manerent: in hie-
Act.20. rusalẽ uolũtarius se offerret periculis dicens: Nec facio animã cariorẽ mihi: dũmodo cõsũmem cursum meũ: & ministeriũ uerbi qd accepi a domino Iesu. Deniq; circũstantibus plurimis plorãtibus & obsecrantib⁹: nõ reflexit animũ: ita fides ꝓmpta dura sui censor est. Hæc ergo dimicat: illa se remouet. Hæc illecebras uincit: illa refugit. Huic mundus triumphat: illi exultat. Huic mũdus crucifigit uel ipsa mundo: illi ignoratur. Huic plura tẽtamenta & ideo maior uictoria: illi infrequẽtior lapsus: fa
3.Reg.17 ꝫ 19 cilior custodia. Deniq; ipse Helias: ut cõfirmaret uerbũ oris eius: missus est a dño: ut se ad torrentẽ absconderet Charith. Minabat Achab: minabatur leçabel: timuit Helias & exurrexit: & iterũ in uirtute escæ intelligibilis quadraginta dieb⁹ ambulauit & quadraginta noctibus usq; ad montẽ oreb: & introiuit in speluncã & requieuit ibi: & sic postea missus est ut ungeret reges. Durat⁹ igitur ad patientiã est solitudinũ
Luc.3. incolatu: & tanq̃ pastus ad uirtutis adipalẽ agresti alimento ꝓcessit fortior. Iohannes quoq; in deserto adoleuit & dominũ baptiçauit: & cõscientiã illic prius exercuit ut postea regẽ increparet. Et quia de sancti Heliæ habitatiõe deserti: nomina locorũ nõ ociosa quasi feriati præteriuim⁹: quid significet repetendũ uidet. Missus est Helias ad torrentẽ charith: ibi eũ corui alebãt: mane panẽ afferebant: ad uesperam carnes. Nõ imerito mane panis afferebat qui cõfirmat cor hominis. Quo em̃ cibo nisi mystico aleretur ꝓphetar? Ad uesperã caro ministrabat. Intellige quæ legis: quia Charith intellectus est. Oreb omne cor quasi cor dicitur. Bersabe quoq; puteus septimi: aut iuramẽti latina interptatio est. Primũ Helias in Bersabe est: cõcessit ad sanctæ legis mysteria diuiniq; iuris sacramẽta. Postea ad torrentẽ mittit: ad illũ fluminis impetũ qui lætificat ciuitatẽ dei. Vtrũq; aduertis unius auctoris testamentũ: uetus scriptura quasi puteus ꝓfunda atq; obscurior unde cũ labore haurias: nõ plenã:
Matth.5. quia adhuc qui impleret eã nõ uenerat. Deniq; postea ait: Nõ ueni legem soluere sed implere. Ideo ad fluuiũ transire sanctus a christo iubet: qm̃ qui de nouo testamẽto biberit: nõ solum flumen est: sed flumina de uẽtre eius fluẽt aquæ uiuæ: flumina intellectus: flumina cognitionis: flumina spiritualia: quæ tamẽ pfidiæ aruerunt tẽpore: ne sacrilegi biberent: potarent pfidi. Ibi ꝓphetã dñi agnoscebant corui: quẽ non agnoscebant iudæi. Pascebant corui quẽ genus regale illud & nobile psequebatur.

Quæ est leçabel quæ psequebatur: nisi synagoga uane fluens: uane abundãs scripturis: quas neq; custodit neq; intelligit? Qui corui pascebant: nisi quorũ pulli eũ
Ps.146. inuocant: quor̃ iumentis dat escã: ut legimus: Et pullis coruor̃ inuocantibus eum? Sciebãt illi corui quẽ pascerent: qui iuxta intellectũ erãt: & ad illũ cognitionis sacræ fluuiũ escam uebebãt. Pascit ꝓphetã: qui intelligit: q custodit quæ scripta sunt: Da te ipsum ei cibũ: fides nostra ei alimentũ: nõ erit ꝓfectus: mẽtes ille nostras sensusq; pascitur in nostro sermo eius intellectu epulat. Dam⁹ ei panẽ qui in lumine euãgelij positi cõferim⁹ ei nostri firmamẽta cordis. His alit: bis uiget: bis ieiuna diu replet ora: quibus iudæor̃ pfidia nullũ fidei cibũ subministrat. Ieiunus est illis oĩs sermo ꝓphcticus: cui⁹ adipẽ interiorẽ nõ uident exesus & tenuis qui impugnare eor̃ fauces nõ põt. Fortasse ideo deferebãt ad uesperã carnes q̃si fortiores cibos quos infirmi ingenio corinthij nõ poterãt sumere: & ideo lacte potabant aplico. Esca ergo fortior ad uesperã mũdi huius deferebat: mane panis. Et ideo quia dñs banc mini-

ſtrari mandauit alimoniã:bene illud ꝓphetícũ dici ei hoc loco cõuenit:Exitu matu/ Ps.64.
tino & ueſpere delectabis.Et infra:Paraſti cibũ illoꝝ:qa ita eſt præparatio eĩ. Sed
ſatis de magiſtro dictũ puto:nunc diſcipulorũ uitam ꝓſequamur:quia in illam ſe lau
dẽ induerunt hymnis dies ac noctes ꝓſonãt. Hæc nempe angeloꝝ milítia eſt: ſemp
eſſe in dei laudibus:orationib9 cõciliare crebris:atq; exorare dominũ:ſtudent lecti/
one uel operib9 cõtinuis mentẽ occupant:ſeparari a cœtu mulierũ:ſibíſpſi inuicẽ uí/
tam præbent cuſtodiã. Qualis hæc uita in qua nihil ſit qđ timeas:& qđ imiteris plu
rimũ adeſt ieiunij labor:cõpenſatur mentis placiditate:leuat̃ uſu:ſuſtẽtat̃ ocio: aut
fallitur negocio:nõ onerat̃ mundi ſollicitudine:nõ occupat̃ alienis moleſtijs:nõ ur/
get̃ urbanis diſcurſibus. Huic uel ſeruando uel edocẽdo muueri aduertitis qualis
adhibẽdus magiſter ſit:quẽ reperire poſſum9:ſi ueſtra hũanitas aſpiret:ſi uos done/
tis inuicẽ uobis:ſi quis ab altero ſe læſum putat. Nõ em̃ hæc ſola eſt forma iuſticiæ:
ut nõ lædas eũ qui te nõ læſerit:ſed etiã illa: ut etiã ei remittas q te læſerit: lædimur
plærũq; fraude alterius:dolo ꝓximi. Nũquid hoc uirtutis putam9:ut dolũ ulciſca/
mur dolo:fraudẽ referamus fraudib9?Etem̃ ſi iuſticia uirtus eſt:crimine debet uaca
re:nec ĩprobitatẽ improbitate refellere. Quæ em̃ uirt9:boc a te fieri:qđ in altero ĩpe
punias?Cõtagio iſta improbitatis nõ ultio eſt.Nihil aũt intereſt cui malefacias utrũ
iuſto an iniuſto:cũ te malefacere nõ oporteat.Neq; diſtat quõ malign9 ſis: utrũ uin/
dicandi ſtudio:an uoto nocẽdi:cũ malignitas in utroq; genere nõ careat reꝑhẽſiõe.
Nã malignũ eſſe:ab iniuſto nihil diſtat:ideoq; dictũ eſt:Noli malignus eſſe inter ma Ps.36.
lignãtes:neq; æmulatus fueris faciẽtes iniquitatẽ.Et ſupra idẽ: Odio habui cõgrega Ps.25.
tionẽ malignantiũ.Omnes utiq; cõplexus eſt:nullũ excepit: malignitatẽ tenuit :nõ
cauſã interrogauit. Quæ aũt melior forma q̃ iuſticiæ diuinæ?Dicit em̃ dei fili9: Dili Matth.5.
gite inimicos uros.Et iteꝝ dicit:Orate ꝓ calũniantib9 & ꝓſequẽtib9 uos.Eouſq; ꝓfe/
ctis ſtudiũ adimit ultionis:ut lædentiũ charitatẽ imperet. Et qm̃ in ueteri ſcriptura
dixit:Mihi uindictam:& ego retribuã.Et in euangelio ait orãdum ꝓ ijs qui læſerint: Deut.32.
ne in eos uindicet q uindicandũ ꝓmiſit.Vult em̃ ex tua dimittere uoluntate:in quo
ex ſua conueniẽt ꝓmiſſione. Q̃ ſi uindictã requiris: habes: quia iniuſtus amplius ſu/
is puniẽt opinionib9 q̃ iudiciarijs ſeuæritatib9. Et qm̃ nemo poteſt eſſe ſine aliquib9
adũerſis:id agamus:ne nobis noſtro iudicio aduerſa accedant.Nemo em̃ graui9 ali/
eno cõdemnari põt iudicio q̃ inſipiens ſuo:qui ſibi eſt auctor maloꝝ. Vnde mole
ſta & plena cõtentionis declinem9 negocia:quæ neq; fructũ habent:& impedimẽtũ
afferunt. Q̃q̃ id agere debemus:ne nos arbitrij noſtri pœniteat: aut facti. Prudẽ/
tis eſt em̃ ꝓſpicere ne frequẽter eũ pœniteat ſui. Nunq̃ aũt pœnitere ſolius eſt dei.

Quis uero iuſticiæ fructus niſi mẽtis tranquillitas?Aut quid eſt iuſte uiuere niſi cũ
tranquillitate uiuere?Qualis forma fuerit dñi: talis totius domus eſt ſtat9. Q̃ ſi do/
mi quærunt̃ iſta:quãtomagis in eccleſia:ubi & diues & pauper:ſeru9 & liber:græcus
& ſcytha:bonoratus & plæbei9 omnes in chriſto unũ ſumus. Nemo præſumat:qa
diues eſt:plus ſibi deferendũ. Ille eſt diues in eccleſia:qui pauperi nõ ſibi diues eſt.
In eccleſia quidẽ fidelis diues eſt.Fideli em̃ totus mundus diuitiaꝝ eſt. Quid em̃
mirũ ſi mũdũ fidelis poſſidet:chriſti hæreditatẽ poſſidet quæ precioſior eſt mũdo?
Sanguine ꝑcioſo redempti eſtis:omnib9 utiq; nõ ſolis pecunioſis dictũ eſt. Sed uul
tis diuites eſſe?Sequimini dicentẽ:Sancti in omni cõuerſatione eſtote. Nõ diuitib9
dicit:ſed omnib9:quia ſine diſcrimine ꝓſonaꝝ iudicat:ut bonus teſtis ei9 Apl's dicit:
Et ideo nõ in remiſſione:nõ in faſtidio: nõ in exaltatione cordis: ſed in timore ĩquit
hoc incolatus ueſtri tẽpus cõuerſamini. Tẽpus accepiſtis hac in terra:nõ ꝓpetuita
tẽ:quaſi tẽpore utamini q ſciatis uos migraturos.Nolite in diuitijs cõfidere:qa oĩa il/
la hic relinquunt̃.Sola uos comitabit̃ fides.Erit ſane etiã iuſticia comes:ſi fides præ/
uia ſit. Quid uos palpant diuitiæ?Nõ auro uel argento:nõ poſſeſſionib9:nõ ſericis
ueſtibus de uana ueſtra cõuerſatione redẽpti eſtis ſed ꝑcioſo ſanguine chriſti Ieſu.
Ille ergo diues ẽ q fuerit hæres dei:chriſti cohæres. Noli pauperẽ cõtẽnere:ille te
diuitẽ facit. Noli egentẽ faſtidire.Iſte paup clamauit ad dñm:& dñs exaudiuit eũ. Ps.33.

2.Cor.8. Noli inopē refutare: & christus paup factus est: ut te inopia sua diuitē faceret. No
Matth.10. li quasi diues te attollere: Sine pecunia misit apostolos suos. Deniq; primus eoꝝ di
Act.3. xit: Argentū & aurū nō habeo: sed fidē habeo. Gloriatur in pauptate quasi refugiat cōtaminationē. Argentū inquit & aurū nō habeo sed fidē habeo. Satis diues sum in nomine Iesu: qđ sup omnē hominē est. Argentū nō habeo: sed nec requiro. Aurum nō habeo: sed nec desidero: sed habeo qđ uos diuites nō habetis. Habeo qđ pluris esse etiā uos arbitremini. Dono pauperibus: ut in nomine Iesu dicā: Cōualescite manus remissæ: & genua dissoluta. Sed uultis diuites esse: estote pauperes. Tunc eritis p omnia diuites: si fueritis pauperes spiritu. Nō census diuitem sed animus facit.

Sunt em̄ qui se humiliāt in multis diuitijs & rectæ ac prudēter. Satis em̄ diues omnibus naturæ lex est cui cito inuenias qđ abundet. Cupiditatib⁹ aūt omnis diuitiaꝝ abundātia: inopia est. Deniq; nemo paup nascit̄ sed fit. Nō ergo naturæ pauptas: sed opinīōis est: ideoq; cito inuenit̄ diues naturæ: difficile cupiditatis. Etem̄ quo pl⁹ unusquisq; acquisierit plus sitit: & quasi quadam inardescit ebrietate cupiditatū suarum. Quid quasi necessariū quæritis cumulū diuitiarū? Nihil tam necessariū q̄ cognoscere quid nō sit necessariū. Quid in carnē retorquetis excusationē? Nō corporis uenter insatiabilē sed mentis auaricia facit. Nūquid caro spem futuri abstulit? Nūquid caro spiritualis gratiæ suauitatē ademit? Nūquid caro fidē impediuit? Nūquid caro aliqđ furoris dn̄is: uanis opinionib⁹ adiudicauit? Plus amat caro moderatā frugalitatē: qua exuit̄ onere: induitur salubritate: qua sollicitudinē deponit: assu-
Prouer.13. mit tranquillitatē. Sed nec ipsæ diuitiæ uituperabiles. Deniq; redēptio animæ uiri diuitiæ eius: qm̄ qui pauperi donat: redimit animā suā. Est ergo & his materialib⁹ diuitijs uirtuti locus. Quasi gubernatores estis in magno mari. Si bene q̄s gubernat suū nauigiū: cito transit fretum: ut pueniat ad portū. Qui aūt nescit regere suū censū
Prouer.10. onere suo mergit̄. Ideo scriptū est: Possessio diuitū ciuitas firmissima. Quæ est ista nisi bierusalē quæ in cælo est: in qua regnū dei? Bona hæc possessio quæ fructus ppetuos facit. Bona possessio: quæ nō hic relinquit̄ sed illic possidet̄. In hac possessione qui fuerit dicit: Portio mea dn̄s. Nō dicit: portio mea ab illis usq; ad illos porrecta & diffusa terminos. Nō dicit: portio mea inter illos uicinos: nisi forte inter apl'os: inter ꝓphetas: inter sanctos dei: hæc est em̄ iusta portio. Nō dicit portio in pratis: non in siluis: nō in cāpis: nisi forte in cāpis siluæ: in quibus inuenit̄ ecclesia: de qua scriptū
Ps.131. est: Inuenimus eā in cāpis siluæ. Nō dicit: portio mea greges equorū. Mendax em̄
Ps.32. equus ad salutē. Mō dicit: portio mea armēta boum: asini: oues: nisi forte inter illa enumerat armēta quæ agnoscūt possessorē suū: & in illa asina uult consortiū habere quæ nō refugit præsepe christi. Et illa ouis sibi portio est: quæ ad immolandū ducta est: & ille agnus corā tondēte sine uoce qui nō aperuit os suū: cui⁹ in humilitate iudicium exaltatū est. Bene ait corā tondēte: q̄ superflua nō ꝓpria in illa deposuit cruce: q̄ corpuit exuit: nō diuinitatē amisit. Nō quicūq; ergo dicit: Portio mea dn̄s. Non auar⁹ dicit: quia uenit auaricia: & dicit: Mea portio es: ego te subditū habui: mihi seruisti: mihi te in illo aureo uendidisti: mihi te in illa possessione adiudicasti. Nō dicit luxuriosus: portio mea christus: q̄a uenit luxuria & dicit: Mea portio es: ego te in illo mihi mācipaui cōuiuio: in illis epulaꝝ reatibus: ego te addictū teneo gulæ & uuæ chirographo. An ignoras quia cari⁹ fuit mēsæ tuæ q̄ uitæ preciū? Tuo te iudicio reuinco: nega si potes: sed nō negare potes. Deniq; nihil ad uitā reseruasti: totū ad mēsam expēdisti? Nō pōt dicere adulter: portio mea dn̄s: q̄a uenit libido & dicit: Ego sum tibi portio: mihi te in illi⁹ adolescētulæ addixisti amore: in illi⁹ nocte meretricis in meas leges in mea iura migrasti. Nō dicit ꝓditor: portio mea christus: q̄a statim
Joh.13. irruit in eū nequicia mali & dicit: Fallit te dn̄e Iesu meus iste. Habem⁹ exēplū: quia cū Iudas panē a christo accepisset: īmisit se in cor ei⁹ diabol⁹ quasi possessionē suā uēdicans: quasi portionis suæ ius retinēs: quasi dicens: Nō est tu⁹ iste sed meus: me⁹ certe minister: tu⁹ ꝓditor: me⁹ plane iste est: deniq; tecū recūbit & mihi seruit: tecū epulat̄ & mecū pascit̄. A te panē accepit: a me pecuniā. Tecū bibit: & mihi tuū sanguinē

uendit. Q3 uera diceret ꝓbauit. Deniqꝫ christus receſſit ab eo: ipſe quoqꝫ Iudas reliquit Ieſum: ſequit᷑ diabolū. Q3 multos dn̄os habet qui unū refugerit. Sed nos nō refugiamus. Quis refugiat eū quē ſequunt᷑ alligati uinculis: ſed uinculis uoluntarijs quæ ſoluunt nō alligant: quib⁹ uincti uinculis gloriant᷑ dicentes: Paulus uinctus Ieſu christi & Timothæus: Glorioſius ab boc ſtringimur q̄ ab alijs abſoluimur & relaxamur. Quis igit᷑ fugiat pacē: quis fugiat ſalutē: quis fugiat miſericordiā: quis fugiat redemptionē: Videtis filij quales euaſerint qui hæc ſecuti ſunt: quō operent᷑ defuncti. Quarū uirtutū laudem miramur: earū ſtudeam⁹ adipiſci induſtriā: & quas prædicamus in alijs: eas in nobis taciti recognoſcam⁹. Nihil molliculū: nihil infractum ad laudē ꝑuenit. Regnum cæloꝝ cogitur: & cogētes diripiunt illud. Feſtinantes patres agnū manducabāt. Feſtina eſt fides: ſalutis deuotio ſpes impigra cōtradictiones animi nō amat: ſed traductionē ab infructuoſo ocio ad fructū laboꝝ. Quid in craſtinū differs: Potes & hodiernū diem lucrari. Cauendū eſt em̄ ne & illū nō teneas & hunc amittas. Nō exiguū detrimentū eſt uel horæ uni⁹: & una hora toti⁹ uitæ portio eſt. Sunt iuuenes qui cito uolunt ad ſenectutē ꝑuenire: ne ſubiaceant diutius ſeniorū arbitrio. Sūt etiā ſenes qui uelint ſi poſſint ad iuuētutē redire. Quorū ſtudium neutrū ꝓbo: quia iuuenes faſtidioſi præſentiū quaſi ingrati mutationem uiuendi requirūt: ſenes dilationē: cū poſſit & iuuēta ſeneſcere moribus: & ſenectus uirere operibus. Neqꝫ em̄ emendationē moꝝ magis ætas affert q̄ diſciplina. Quāto ergo magis nos oportet ſpem attollere ad regnū dei: uitæ ubi nouitas: ubi gratiæ erit nō ætatis cōmutatio. Nō ocio: nō ſomno merces paratur. Nullū opus dormientis eſt: nullus fructus ocij: immo magis diſpendiū. Ocioſus Eſau amiſit primatus benedictionē: qa maluit cibū accipere q̄ quærere. Laborioſus Iacob apud utrūqꝫ parentē inuenit gratiā. Et tn̄ cū ſupior eſſet Iacob uirtute & gratia: ceſſit fratris indignationi q ſibi prælatū fratrē iuniorē dolebat. Ideo ſcriptū eſt: Date locū iræ: ne alterius indignatio te quoqꝫ in peccatū trabat: dū uis reſiſtere: dū uis uindicari. Potes & ab illo & a te remouere culpā: ſi cedendū putes. Imitare patriarchā qui de conſilio matris lōginqua petijt. Et matris cui⁹? Rebeccæ utiqꝫ: hoc eſt: patiētiæ. Cui⁹ em̄ niſi patientiæ hoc cōſiliū eſſe poterat? Amabat mater cōtra affectū pij amoris dimitti filiū. Maluit em̄ ſibi eū exulare q̄ deo. Et qa bona mater: utriqꝫ detulit: iuniori filio benedictionē quā cōſeruare poterat. Nō em̄ filiū filio: ſed impigrū ocioſo prætulit: fidelem infido. Sed etiā filio ipſi ſeniori nō parū cōtulit amando minorē filiū ne paricidiū faceret. Itaqꝫ qm̄ ob pietatē nō ꝓpter improbitatē exulabat a parētibus: loquebatur cū deo: augebat᷑ cenſu: liberis gratia. Neqꝫ bis tn̄ elatus eſt: cū fratri occurreret: ſed būiliatus adorauit: nō utiqꝫ illū immitē: illū furibundū: illū degenerē: ſed eum quē in fratre cōſiderabat: ideoqꝫ adorauit ſepties numero ſcilicet remiſſionis: qa nō boiem adorabat ſed deū quē in carne bois eſſe uenturū præuidebat ſpiritu: ut tolleret peccata mūdi. Q3 tibi ex Petri reſpōſione aperit᷑ myſteriū: dicente eo: Si peccauerit in me frater me⁹: quotiens remittā ei: Vſqꝫ ſepties? Vides qm̄ peccatoꝝ remiſſio: typus erat illi⁹ magni ſabbati: illius quietis ꝑpetuæ gratiæ: & ideo cōtēplatione donat᷑. Sed qd ſibi uult: ꝙ & uxores: & filios: & oēs diſpoſuit ſuos: & præcepit ut & ipſi adorarent ſup terrā? Nō utiqꝫ ut elementū q3 plærūqꝫ repleꝫ ſanguine: in quo officina eſt ſceleꝝ: aut uaſtis plærūqꝫ borret cautib⁹: aut præruptis rupib⁹: aut ſterili & ieiuno ſolo: ſed ut carnē præſidio nobis futurā. Et fortaſſe boc illud ē myſteriū q3 edocuit dn̄s dicēs: Nō ſolū ſepties ſed & ſeptuagies ſepties. Et uos igit᷑ donate iurias uras: ut ſitis filij Iacob. Nolite exaſperari ſicut Eſau. Imitamini ſc̄m̄ Dauid: q tā q̄ bon⁹ magiſter reliqt nobis q3 imitaremur: dicēs: Pro eo ut diligerēt me: detrabebāt mihi: ego aūt orabā: & cū maledicere᷑ orabat. Bonū ſcutum oratio: qua cōtumelia excludit᷑: maledictū repellit᷑: & in ipſos qui maledixērt: frequēter retorquet᷑: ut ſuo telo uulnerent᷑. Maledicēt inquit & tu benedices. Ambiēda boim maledictio: quæ acquirit dn̄icā benedictionē. Q3 ſupeſt chariſſimi: cōſiderate: qa Ieſus extra portā paſſus eſt: & uos egredimini de hac terrena ciuitate: quia ciuitas ueſtra ſuperior eſt

Ad philemonē

Matth. 11.

Matth. 18.

Ibidem.

Ps. 108.

Ibidem.

Heb. 13.

Phil.3. hierusalē:ibi cōuersamini:ut dicatis:Nostra aūt cōuersatio in cælis ē. Ideo Iesus exiuit de ciuitate:ut uos exeūtes de hoc mūdo supra mūdū sitis. Moyses solus q deū uidebat:extra castra habebat tabernaculū:qñ loquebat cū deo:& hostiaꝝ quæ pro peccato fiebāt:sanguis quidē altarib⁹ inferebat:quia nemo intra mūdi hui⁹ uitia positus peccatū deponit:nec sanguis ei⁹ accept⁹ est deo:nisi de corporis hui⁹ exeat inquinamēto. Hospitalitatē diligite:p quā sanctus Abraam inuenit gratiā. Hospitio suscipere filiū Sara meruit effæta iā senectute. Loth quoq; sodomitani excidij euasit ignē:& tu potes suscipe angelos:si aduenientibus hospitiū tuū offeras. Quid de Raab dicā quæ hoc munere inuenit salutē? Cōpatimini ijs qui alligati tenet uincu
Eccs.7. lis:tanq̄ simul alligati. Cōsolamini in luctu positos. Melius est em ire in domū luctus q̄ in domū gaudij. Illinc officij meritū boni:hinc uitiū lapsus refert. Postremo illinc mercedē speras:hic recepisti. Sentite laborātibus tanq̄ simul laborātes. Mulier uiro deferat nō seruiat:regendā se præbeat:coercendā. Indigna est cōiugio quæ digna est iurgio. Vir quoq; uxorē tanq̄ gubernator dirigat:tanq̄ cōsortē uitæ honoret:participet ut cohæredi gratiæ. Matres ablactate filios: diligite eos: & orate p ijs ut lōgæui sup terrā sint:nō in terra sed sup terrā. Nihil em longæuū in hac terra:& qđ est diu:breue est & magis lubricū. Monete eos ut magis crucē dñi tollāt q̄ hāc uitā diligant. Maria mater dñi ante crucē filij stabat. Nullus me hoc docuit: nisi sanctus Iohānes euāgelista. Mundū alij cōcussum in passiōe dñi: cōscripserūt:cælū tenebris obductū:refugisse solē:in paradisū latronē:sed post piā cōfessionē receptū: Iohānes docuit qđ alij nō docuerūt:quēadmodū in cruce posit⁹ matrē appellauerit.

Pluris putat p uictor suppliciorū pietatis officia matri exhibeat q̄ p regnū cæleste donabat uitæ æternæ Nā si religiosū est p latroni donat uenia:multo uberioris pietatis est p a filio mater tāto affectu honorat. Ecce inquit fili⁹ tuus: Ecce mater tua. Testabat de cruce christ⁹:& int matrē atq; discipulū diuidebat pietatis officia. Cō debat dñs nō solū publicū sed etiā domesticū testamentū:& hoc eius testamentū signabat Iohānes:dignus tanto testatore testis. Bonū testamentū nō pecuniæ sed
Ps.44. uitæ æternæ:qđ nō atramento scriptū est sed spiritu dei uiui:qui ait:Lingua mea calamus scribæ uelociter scribētis. Sed Maria nec minor q̄ matrē christi decebat: fugientib⁹ aplis ante crucē stabat:& pijs spectabat oculis filij uulnera:quia expectabat nō pignoris mortē sed mundi salutē. Aut fortasse qa cognouerat p filij mortē mundi redēptionē aula regalis:etiā sua morte putabat se aliqd publico additurā muneri.

Sed Iesus non egebat adiutore ad redēptionē omniū:qui oēs sine adiutore seruaPs.87. uit. Vnde & dicit:Fact⁹ sum sicut hō sine adiutorio:inter mortuos liber. Suscepit qdē affectū parentis:sed nō quæsiuit alteri⁹ auxiliū. Hāc imitamini mres sancte quæ in unico filio dilectissimo tantū maternæ uirtutis exēplū edidit. Neq; em uos dulciores liberos habetis:neq; illud uirgo quærebat solatiū:q̄ aliū posset generare filium. Dñi seruis imperate quasi cōditione subditis:sed ita ut naturæ eiusdē cui⁹ uos
1.Petri.2. estis:cōsortes esse eos memineritis. Serui quoq; dñis seruite cum uoluntate. Etem unusq̄sq; qđ natus est: patiēter debet suscipere:nec solū bonis sed etiā asperioribus obedire dñis. Nā quæ est uestræ seruitutis grā:si bonis seruiatis sedulo? Sed si etiā asperos p̄mereamini. Nā liberi quoq; nullā habent mercedē:si peccātes puniātur a iudicib⁹:sed illa merces est:si etiā nō peccātes. Et uos ergo cōtēplatione dñi Iesu etiam si difficilib⁹ seruiatis dñis cū patiētia:mercedē habebitis. Siquidē ipse dñs iust⁹ ab iniustis passus est:& patiētia mirabili peccata nostra suæ affixit cruci:ut q illū imitatus fuerit:peccata sua sanguine suo diluat. Ad summā cōuertimini oēs ad dñm Iesum. Sit in uobis uitæ huius delectatio in bona cōsciētia:patiētia mortis cū spe immortalitatis:cōfirmatio resurrectionis cū christi gratia:ueritas cū simplicitate: fides cū cōfidentia:abstinētia cū sctitate: industria cū sobrietate: cōuersatio cū modestia: eruditio sine uanitate:sobrietas doctrinæ fidelis sine hæresis temulentia.

Sancti Ambrosij ad episcopos p Aemiliā constitutos:eos de celebritate paschali instruentis:Epistola.LXXXIII.

Dominis fratribus dilectissimis epis p Aemiliã cõstitutis: Ambrosi⁹ eps. Nõ mediocris esse sapiẽtiæ diẽ celebritatis definire paschalis: & scriptura diuina nos instruit & traditio maiorꝝ. Qui cõueniẽtes ad synodũ nicenã inter illa fidei ut uera ita admiranda decreta: etiã sup celebritate memorata: cõgregatis peritissimis calculandi: decẽ & nouẽ annorꝝ collegere rationẽ: & quasi quendã cõstituere circulũ: ex quo exemplũ in annos reliquos gignereť. Hunc circulũ æneadecaterida nũcupauerũt: sequẽtes illud: ꝙ nõ debeamus uana quadã opinione sup celebritate hmõi fluctuare: sed uera rõne cõperta ita omniũ cõcurrat affectio: ut una nocte ubiꝙ sacrificiũ p resurrectione dñi deferať. Dñi fratres dilectissimi eo usꝙ a uero nos deuiare non cõuenit: nec uago ingenio discrepare: ut quædã necessitas celebritatis hui⁹ oĩbus sit ipsita christianis. Qñquidẽ ipse dñs eũ elegit diẽ quo pascha celebraret: qui cũ obseruãtiæ ueræ ratione cõcurrit. Scriptũ est em̃: Venit aũt dies: in qua necesse erat pascha imolari: & misit Petrũ & Iohannẽ dicẽs: Euntes ite parate nobis pascha: ut mãducem⁹. At illi dixerũt: Vbi uis paremus? Et dixit ad illos: Ecce introeũtibus uobis iu ciuitatẽ occurret hõ amphorã aquæ portans: sequimini eũ in domũ in quã intrat: & dicetis pr̃ifamilias: Dicit tibi magister: Vbi ẽ diuersoriũ: ubi pascha cũ discipulis manducẽ? Ipse uobis ostẽdet in supiorib⁹ locũ magnũ: ibi parate. Aduertim⁹ igiť ꝙ nõ ad terrena descẽdere sed in supiorib⁹ locũ magnũ stratũ quærere debeam⁹: ut dñi pascha celebremus. Abluere etiã sensus nr̃os quodã spũali aqua fontis æterni: & deuotæ celebritatis tenere mẽsurã: nec opinione uulgari dies quosdã explorare lunares: cũ Apl's dicat: Dies obseruatis & mẽses & tẽpora & annos: timeo ne sine causa laborauerim in uobis. Nã incipit esse cõtrariũ. Sed aliud est obseruare gẽtilicio more: ut qua luna ad adoriẽdũ sit iudices: utputa quintã esse fugiẽdã: nihilꝙ ea inchoandũ. Varios quoꝙ cursus lunæ obeũdis negocijs cõ mẽdare: uel cauere quosdã dies: quẽadmodũ plæriꝙ posteros dies uel ægyptiacos declinare cõsuerũt. Aliud est em̃ obseruantiã religiosæ mẽtis intẽdere in eũ diem de quo scriptũ est: Hic est dies quẽ fecit dñs. Nã & si scriptũ sit ꝙ pascha dñi quarto decimo die mẽsis primi celebrari debeat: & uere quartã decimã lunã ad celebrandũ dñicæ seriẽ passionis inqrere debeam⁹: tñ ex hoc possum⁹ intelligere: ꝙ ad hmõi solẽnitatẽ: uel ecclesiæ pfectio: uel claræ fidei plenitudo quærať: sicut dixit p̃pheta cũ loqueretur de filio dei: Quia sedes eius sicut sol in cõspectu meo: & sicut luna pfecta in æternũ manebit. Inde ẽ ꝙ & ipse dñs cũ opera in terris mirãda fecisset: quasi iam fundata humanarꝝ mentiũ fide: tẽpus passionis esse memorauit dicẽs: Pater uenit hora: clarifica filiũ tuũ: ut fili⁹ tuus clarificet te. Hanc em̃ celebrãdæ passiõis claritudinẽ quæsitã: alibi docet dicens: Ite dicite illi uulpi: Ecce eijcio dæmonia hodie: & cras sanitates pficio: & sequẽti cõsummor die. His uticꝙ cõsũmatur Iesus qui incipiunt esse pfecti: ut plenitudinẽ diuinitatis & redemptionis eius: fide sua credant. Ergo & diẽ & horam exquirimus: ut scriptura nos instruit. Propheta etiã Dauid dicit: Tẽpus faciendi dñe: petens accipere sensum ad cognoscẽda dñi testimonia. Ecclesiastes ait: Omni rei tẽpus. Hieremias clamat: Turtur & birũdo: agri passeres agnouerũt tẽpora introit⁹ sui. Quid aũt euidẽtius q̃ de passione dñi dictũ uideri: Agnouit bos possessorẽ suũ: & asinus præsepe dñi sui? Agnoscam⁹ ergo hoc præsepe dñi: in quo alimur: pascimur & reficimur. Hoc igiť tẽpus præcipue scire debemus: quo p uniuersum orbem cõsona sacræ noctis fundať oratio: quia & tẽpore cõmendanť preces: sicut scriptũ est: Tẽpore accepto exaudiui te: & in die salutis adiui te. Hoc est tẽpus de quo Apostolus dixit: Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Vnde necesse fuit quia etiã post ægyptiorũ supputationes & alexandrinæ ecclesiæ definitionẽ: Episcopi quoꝙ romanæ ecclesiæ p litteras plæriꝙ meam adhuc expectant sententiã: quid existimẽ scribere de die paschæ. Nam licet futuri diei paschæ inciderit quæstio: tamẽ etiã in reliquũ quid tenendũ uideatur aperim⁹: si qua quæstio talis incurrerit. Duo aũt sunt obseruãda in solẽnitate paschæ: quarta decima luna: & prim⁹ mẽsis qui diciť nouorꝝ. Itaꝙ ne a ueteri testamẽto uideamur

Luc'.22.

Gal'.4.

Ps̃.117. Exo.12.

Ps̃.88.

Joh.17.

Luc'.13.

Ps̃.118. Eccs.3. Hiere.8.

Esa.1.

Ibidem.49. 2.Cor'.6.

discedere: ipsum de paschæ celebrandæ die capitulū recēseam⁹. Monet Moyses populū dicens custodiendū mēsem nouoꝝ: eū primū esse mēsem prædicās. Ait em
Exo.12. Hic mensis uobis principiū mensiū: primus in mēsib⁹ anni: & facies pascha dño deo
Joh.1. tuo quartadecima die mēsis primi. Lex nēpe p Moysen data est: gratia aūt & ueritas p Iesum christū facta est. Ipse ergo qui legē locut⁹ est: postea ueniens p uirginē
Matth.5. nouissimis tēporibus: plenitudinē legis cōsūmauit: quia uenit nō legem soluere sed implere: & celebrauit pascha hebdomadæ in qua fuit quartadecima luna: quinta feria. Deniq; ipsa die (sicut superiora docēt) pascha cū discipulis māducauit. Sequēti aūt die: hoc est: sexta feria: crucifixus est: luna quintadecima. Sabbato quoq; magno illo sextadecima fuit. Ac p hoc septimadecima luna resurrexit a mortuis. Vnde hæc lex paschæ nobis seruāda est: ut nō quartādecimā obseruemus in die resurrectionis: sed in die magis passionis aut certe alijs ꝓximis superiorib⁹ dieb⁹. Quia resurrectionis celebritas die dñica celebrat̄: dñica aūt ieiunare nō possumus: quia manichæos etiā ob istius diei ieiunia iure dānamus. Hoc est em in resurrectionē christi nō credere: si legē quis ieiunij die resurrectionis indicat: cū lex dicat pascha edendū cū amaritudine: hoc est: cū dolore: q; tanto sacrilegio hominū auctor salutis sit inter-
Ps.117. emptus. Die aūt dominica exultandū ꝓpheta docet dicēs: Hic est dies quē fecit dñs: exultemus & lætemur in ea. Ergo nō solū passionis diē sed etiā resurrectiōis obseruari oportet a nobis: ut habeamus & amaritudinis & lætitiæ diē: illa ieiunem⁹: isto reficiamur. Vnde si inciderit sicut futurū est ꝓxime: quartadecima luna mēsis primi die dñica: quia neq; dñica ieiunare debemus: neq; tertiadecima luna die sabbati incidente ieiuniū soluere: qđ maxime die passiōis est exhibendū: in altera hebdomada celebritas paschæ est differēda. Siquidē sequit̄ qntadecima luna qua passus est christus: & erit secūda feria: tertia quoq; feria erit sextadecima luna: qua dñi caro i sepulchro quieuit: cū quarta etiā feria septimadecima luna futura sit: qua dñs resurrexit. Cū igit̄ triduū illud sacrū in hebdomadā ꝓxime cōcurrat ultimā intra
Joh.2. qđ triduū & passus est & quieuit & resurrexit: de quo triduo ait: Soluite hoc tēplū: & in triduo resuscitabo illud: qd nobis pōt molestiā dubitationis afferre? Nā si ea res scrupulū mouet: quia quartadecima luna non celebram⁹ ipsum diē uel passionis uel resurrectionis: ipse dñs nō quartadecima luna passus est sed quintadecima: & septimadecima resurrexit. Q; si mouet qa q̄rtādecimā lunā transeūtes: quæ die dñica incidit: hoc est: quartodecimo kalēdas maij: sequēti dñica instaurandā celebritatē suademus: auctoritas extat hmōi. Nā tēporibus paulo supioribꝰ cū incidisset q̄rtadecima luna mensis primi in dñicam diē: sequenti altera dñica celebrata solēnitas est. Octogesimo aūt anno & nonagesimotertio: ex die imperij Diocletiani: cū q̄rtadecima luna esset nono kalēdas aprilis: nos celebrauimus pascha pridie kalendas aprilis. Alexandrini quoq; & ægyptij ut ipsi scripserūt: cū incidisset quartadecima luna & uigesimo & octauo die pharmutij mēsis: celebrauerūt pascha qnta die pharmutij mensis quæ est pridie kalendas aprilis: ac sic cōuenere nobiscū. Rursus nonagesimo & tertio anno a die imperij Diocletiani: cū incidisset quartadecima luna in quartūdecimū diē pharmutij: mensis quæ est quinto iduſ aprilis quæ erat dominica die: celebratū est pascha dñica pharmutij uigesimo & primo die qui fuit ꝑm nos qntodecimo kalendas maij. Vnde cum & ratio sit & exemplū: nihil sup hoc mouere nos debet. Nunc illud est: qđ enodandū uidetur: quia plærique putant secūdo mēse nos celebraturos pascha: cū scriptū sit: Custodi primū mēsem nouoꝝ: qđ nō pōt incidere: ut præter mensem nouoꝝ pascha celebrent: nisi qui quartādecimā ita obseruant ꝑm litterā: ut nō alio: nisi ipso celebrent die. Deniq; in futuꝝ iudæi duodecimo nō primo mense celebraturi sunt pascha: hoc est: tertio kalēdas aprilis ꝑm nos: ꝑm ægyptios autem uigesimoquarto die phamenoth mensis qui est nō prim⁹ mensis sed duodecim⁹: & incipit sexto kalendas aprilis: & finitur septimo kalēdas maij.

Ergo ꝑm ægyptios primo mēse celebraturi sum⁹ dñicam paschæ: hoc est: septimo kalendas maij: qui est dies trigesimus pharmutij mensis. Nec absurdū arbitror ut

inde obſeruandi menſis trahamus exemplũ: ubi primũ paſcha celebratũ eſt. Vnde & maiores noſtri in tractatu cõcilij niceni: eum diẽ endecateride: ſi quis diligenter intendat: ſtatuendũ putarunt & ipſum menſem nouoꝝ recte cuſtodierunt: quia in ægypto hoc primo menſe noua ſecant frumenta. Hic aũt menſis & primus eſt ſm ægyptiorũ ꝓuentus: & primus ſm legem: & octauꝰ eſt ſm cõſuetudinẽ noſtrã. Indictio em̃ ſeptẽbri menſe incipit. Octauo igit menſæ kalẽdæ aprilis ſunt. Incipit aũt mẽſis nõ ſm uulgarem uſum ſed ſm cõſuetudinẽ peritoꝝ ab æquinoctio qui dies eſt duodecimo kalẽdas aprilis: & finitur undecimo kalendas maij. Inde maxime intra hos triginta & unũ dies ſæpe celebrati paſchæ dies. Sed cũ ante bienniũ celebrauerimus paſchæ dominicã undecimo kalendas maij: hoc eſt: trigeſimo die menſis ſm noſtram ſcilicet calculationẽ: moueri non debemus ſi & ꝓxime trigeſimo die pharmutij menſis celebraturi ſumus paſchæ dominicã. Verũ ſi quis menſem ſecũdũ inde exiſtimat: quia poſt triduũ cõpleti menſis qui cõpleri uidet undecimo kalẽdas maij: paſchæ dominica erit: illud cõſideret: quia quartadecima luna quæ quærit quartodecimo kalẽdas maij erit: hoc eſt: intra præſcriptũ menſis numeꝝ. Lex autẽ diem paſſionis exigit intra primũ nouoꝝ debere celebrari. Satiſfactũ eſt igitur ſm plenitudinẽ lunæ: cui ad complendũ mẽſem ſupſunt tres alij dies. Nõ ergo in alterũ menſem recidit: qñ intra eundẽ menſem qui primꝰ eſt: paſcha celebrabit. Ad litteram aũt nos teneri nõ oportere (licet cõſuetudo celebrãdi paſchæ ipa nos inſtruat) tamẽ & Apl'us docet qui ait: Paſcha noſtrũ immolatꝰ eſt chriſtus. Sed & ꝓpoſita lectio docet litterã nõ cõſequendã. Sic em̃ habes: Et faciet paſcha dño deo tuo quartodecimo die menſis primi. Diẽ ꝓ luna dicit. Vnde peritiſſimi quoq; ſm legẽ lunari curſu cõputant mẽſem: & ideo cũ a pluribꝰ nonis lunæ curſus incipiat: hoc eſt: dies primus: uides nonas maij adhuc ad mẽſem primũ nouoꝝ cõputari poſſe. Ergo & iuxta legis ſententiã primus hic menſis eſt. Deniq; menem lunã uocant græci: unde menas græce dicũt menſes: & naturalis uſus nationũ exteraꝝ lunã ꝓ diebus appellat. Aliũ aũt diẽ paſſionis: aliũ reſurrectionis celebrandũ: ueteris quoq; teſtamenti ſeries oſtẽdit. Sic em̃ habes: Agnus ſine macula mũdus cõſummatus anniculus maſculus erit uobis: ab ouibꝰ & hædis ſumetis: & erit uobis in obſeruatiõe uſq; in quartamdecimã menſis buiꝰ: & occidetis illum tota multitudo ſynagogæ filioꝝ iſrael ad ueſperũ: & ſument de ſanguine eiꝰ: & ponent ſup duos poſtes: & ſup limen oſtij domus: in quibus mãducabunt eũ inter ſemetipſos: manducabũt carnẽ hanc noctu: igni aſſam. Et infra: Et edetis illũ cum ſollicitudine paſchæ. Paſcha eſt em̃ dñi: & ptrãſibo in terrã ægyptiorũ in nocte illa: & pcutiã omne primitiuũ in ægypto ab hoie uſq; ad pecus: & in omni terra ægypti faciã uindictam: ego dominꝰ. Et erit uobis ſanguis in ſigno in domibus: in quibꝰ eritis: ibi & uidebo ſanguinẽ: & ꝓtegam uos: & nõ erit uobis in plaga exterminij. Et conterã terrã ægypti: & erit dies hic uobis memorabilis & ſolẽnis: & diẽ feſtũ agetis eũ dño in ꝓgenies ueſtras: legitimũ ſempiternũ: diẽ feſtum agetis illũ. Aduertimus & paſſionis diẽ deſcriptũ in ieiunio: quia ad ueſperum occidẽdus eſt agnus: licet ultimũ tẽpus ꝓ ueſpere poſſimus accipe ſm Iohãnẽ qui ait: Pueri nouiſſima hora eſt. Sed & iuxta myſteriũ ueſpere diei cõſtat occiſũ: quãdo tenebræ ſtatim factæ ſunt: & ieiuniũ deferendũ eo die uerũ eſt: quia ita edetis illũ cũ ſollicitudine. Ieiunãtibus em̃ ſollicitudo adhæret. Reſurrectionis autẽ die exultatio refectionis eſt atq; læticiæ: quo die uidet exiſſe ppl'us ex ægypto primitiuis ægyptiorũ necatis: qđ poſteriora euidẽtiꝰ docẽt: quibꝰ ait ſcriptura: Quia poſtq; fecerũt iudæi paſcha: ſicut præcepit Moyſes: factũ eſt circa mediã noctem: & dñs pcuſſit omnem primitiuũ in terra ægypti a primitiuo Pharaonis. Et uocauit Pharao Moyſen & Aaron nocte: & dixit illis: Surgite & exite de populo meo: & uos & filij iſrael ite & ſeruite dño deo ueſtro. Et urgebant ægyptij populũ feſtinantes q̃ celerrime expellere. Deniq; ſic ꝓfecti ſunt iſraelitæ: ut nõ occurreret ſibi açymã fermẽtare. Eiecerunt em̃ eos ægyptij: & nõ potuerunt ſuſtinere: apparatum ſibi fecerant in uia. Reſeratũ eſt igitur diẽ reſurrectionis obſeruandũ poſt dies paſſionis. Qui

1. Cor. 5.
Exo. 12.
Ibidem.
1. Joh. 2.
Exo. 12.

dies resurrectionis nō quartadecima luna debet esse sed postea: ut uetus loquit̃ testamentū: quia dies resurrectionis is: cū egrediens populus de ægypto in mari & in nube baptiçatus: ut Apostolus dicit: mortē uicit: panē spiritualē accipiens: & potum de petra hauriens spiritualē. Nec passionē domini die dnica posse celebrari: etiā si quartadecima luna in dominicā inciderit: adiungendā hebdomadē alteram: sicut & septuagesimo sexto anno die imperij Diocletiani factū est. Nā tunc uigesimo octauo die Pharmutij mensis qui est septimo kalendas maij: dominicā paschæ celebrauimus: sine ulla dubitatione maiore. Simul etiā lunæ cursus & ratio suffragatur: qm̄ uigesima prima luna ꝓximū paschа celebrandū est. Nā usq; ad uigesimā primā lunā cōsueuit extendi. Ergo cū tot ueritatis indicia concurrant: iuxta maiorū exēpla festū publicæ salutis læti exultantesq; celebrem⁹: postes nostros ubi est ostium uerbi qđ sibi Apostolus optat aperiri: fide passionis dominicæ colorātes. De hoc ostio
P.3140. dicit etiam Dauid: Pone domine custodiā ori meo: & ostium circuit⁹ labijs meis: ut nihil aliud nisi sanguinem christi loquamur: quo mortem uicimus: quo redempti sumus. Flagret in nobis odor christi. Ipsum audiamus: in illum & mentis & corporis oculos dirigamus: opera eius mirantes: beneficia prædicātes: super limē ostij nostri sacræ redemptionis cōfessio resplendeat. Sumamus feruenti spiritu sacramentū in açymis sincæritatis & ueritatis: pia doctrina gloriam patris & filij & spiritus maiestatem indiuiduam cōcinentes.

Sancti Ambrosij ad sacram uirginē Demetriadem: magnis præconijs ueram humilitatem exaltantis: aduersantēq; illi superbiam digna uituperatione cōfundentis: Ac ꝑ hoc ipsam ad elationē cauendā & præsidio sincære humilitatis armādam persuadentis: Epla. LXXXIIII.

HAmbrosius episcopus sacræ uirgini Demetriadi. Cū splendidissimæ sanctimoniæ tuæ sublime ꝓpositum sup humilitatis fundamenta consistere pie & sapienter intelligis: in hoc usq; o sacra uirgo Demetrias dignationē tuæ dignitatis inclinas: ut ꝓuectiones tuas etiā meo stilo exigas adiuuari. Qđ ego ad tenuitatē facultatis meæ respiciens omnibus modis recusarē: neq; tam maturo & erudito animo cohortatiunculas meas adhibere præsumerē: nisi fiduciam efficiendi id qđ iubetur: a iubente cōciperē: & tuis meritis atq; orationib⁹ confiderē esse præstādum: ut oriatur in deserto aqua: & fiant in sicca terra flumina. Vnde collaborandū tibi mecū est: ut qui sapientiā præstat paruulis: & linguas mutorū facit dissertas: iubeat de cordis mei ariditate ꝓfluere: qđ sitis tua digne possit haurire. Quæ ergo materia stilo dabitur: & unde loquēdi tecū causa sumetur? Si laudes tuas scribere aggrediar: & maiorū seriem quæ ꝑ te multū illustratur: euoluā: onerosum me forte & impudentē uideri posse arbitror: qui uel humanæ tibi gloriæ tentationē adulando ingeram: uel tuis ac tuorū prædicationibus ingeniū meū par esse præsumā. Si uero de cōmendando uirginitatis bono differā: superflua erit eius nunc ꝓpositi insinuatio: qđ tu a primo ætatis tuæ flore sine humanis cohortationibus elegisti: & de quo inter ipsa principia multi qui tunc in ecclesia præminebant: merito nō siluerūt.

Valde em̄ mirabile erat: & inter præcipua diuinæ gratiæ exempla numerādum: ꝙ uirgo anicia sup omnes fastigiū trabēs beatæ nobilitatis euecta: de cuius fæcunditate auis atq; atauis responsura posteritas: & familiæ uotis expectabat̃ & patriæ: cōuerso repente animo desiderio cælestiū nuptiarū declinasti mortale coniugiū: Et ut omnē ꝓsapiam tuam etiā huius uirtutis titulo cōsecrares: primā stirpis tuæ ꝑpetuā & uirginē filio uirginis spopōdisti. Illam ergo ætatē tuam & illa principia rationabiliter doctissimi uiri suis adhortationibus incitarunt. Et licet plantationi suæ summ⁹ agricola ualida ad ꝓfectū tuū icremēta præberet: cooperatores tamē gratiæ dei opportune piā adhibuere culturā: ut germē tenerū fortitudinis robur acciperet: & dignos generositate sua fructus ꝓpositi tui arbor afferret. Nostris autem paginis quid erit loci: & post ornatissima scripta excellentiū magistrorū quid utilitatis in eo quē indicere dignata ex sermone reperies: nisi forte quia & illoꝝ in doctrinis & tuis stu-

dijs ad sublimiores gradus uirtutū cōsuetudo ꝓficit: cauendā te elationis admone-
am: & humilitatis tibi sincæritatē fida suggestione cōmendē: ut in omnibus actioni-
bus: in quibus tibi es bene cōscia: nunq̄ audeas esse secura. De hoc igit᷑ cōgruētissi
mo tibi & saluberrimo bono qđ dn̄s douauerit disseramus: ut inspectioni nostræ nō
tantū uisibilia ei⁹: sed etiā occulta referent᷑. Est em̄ multiplex uirtutis ist⁹ qualitas:
& licet in exterioríb⁹ quoq̄ pulcbra sit: in intimis tn̄ suis multo ē specioſior multoq̄ luculētior: ubi nibil obscurū: nibil turbidū: nibil est inqetū. Quia pax multa diligēti- Ps. 118.
bus legē dei: & nō est illis scandalū. Accessuri aūt ad beatæ humilitatis intuitū: om
nē illā abiectionē: quæ ignauos & incōstantes animos deprimit repellam⁹. Nec ge-
nerale nomē ita nos a iudicio discretionis excludat: ut oēs quoquo modo humiles
putem⁹ esse laudabiles. Imitat᷑ quidē plærūq̄ necessitas uoluntatē: & ab imagine
modestiæ parū differt forma segniciæ. Sed aliud ē qđ grauat: aliud qđ exercet: nec
in eūdē finē uenit labor indeclinabilis miseriæ: & expetitæ fortitudo patiētiæ. Vnū
est pauptatis uocabulū: sed nō una mēs pauper: Quia nō idē est gaudere bene ex-
pensis diuitijs: qđ aut gemere de nō acquisitis aut dolere de ꝑditis. Timoris etiam
quo deus metuit᷑: nulla est in appellatione distinctio. Sed aliud est timere qa pecca-
ueris: aliud timere ne pecces. Et ibi est formido de supplicio: bic sollicitudo de præ-
mio. Ob boc em̄ de illo seruili metu dicit᷑: quia ꝑfecta charitas foras mittit timorem. 1. Joh. 4.
De boc uero liberali: Timor dn̄i sanctus manēs in sæculū sæculi. Remota itaq̄ illa Ps. 18.
specie humilitatis quæ tota sine fructu est: uoluntarios tantū pendam⁹ affectus. Qui
etiā si in gradib⁹ meritorū inueniunt᷑ impares: nō sunt tn̄ ab ipsa uirtute discordes.

Prima ergo humilitatis ratio in cōmunis uitæ uersat᷑ officijs: quib⁹ & diuina clemē
tia cōciliat᷑: & societas humana cōnect᷑. Multū em̄ ad roborādū dilectionē ualet:
cū ꝑm doctrinā apostolicā inuicem se homines honore præueniūt: & alter alterū su
periorē existimātes: amāt seruire subiecti: & nesciūt tumere prælati: cū & pauper di
uitē nō sibi dubitat anteferre: & diues pauperē sibi gaudeat æquare: cū & sublimes
nō supbiunt de claritate ꝓsapiæ: & pauperes nō extollunt᷑ de cōmunione naturæ.

Cū deniq̄ nō plus tribuit᷑ magnis opibus q̄ bonis morib⁹: nec maior ducit᷑ phale-
rata iniquoq̄ potētia q̄ rectoq̄ inbonora iusticia. Ab boc æquo & modesto iure cō
cordiæ: in quo nullū est de gradu supiore certamē: nec fœlicitas aut inflat ꝓpria: aut
urit aliena: pulcbre & mirabiliter a plærisq̄ ꝓficit᷑ ad illā humilitatis fortitudinē: quæ
& se extra omnē cōstituit dignitatē: & mauult apta esse iniurijs accipiēdis q̄ idonea
repellendis. Vt impleat᷑ qđ ait dn̄s: Qui uult tecū iudicio cōtendere: & tunicā tuam Matth. 5.
tollere: dimitte ei & palliū. Et quicūq̄ te angariauerit mille passus: uade cū illo & alia
duo. Illud qđ Apl's docet dicens: Quare nō magis iniuriā accipitis? quare nō magis 1. Cor. 6.
fraudē patimini? Tales em̄ multū ad imitationē ipsius dn̄i nostri & saluatoris acce
dunt: qui cū diues esset: paup factus est: & cū malediceret᷑ nō maledicebat: & ꝑcuti- 2. Cor. 8.
enti se nō cōminabat᷑: & qm̄ dixerat: Diligite inimicos uestros: benefacite ijs qui uos 1. Petri. 2.
oderūt: ut hmōi beniuolentiā cōfirmaret exemplo: ipse ꝓ ijs a quibus crucifigebat᷑ Matth. 5.
orabat. Qui ergo fideliter & sciēter intelligūt quo opere saluati: & quo precio sint
redempti: nolūt de mundi hui⁹ sapiētibus: nolūt esse de fortib⁹: qm̄ sicut ait Apl'us:
Quæ stulta sunt mūdi: elegit deus: ut cōfundat sapiētes: & infirma mundi elegit de- 1. Cor. 1.
us: ut cōfundat fortia: & ignobilia mundi & cōtēptibilia elegit de⁹: & quæ non sunt:
ut ea quæ sunt destrueret: ut nō glorie᷑ omnis caro in cōspectu eius: id est: ut nemo
se placere deo ꝑ mundi sapientiā putet: quæ tota carnalis est: & a uera sapiētia cum
omni sua uanitate destruit᷑. Dn̄s em̄ nouit cogitatiōes sapientiū: qm̄ uanæ sunt. Cū Ps. 93.
itaq̄ discipuli ueritatis humanā gloriā fugiūt: & a tēporaliū amore descíscūt: ut quæ
dei sunt sapiant: nō quæ hominū: ꝓficiūt sensibus nō deficiūt: neq̄ uigorem cordis
amittūt: sed excellentissimæ intelligētiæ lumē accipiunt: uiuētes quidē in boc mun-
do: sed omnes mūdi strepitus relinquētes: ut redimant tempus quia dies mali sunt.

Quo autē precio quies huius tēporis aptius cōparatur: q̄ ut ipsi mundo omnes di
uitiæ: omnes dignitates & uniuersarū cupiditatū materiæ refundant᷑: & sancto bea-

toq̄ cõmertio emaꝛ̄ christiana libertas: fiantq̄ filij dei de pauptate diuites: de patiẽ-
tia fortes: de humilitate sublimes. Nõ eñ ut dilectores huius sæculi putant: parui
cordis aut signis est animi terrenas opes spernere: honores occiduos fastidire: nec
Ps.9. ibi gloriã quærere: ubi laudaꝛ̄ peccator in desideríjs animæ suæ: & qui iniqua gerit
benedicitꝛ̄. Vnde si uere intelligaꝛ̄: cõtemptus iste rerũ præsentiũ ad quæ tendat:
& qualia cõcupiscat: nihil hmõi mentibus rectius: nihil inueniꝛ̄ electius: quæ sacra-
tissimis desideríjs uniuersa transcendũt: neq̄ ad ullã creaturã q̄uis potentẽ atq̄ mi-
rabilẽ: sed ad ipsum omniũ uisibiliũ & inuisibiliũ ambiũt creatorẽ: cui appropinqua-
re clarescere est: quẽ timere gaudere est: cui seruire regnare est. Sed hæc uirtus
quæ tẽporalis copiæ & patiẽtiæ negligẽs: ad uitã æternã angusta & ardua mittitur:
nõ debet uolũtarios pauperes in cõsortiũ christianæ humilitatis admittere: eos aũt
a societate boni huí excludere: qui ampla prædia: magnifica patrimonia: & multas
in hoc sæculo possidẽt facultates: cũ in populo dei multi semp qui diuitíjs bene ute-
renꝛ̄ extiterint: nec ullo modo uel dici uel cogitari liceat q̄ Abraam & Isaac & Iacob
quorũ se esse deũ: dñs ꝓtestatus est: ideo uera humilitate caruerint: quia pauperes
nõ fuerũt. Aut q̄ uir sacratissimus Melchisedech: dñi & saluatoris nostri præferẽs
formã: nõ fuerit ꝓfecte humilis: quia & sacerdotio emínebat & regno. Vel q̄ beato
Iob.2. Iob de quo deꝰ ꝓnũciat dicens: Nũquid cõsideraſti seruũ meũ Iob q̄ nõ sit ei similis
in terra: homo simplex & rectus: & timẽs deũ: & recedẽs a malo: ideo uirtus ista de-
fuerit: quia erãt (sicut scriptũ est) in possessione eiꝰ septem milia ouiũ: & tria milia ca
melorũ: quingẽta quoq̄ iuga boum: & q̄ngentæ asinæ: ac familia multa nimis. Eratq̄
uir ille magnus inter omnes orientales. Quasi tunc istiꝰ gratiæ particeps factus est:
quãdo omnibꝰ facultatibꝰ perditis: uniuersa quoq̄ familia filijsq̄ priuatus: & ꝓcussus
uulnere pessimo a planta pedis usq̄ ad uerticẽ capitis: testa saniẽ radebat: sedens in
stercore: ad imaginẽ elationis postmodũ reuocatus est: quãdo corporis incolumita
te renouata: septem rursus filiorũ triũq̄ filiarũ factꝰ est pater: & duple in uniuersam
substantiã est ditatus augmento. Absit autẽ ab animis fideliũ tam irreligiosa ꝓsua-
sio: ut cuiq̄ sanctorũ: quibus deus & diuitias est largitus & honores: ad capiendũ ue-
ræ humilitatis meritũ credatur: uel opulẽtia offuisse uel dignitas: cũ eis ad huius uir-
tutis ꝓfectum utraq̄ ꝓfuerint. Quis eñ tota uita hominis tentatio sit sup terrã:
& tam abundãtia q̄ inopia materia soleant esse peccati: cũ uel diues extollitur ad su-
perbiam: uel pauper ꝓsilit ad querelam: extiterunt tamẽ in omni tempore: & in no
stra quoq̄ ætate nõ desunt: sicut & boni pauperes: ita & boni diuites. Nec frustra
1. Timoth.6. beatus apostolus Paulus Timothæũ admonet dicens: Diuitibus huiꝰ sæculi præci-
pe: nõ superbe sapere: neq̄ sperare in incerto diuitiarꝝ: sed in deo qui præstat nobis
omnia abunde ad fruendũ: bene agere: diuites fieri in operibus bonis: facile tribue-
re: cõmunicare: thesauriçare sibi fundamentũ bonum in futurum: ut apprehẽdant
ueram uitã. Quod utiq̄ fieri in uniuersa ecclesia quæ ꝓ totum mundũ est diffusa: nõ
dubiũ est: & pauperes christi nõ eorũ tantũ facultatibꝰ sustineri. Qui ut expeditio-
res dominũ sequerenꝛ̄: simul se omnibꝰ suis opibus exuerunt. Sed eidẽ operi etiã il
lorũ substantias deseruire: qui possessionibꝰ suis nõ aliter q̄ rebus pauperũ præsint:
ut ecclesiasticæ utilitati sub quadã ꝓcuratione famulenꝛ̄: elaborãtes singuli ꝓ suaꝝ
uiriũ portione: ut ad uictum atq̄ uestitũ familiæ dei necessaria cõferanꝛ̄: & simul ꝓ-
1. Timoth.5. spiciẽtes ut in domibꝰ ipsoꝝ sub iusto sanctoq̄ moderamine oẽs & benignitas foue-
at: & disciplina cõtineat: Dicente Apostolo: Si quis autẽ suorũ & maxime domesti-
corũ curam nõ habet: fidẽ negauit: & est infideli deterior. Cũ itaq̄ ecclesia dei quæ
est corpus christi: ita sit multimoda uarietate contexta: ut in unũ decorẽ etiam quæ
nõ sunt paria: cõcurrant: & de omni genere hominũ & de omni gradu officiorũ: de
omni mensura operũ: de omni qualitate uirtutũ fiat totius ædificationis inseparabi-
lis cõnexio: & indifferens pulchritudo: nec desit soliditati qđ nõ defuerit portioni:
tantaq̄ ibi sit pax: tãtaq̄ cõcordia: ut nõ possit esse nisi omniũ qđ est etiam singuloꝝ:
indubitãter apparet copulatricẽ quandã esse uirtutẽ: qua sibi cõfœderaꝛ̄ & cõcinnit

multiplex ſanctoꝝ unitas: & ſpecioſa diuerſitas. Hæc aũt uirtus uera humilitas eſt quæ inter quoſlibet meritorũ gradus nunq̃ ſui põt eſſe diſſimilis. Nã & in officioꝝ uiciſſitudine & in manſuetudinis lenitate: & in uolũtariæ paupertatis electione: inuenit̃ multa diſtãtia: & alter altero in ꝓpoſiti ſui deuotione aut maior aut minor eſt.

In uera aũt humilitate nihil diuiſum nihilq; nõ ſolidũ eſt: & ideo omnes participes ſuos unũ facit: quia inæq̃litatẽ ipſa nõ recipit. Huius igit̃ boni ꝓprietas in cõfeſſione eſt gratiæ dei: quæ tota repellit̃: niſi tota ſuſcipit̃. Sicut em̃ alienus eſt a numero fideliũ & a ſorte ſanctorũ qui in aliquo a catholica ueritate diſſentit: ita extra gratiã efficit̃ qui aliquid de eiꝰ plenitudine diffitet̃. Quaſi homo auxilio dei in quadã actionum ſuarũ parte egeat: in quadã aũt parte nõ egeat: ſitq; ullum tẽpus ullũue momẽtum quo pnitioſum illi eſſe nõ poſſit: ſi ab eo ſpũſſanctꝰ defuerit. Qui utiq; ſm ueræ deitatis eſſentiã: ubiq; totus eſt: & oĩa cõprehendit: ſed ab illis modo quodã intelligit̃ recedere: quos deſtiterit gubernare. Ceſſatio quippe auxilij eiꝰ ꝓ abſentia accipit̃: quã ſibi inſaniſſime utilẽ putat qui i ijs quæ recte geſſerit: ſe magis q̃ deũ gaudet operatũ. Plene ergo & ueraciter cõfitẽda ẽ gratia dei: de cuiꝰ hoc primũ munere eſt: ut auxiliũ ipſius ſentiat̃. Propter qđ dicit Apl̃us: Nos aũt nõ ſpiritũ mundi accepimus: ſed ſpiritũ qui ex deo eſt: ut ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis. Vnde ſi quis eſt qui aliqua ſe habere exiſtimat bona: quorũ nõ deus largitor ſit: ſed ipſe ſibi auctor exiſtat: manifeſtũ eſt hunc nõ dei ſpiritũ habere ſed mundi: & de illa ſæcularis ſapiẽtiæ tumere doctrina: de qua dicit dñs: Perdã ſapientiã ſapientiũ: & prudentiam prudentiã reprobabo. Vbi ſapiẽs? ubi ſcriba? ubi cõquiſitor huiꝰ ſæculi? nõne ſtultã fecit deus ſapientiã huiꝰ mundi? ſm quã (ſicut ait Apl̃us) quidã cũ cognouiſſent deũ: nõ ſicut deũ glorificauerunt: aut gratias egerũt: ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis: & obſcuratũ eſt cor inſipiens eorũ: dicentes em̃ ſe eſſe ſapiẽtes: ſtulti facti ſunt. Vides ne qualis ſupbis retributio debeat̃: & quali mercede repleant̃: q ſi quo modo ad cognitionẽ ueritatis acceſſerint: ſuæ hoc ſapiẽtiæ tribuũt: & de naturali ingenio gloriant̃: tanq̃ deũ nõ dei munere ſed ꝓprij itellectꝰ facultate cognouerint? Omnia quidẽ elemẽta mũdi & uniuerſæ creaturarũ naturæ: hoc ipſa ſui exigunt ſpecie: ut inuiſibilia dei ꝑ ea quæ facta ſunt: intellecta cõſpiciantur: & in pulchritudine cæli & terræ quædã ſunt paginæ ad omniũ oculos ſemp patentes: & auctorẽ ſuũ nunq̃ tacẽtes: quarũ ꝓteſtatio doctrinã imitatur magiſtroꝝ: & eloquia ſcripturarum. Sed quid illud eſt quo corporeoꝝ ſenſuũ exteriora pulſant̃ in agro cordis cui impendit̃ iſta cultura: nec radicẽ poteſt figere: nec germẽ emittere niſi ille ſummus & uerus agricola potentiã ſui operis adhibuerit: & ad uitalem ꝓfectum ea quæ ſunt plantata: ꝓduxerit? Siue em̃ cõtemplatio creaturaꝝ: ſiue ſacrorũ ſeries uoluminũ: ſiue ſciẽtia diſſerentiũ: ſincæro & aſſiduo teſtimonio prædicet ueritatẽ: neq; qui plantat eſt aliquid neq; qui rigat: ſed qui incrementũ dat deꝰ. Inter omnes igit̃ lapſus hominũ: inter omnia cõmiſſa peccantiũ: nulla eſt grauior q̃ ſuperboꝝ ruina: maxime cũ ipſa elatio in dei tendit iniuriã. Nam aliter inflant̃ qui cupiditate extollentiæ ſingularis oĩbus appetũt anteferri: aliter uero intumeſcũt qui dei auxiliũ refutãtes quæ fieri ſine ipſiꝰ opere nõ poſſunt: ex ſua pfici uirtute cõtendũt: & ſpem ſuã a dño auferunt: atq; ad ſe tranſferũt: ut adimplead̃ in eis qđ ſcriptũ eſt: Maledictus homo qui ſpem habet in homine: & firmat carnẽ brachij ſui: & a dño diſcedit cor eius.

1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

Ro. 1.

Ro. 1.

1. Cor. 3.

Hiere. 17.

Hæc ſupbia a diabolo ſumpſit exordiũ: qui qm̃ a ſua quã a creatore acceperat: potẽtia & dignitate ſibi placuit: ſeq; auctoris ſui gloriæ cõparauit: cũ ijs angelis quos in cõſenſu impietatis ſuæ traxerat: a cæleſti ſublimitate deiectꝰ eſt. Et ideo primis hominibus nocere potuit: quia illis male credulis ꝑ mendacia uenenata pſuaſit: ut meliores ſe futuros putarẽt: ſi in libertate ſui arbitrij ꝓſilirent: q̃ ſi in legis datæ cuſtodia pmanerent. Siue itaq; in lapſu diaboli: ſiue in præuaricatiõe hominis: initiũ peccati ſupbia eſt: quæ cõgruẽter & auaricia nominat̃: quia utraq; appellatio eũ ſignificat appetitũ: qui & ſuã menſurã cõcupiſcat excedere: & nõ dignet̃ diues eſſe niſi ꝓprijs tanq̃ habeat hoc ſimile deo: ut bonorũ ſuorũ ipſe ſibi fons: ipſe ſibi ſit copia. Hæc

autē elatio de ꝓuerſo uſu donorū dei naſciť. Nam ſi cōditor naturaꝝ nulla pulchra: nulla ſublimia naturis rationabilibus cōtuliſſet: unde ſe extollerēt nō baberēt. Nemo eī̄ de iſs quæ nō accepit ſuperbit: nec inflari quiſq̄ de eo pōt qđ a participatiōe eius alienū eſt. Nunq̄ gloriať de ſobrietate temulētia: neq; de beniuolētia inuidus: aut de lenitate ſæuus: uel de caſtitate extollitur impudic⁹. Ipſa ſe a uirtutib⁹ uitia ſecernūt: & cū in peccatis agitur: nō inſita ꝓ naturā: ſed ex mala uoluntate concepta: & ꝓpria diliguntť: quia ſicut ſcriptū eſt: Mendax de ꝓprio loquitur. Cū autē in bo-
Jacobi.1. nis & rectis actib⁹ laudabilis uita ducitť: dei eſt qđ geritť: dei eſt qđ amatur. Omne eī̄ datum optimū: & omne donum perfectū de ſurſum eſt: deſcēdēs a patre luminum.

Vnde quia inter uitia aut nulla eſt: aut rara iactantia: & facile ſpernitur qui de opprobrio gloriatur. Malū ſuperbiæ maxime uirtutib⁹ eſt cauendū: quia nullis opportunius inſidiaťq̄ quibus laus iuſta debeť. Cū ergo ꝓ ineffabilē miſericordiā dei captiuis libertas: ꝓditis ſalus: mortuis uita reparatur: cū in ſacramento crucis & reſurrectionis chriſti ad nouitatē redit uetuſtas: & ad innocentiā regenerať impietas: antiquus boſtis malignus fremit & acrius inardeſcit: & cū innumeris nocēdi artibus humanum genus nitatur euertere: ſerens diſcordias: incitans iras: acuens cupiditates: ſuadens turpia: falſa cōmentās: & errorum laqueos per opinionū cōmenta multiplicās: plus uritur de uirtute ſtantiū q̄ lætetur de fragilitate labētiū. Multi eī̄ ſeruiētes deo: & in lege eius die ac nocte meditātes: crucifixerūt carnem ſuā cum deſideriis & cōcupiſcentiis: omniūq; illecebrarū incentiua domuerūt: nō damnis uicti: nō perſecutionib⁹ fracti: nō ꝓſperitatibus deprauati: mundū iſtum nec dilexere obſequentē: nec timuere terrētem. Tantam itaq; firmitatē: & tam ſublime ꝓpoſitum qua impugnatione diabolus poſſet adoriri: niſi ut quibus nō potuerat ꝓſuadere uitiorum amorē: immitteret laudis cupiditatem? Et ide nouiſſima inſtrueret tentatio: unde nocuit prima deceptio. Nō itaq; deſidioſis & tepidis: neq; inertibus & incultis: ſed magis quibuſdā animis ſedulis & bonorū actuum ꝓbitate luculentis: p gloriā irrepſit humanā: & quos impulſione nō mouit: elatiōe deiecit. Quāto eī̄ clariores erant meritis: tanto eos aptiores ſuis inuenit inſidiis. In paradiſo nāq; eccleſiæ conſtitutos & uirtutū delitiis abundantes ad cōfidentiā liberi incitauit arbitrij: ut ꝓfectus ſuos in ſe cōſtituerent: & ad arborē ꝓpriæ uoluntatis manū præſumptionis extenderēt. Reſtiterūt quidē huic impietati recta innumerabilia corda ſanctorū: & nō ſolū docti quiq; pontifices: uerūetiā uniuerſales eccleſiæ plæbes apoſtolicæ ſedis exemplo inſaniā noui dogmatis borruerūt: ſed inuenerūt quoſdam uiperina cōſilia quibus doctrinæ ſuæ uirus infunderent: & quoꝝ linguā p dolos falſæ rationis armarent. Hinc illa erat naturæ humanæ fraudulēta laudatio: & illæſæ p omnes homines originalis defenſio dignitatis. Hinc Adæ peccatū exemplo poſteris aſſerebať nocuiſſe nō tranſitu: & q̄ illi poſſibile fuerat nō uiolare mandatum: tam liberum eſſe unicuiq; declinare delictū. Hinc euacuatio baptiſmatis paruuloꝝ: qui ſola adoptione donari: nullo autē reatu dicerētur abſolui. Hinc poſtremo diuinæ gratiæ ſimulata & inſincæra cōfeſſio: quæ ſm merita dareť: nō ex qua merita naſcerentur: quā partē ſuperbæ prædicatiōis quidā ſibi cū cætera abnuerēt ſeruauerūt. Sed hoc eos aut nimis imperite aut ualde nequiter feciſſe nō dubium eſt: ut omniū hominū generalem ruinam meritoꝝ priuilegio ſubleuarēt: & cū inter noſtros originalis peccati uulnera fateretť: inter ſuos tamē hoc tenere oſtēderēt: qđ primoꝝ hominū prærauicatio ſolis imitatoribuſ offuiſſet. Naturalē autē facultatem nihil ſui in alieno amiſiſſe peccato: cui poſſibile eſſet & liberū ꝓ uoluntariā deuotionē ꝓmereri gratiæ largitatē. Verum iſtā damnati dogmatis portionē catholicæ mētes facile intelligūt:
Matth.9. & merito deteſtantť. Dicente eī̄ dño Ieſu: Nō eſt opus ſanis medicus: ſed male habentibus. Nō eī̄ ueni uocare iuſtos ſed peccatores: conuincunť iſti in ſuꝑbia etiam ſine uoce clamare: ſani ſumus: opus medico nō habem⁹. Quæ nobis expectāda ſunt præſidia de ope gratiæ: quib⁹ ſuppetūt uires de incolumitate naturæ? Nō aūt fruJoh.1. ſtra Iohānes ꝓteſtať & dicit: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccatū mūdi. Nec fru-

ſtra ſcriptū eſt: Nemo mūdus a ſorde: nec infans: cuiꝰ unius diei uita eſt ſup terrā. Et Iob. 15.
quis poterit facere mundū de immūdo cōceptū ſemine: nōne tu qui ſolus esꝛ Pro- Iob. 14.
pter qđ ſicut nunc in eccleſia manet cōſtitutio ſaluatoris dicētis: Niſi quis renatꝰ fue Iob. 3.
rit ex aqua & ſpirituſancto: nō intrabit in regnū cælorū: Ita ſacratiſſime erat in lege
præcautū: ut natꝰ puer: niſi die circūcideretꝛ octauo: exterminaretꝛ anima eiꝰ de po-
pulo ſuo: nullū in bæreditate iſrael habitura cōſortiū. Quæ omnia & multo plura
documēta nō tanta cura ſacris paginis ſpirituſanctꝰ inſeruiſſet: ſi talis eſſet natura in
filijs Adā qualis in ipſo eſt principaliter inſtituta. Sed qa filius dei uenit ut ſolueret
opera diaboli: & ut quæreret ac ſaluaret qđ perierat: manifeſtū eſt omnes in Adam
dānationi obnoxios eſſe naſcēdo: niſi ī chriſto liberati fuerint renaſcēdo. Vnde ui-
gilāter nobis cōſiderandū eſt: in ipſo regeneratiōis munere quid geratꝛ. Quis em̄
ad unū cōcurrant oēs eiuſdē myſterij portiones: aliud tn̄ eſt qđ uiſibiliter agitꝛ: aliud
qđ inuiſibiliter celebratꝛ. Nec idē eſt in ſacramēto forma qđ uirtus: cū forma cū hu
mani miniſterij adhibeatꝛ obſequio: uirtus autē p diuini operis præſtetꝛ effectū. Ad
cuius utiq; potentiā referendū eſt: q dum homo exterior abluitur: mutatꝛ interior:
& fit noua creatura de ueteri: uaſa iræ in uaſa miſericordiæ tranſferuntꝛ: & in corpus
chriſti conuertitꝛ caro peccati. De impijs iuſti: de captiuis liberi: de filijs hominū fi-
unt filij dei. Qui nō ex ſanguinibus: neq; ex uolūtate uiri: neq; ex uoluntate carnis: Iob. 1.
ſed ex deo nati ſunt. Qđ quia indubitāter accipimus: ueriſſimū eſt qđ Apl's docet
dicens: Quicūq; em̄ ſpiritu dei aguntur: ij filij ſunt dei. Vnde uideant cuiꝰ ſe habe- Ro. 8.
ri filios uelint: qui definierint: omnes homines uolūtate ꝓpria regi: Cū idem Apl'us
ꝓteſtetur & dicat: Qui ſpiritū chriſti nō habet: hic nō eſt eius. Refutata igitur ſu- Ibidem.
perboꝝ impia uanitate quibus in peccatū etiā illa quæ in eis uidentꝛ laudāda: uertū-
tur. Nos illā humilitatē cui uirtus & gloria dei eſt eligamꝰ: ſciētes ꝓphetā Dauid ce-
ciniſſe de ſanctis: Domine in lumine uultus tui ambulabūt: & in nomine tuo exulta- Ps. 88.
bunt tota die: & in tua iuſticia exaltabuntꝛ: quoniā gloria uirtutis eoꝝ tu es. Qui &
alibi piiſſime cōfitetur dominū in ſanctis ſuis eſſe laudandū dicens: Mirabilis deꝰ in Ps. 67.
ſanctis ſuis: deus iſrael ipſe dabit uirtutē & fortitudinē plæbi ſuæ. Huic etiā Hiere-
mias cōcordat: & dicit: Hæc dicit dn̄s: Nō glorietꝛ ſapiens in ſapiētia ſua: & nō glori- Hiere. 9.
etur fortis in fortitudine ſua: & nō glorietꝛ diues in diuitijs ſuis. Sed in hoc glorietur
qui gloriatꝛ: intelligere & ſcire quia ego ſum dn̄s. Ipſe uero intellectus & ſciētia un-
de habeantꝛ: pandunt ꝓuerbia Salomonis & dicūt: Qm̄ dn̄s dat ſapientiā: & a facie Prouer. 2.
eius ſcientia & intellectꝰ. Vnde in Eccleſiaſte libro ipſius legimꝰ: Q; & corda & ope
ra iuſtorum in manu dei ſint: & tantū in ſtudijs ſuis ꝓficiant: quantū eos ille ꝓuexe-
rit. Quātūcūq; inquit laborauerit homo ut quærat: nō inueniet. Et quodcūq; dilexe
rit ſapiēs ut ſciat nō poteſt inuenire: quia uniuerſum hoc uidit cor meū: quia iuſti &
ſapientes & operationes eoꝝ in manu dei. Tale eſt quod Apoſtolus prædicat di-
ces: omne uerbū bonū: & omne opus ſanctū donum eſt ſpirituſancti: ſine quo nihil
recte agatꝛ. Ideo inquit notū uobis facio q nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathe- 1. Cor. 12.
ma Ieſu. Et nemo poteſt dicere dn̄s Ieſus: niſi in ſpirituſancto. Diuiſiones uero ſunt
gratiarū: idem autē ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationū ſunt: idem aūt dn̄s: & diuiſi-
ones operationū ſunt: idem uero deus qui operatꝛ omnia in omnibus. Vnicuiq; aūt
datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Alij quidē p ſpiritum datꝛ ſermo ſapientiæ:
alij autē ſermo ſcientiæ ſm eundem ſpiritū: alteri fides in eodē ſpiritu: alteri opera-
tio uirtutū: alij ꝓphetia: alij diſcretio ſpirituū: alij genera linguarum: alij interpreta-
tio ſermonū: hæc autē omnia operatur unus atq; idē ſpiritus diuidens ſingulis ꝓut
uult. Sunt & alia innumerabilia teſtimonia quæ ex paginis & noui & ueteris teſta
menti quadā cōclamatione cōfirment hanc eſſe ueræ humilitatis excellētiſſimā di-
gnitatē: ut omnia quæ hominē faciunt chriſtianū: ad diuinæ gratiæ donū referātur.

Sed tantā multitudinē ſententiarū in unum cōgerere: immodicū fuit: præſertim
cū mihi ſermo eſſet ad ſanctimoniā tuam: cui ex formula eoꝝ quæ cōmemorauimꝰ:
omnia ſe aut recordanti offerent: aut legenti: licet quædam etiam breuiſſima tantæ

sint plenitudinis tantæq; uirtutis ut nullo aduersantis ingenio possint in sensum aliū detorqueri. Nam quæ cōtradictio admitti potest: in eo q̄ ipsa ueritas discipulis su
Joh.15. is p̄ euangeliū Iohannis dixisse narratur? Sicut palmes inquit nō potest facere fructū nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis: uos palmites. Qui manet in me: & ego ī eo: hic fert fructū: quia sine me nihil potestis facere. Nōne cōuincitur palmes elatus q̄ omni fertilitate uacuatur: si uitis ubertate nō alitur?

Quis em̄ sine auxilio gratiæ fructū potest afferre iusticiæ? Aut quis audet dicere se a christo nō diuidi: qui christū in se diffitet operari? An forte uerendū est ne liberū tollere uideamur arbitriū: cū omnia p̄ quæ ꝓpitiatur de⁹: ad ipsum dicimus esse referēda? Qđ nequaq̄ esse consequens ueritatis ostendit. Operante em̄ spiritu dei iuuatur arbitriū nō aufertur: & hoc agit gratia: ut uoluntas peccato corrupta: uanitatibus ebria: seductionibus circūsepta: difficultatib⁹ impedita: nō remaneat in lāguoribus suis: sed p̄ opem miserētis medici curata reualescat: & gaudeat se nō interrogantē edoctā: & nō quærentē esse quæsitā. Quia implet quotidie qđ Esaias ꝓphe
Esa.52. ta prædixit. Quib⁹ nō est annunciatū de eo uidebunt: & qui nō audierūt intelligēt.
1.Joh.5. Quō autē hoc fiat: Iohannes apostolus docet dicēs: Scim⁹ quia ex deo sum⁹: & mūdus totus in maligno posit⁹ est. Et scimus qm̄ filius dei uenit & dedit nobis sensum: ut cognoscamus uerum deū: & simus in uero filio eius. Qđ utiq; nunc eadē poten
Matth.28. tia dn̄s indesinenter operat qui ait: Ecce ego uobiscum sum omnib⁹ diebus usq; ad cōsummationē sæculi. Vt ergo misericordiā dei quæramus: de misericordia est: q
Exo.33. Ro.9. ait: Miserebor cui misertus ero: & misericordiā præstabo cui misericordiā præstitero. Vnde mire p̄ Hieremiā idem domin⁹ manifestat q̄ dei gratiā nemo præueniat merito suo: Sed ꝓpter dilectionē qua de⁹ diligit: etiā auersos ad misericordiā tra-
Hiere.31. hi. Dilectione inquit æterna dilexi te: ꝓpterea traxi te ad miserationē: qa ædificabo
1.Joh.4. te: & ædificaberis uirgo israel. Cui sentētiæ Iohānes quoq; apl's cōgruit dicēs: Nō quasi nos dilexerimus deū: sed qm̄ ipse dilexit nos. Et infra. Nos ergo diligam⁹: qm̄ deus prior dilexit nos. Paulus quoq; apl'us in eadē est sentētia dicēs in epistola ad
2.Timoth.1. Timothæū secūda: Collabora euāgelio ꝼm uirtutē dei qui nos liberauit: & uocauit uocatione sancta: nō ꝼm opera nostra sed ꝼm ꝓpositū suū & gratiā quæ data est nobit ante tēpora æterna. Ad Titū etiā scribēs docet: nullo bono bois merito dei gra
Titum.2. tiā præueniri. Eramus inquit & nos insipiētes aliquādo: increduli: errātes: seruientes desideriis & uoluptatib⁹ uariis in malicia & inuidia agētes: odibiles: odiētes inuicē: Cū aūt benignitas & humanitas apparuit saluatoris nr̄i: nō ex operib⁹ iusticiæ quæ fecimus nos: sed ꝼm suā misericordiā: saluos nos fecit: p̄ lauacrū regenerationis spiritussancti: quē effudit abūde in nos p̄ Iesum christū saluatorē nostrū: ut iustificati gratia ipsius: hæredes simus ꝼm spem uitæ æternæ. Omnis igitur illuminatarū mentium pius motus alienari quidē nō potest a ꝓpria hominis uoluntate. Si quidē nihil recte faciet nisi qđ uolens egerit: sed ut ad id quod æquū & utile est: animi tendat intentio: de illius æternæ & incōmutabilis uolūtatis inspiratione cōcipitur. Et sicut arte medici fit in oculis caligātibus: ut possint uidere qđ nō uident: nec tn̄ nō ipsorū est uisio quā medicina cōtulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus: p̄ spiritūsanctum acies obducta tergit: & de uero lumine tenebrosæ iam & deficiētes lucernæ lumen
Luc.12. accipiunt: nec tn̄ nisi ipsarum erit quicquid fulgoris acceperint. Vnde dicit dn̄s: Ignē ueni mittere in terrā: & qd uolo nisi ut ardeat? Et idē iubet: lucernæ nostræ sint sp̄ ardentes: ut scilicet supno igne accensus anim⁹ nō tepescat: sed studeat sp̄ ardere: ac si uigorē eius aliqua turbarit aduersitas: unde cœpit inflāmari: inde poscat igniri.

Proinde qa manifestissime: & ꝓphetica: & euangelica: & apl'ica doctrina: nec superbos nos uult eē nec desides coopatores: nos esse oportet gratiæ dei: ut illā excitātē iuuantē: locupletantē: & quotidie ꝓuebentē: uigilāter & sobrie subsequamur: nunq̄ cessantes ab actione gratiarū: quia inter secūda uitæ ist⁹ & aduersa: quib⁹ gemina sp̄ tētatione pulsamur: si ꝓficimus inde alimur: si stam⁹ inde subsistim⁹: si recidimus in-
Ps̄.36. de reparamur. Dicit em̄ spiritus per ꝓphetam Dauid: A domino gressus hominis

dirigent: & uiam eiꝰ uolet. Cū ceciderit nō collidet: quia dñs supponit manū suam.

Nō itaq; frustra præcipitur: ut boni simus: cū dicitur: Declina a malo & fac bonū. Sed nec frustra p Hieremiā dicit dominꝰ: Timorē meū dabo in cor eorum: & uisitabo eos: ut bonos eos faciā. Nec superflua erat præceptio Pauli apostoli ad romanos dicētis: Noli uinci a malo: sed uince in bono malū. Cū corinthijs dicat: Oramus autē ad deū: ut nihil mali faciatis. In omnibꝰ em̄ monitis dei atq; mandatis una eadēq; ratio est: & diuinæ gratiæ & humanæ obediētiæ. Nec ob aliud unq̄ dat præceptū: nisi ut quærat præcipientis auxiliū. Voces em̄ docentiū & litteræ paginarū quæ ad eruditionē audientiū uel legentiū deo seruiūt: nō carent eius uirtute cui seruiunt: & qñ id qđ iubetur: ab obediente pficitur: tunc effectus diuini operis declaratur. Vigilant autē tētatoris insidiæ: ut ubi ꝓficit deuotio: subrepat elatio: & ut homo de bono opere in se potius q̄ in dño glorietur. Sed sollicitudo nos Apostoli contra hoc periculū monet dicens: Cū timore & tremore uestrā salutē operamini. Deꝰ est em̄ qui operat in uobis & uelle & operari ꝓ bona uolūtate. Quāto ergo excellentius in mādatis dei quiq; ꝓficiunt: tanto maiores habent causas formidinis & tremoris: ne de ipsis ꝓbitatis augmentis mens sibi bene conscia: & laudis auida: in supbiæ rapiat excessus: & fiat immūda uanitate: dum sibi uidet clara uirtute. Sed contra hoc periculū quid beatus Petrus in prima epistola prædicet audiamꝰ. Si quis inquit loquit: tanq̄ sermones dei: si quis ministrat tanq̄ ex uirtute quā administrat deus: ut in omnibꝰ honorificet deus p Iesum christū: cui est gloria & imperiū in sæcula.

Ite idem in epistola secūda: Gratia inquit uobis adimpleat in recognitione dñi nostri Iesu christi: qui nunc oia nobis diuina uirtute sua quæ ad uitā & pietatē ptinent: donauit p agnitionē suā: qui uocauit nos ꝓpria gloriæ uirtute: p quā maxima nobis & preciosa ꝓmissa donauit: ut p hæc efficiamini diuinæ cōsortes naturæ: fugientes eius quæ in mūdo est: cōcupiscentiæ corruptionē. Si ergo omnia quæ ad uitā & pietatē ptinent: deus nobis diuina sua uirtute donauit: nihil magis fugiēdū est q̄ appetitus huiꝰ cōcupiscētiæ: quæ uirtutē negat diuini operis: amore ꝓpriæ dignitatis. Et cū aliæ cupiditates ea tm̄ bona quibꝰ aduersant iminuant: hæc dū oia ad se trahit: simul uniuersa corrūpit. Cū itaq; totius supbiæ generale nomē odiosum sit: siue illa de honore suo seu de nobilitate: uel de imodicis opibus intumescat: hæc pars ipsius oībus tētationibus nocētior inuenit: quæ uidet ijs quas ꝑditas cupit: amica esse uirtutibus. Sed qa sublimiora quæq; grauiꝰ corruūt: gaudet princeps supbiæ eos quos potuerit sua impulsione ꝓsternere: ad celsiora creuisse. Huic aūt malo firmissimū bonū humilitatis occurrit. Quā ideo diximus uerā: quia omniū uirtutū inexpugnabilis fortitudo: & quædā suoꝝ est uita membroꝝ. Discernimus em̄ illā ab ijs officijs quæ potest etiā cū mundi sapientibus habere cōmunia: & in eo ꝓprietatē ipsius definimus: q̄ p omnia deo subditur. Nec potest quicq̄ de meritis suis perdere: quorū causas atq; ꝓuectus nō in se sed in suo auctore cōstituit. Dignū quippe est ut imago dei deo splendeat: & inde pulchra: inde sit compta dicens: Signatū est sup nos lumen uultus tui dñe. Alioquin adultera est: & a diuino aliena cōiugio: si alteriꝰ cuiusq̄ decorē in speculo sui cordis ostentat: aut ullis alijs monilibꝰ acquiescit ornari: nisi illis quæ de thesauris sponsi p sanctiſpiritꝰ pignus accepit. Si aūt quælibet anima christiana huiꝰ debet cōtinentiæ soliditate muniri: quia oēs nuptiale sacramentū in quocūq; uocatiōis suæ ordine susceperūt: quātomagis pſonæ tuæ dignitas præsidio huius uirtutis armāda est: cui de opulētissimis gratiæ dei donis tā multiplex se ingerit materia gloriādi. Quis em̄ cōis tibi sit cū multaꝝ uirginum puritate uirginitas: nō tn̄ facile reperiet: quæ possit tibi magnificētia domus & splēdore antiquissimæ familiæ cōparari. De quibus ut nō supbias: nec tibi hoc ipsum qđ eis christū ꝓposueris ascribas: ipsa est uera būilitas: uera charitas: uera uirginitas. Ab omni qppe cōtaminatiōe mens libera ē: quæ siue ī se siue in ꝓximo nihil diligit: nisi qđ ex deo eē nouit.

Nā amare aliquid qđ nō ex ope & spiritu dei sit: nō est casta dilectio: & sufficit tētatori sublimes & claras aīas hac illusiōe uiolasse: ut quas ad illicita nō impulit: placēdi

Pſ. 36. Hiere. 32. Ro. 12. 2. Cor. 13. Phil. 2. 1. Petri. 4. 2. Petri. 1. Pſ. 4.

sibi ad elationē deiecerit. De hac charitate sine dubio Apl'us loquebat' & istius p-
1.Cor.13. prietatē subtilissimis discretionib⁹ eliquabat dicēs: Si linguis hominū loquar & ange
lorū: charitatē autē nō habeam: factus sum uelut æs sonans aut cymbalū tinniens. Et
si habuero ꝓphetiā: & nouerim mysteria omnia: & omnē scientiā: & habuero oēm
fidem ita ut montes transferā: charitatē autē nō habeā: nihil sum. Et si distribuero in
cibos pauperū omnes facultates meas: & si tradidero corpus meū ut ardeā: charita-
tē autē nō habuero: nihil mihi ꝓdest. In quaꝝ definitionū formula multo laborare-
mus obscurio: nisi sequentia demōstrarent: quæ esset species istius charitatis: cui so-
li tot operū labores: tot uirtutū merita nō perirent. Esto em̄ ut multiplex loquendi
peritia quæ nō solū ad omnē humanæ facūdiæ artē: sed etiā ad angelici eloquij pue-
nerit facultatē: si charitate careat: inutili æris sono & tinnitui sit cōparabilis cymba-
lorū. Esto ut habens ꝓphetiā: scientiā: habens fidē dæmonib⁹ imperantē nihil sit:
qui a charitate sit uacuus: ut etiā ille ab hac esse possit alien⁹ qui in alimoniā pauperꝝ
suas distribuerit facultates: uel qui corpus suū igne torrēdū ꝓ christi cōfessione tra-
diderit incredibile uideret': nisi beatus Paulus hoc diceret: qui tn̄ cū eiusdem chari-
tatis mēbra describeret: doceretq; qualis esset hæc uirtus sine qua nullæ possint ꝓ-
Ibidem. desse uirtutes. Charitas inquit patiēs est: benigna est: charitas nō æmulat': nō agit
ꝓperam: nō inflatur: nō est ambitiosa: nō quærit quæ sua sunt: & reliqua. Inflatio er
go & ambitio: & ꝓpriorū bonorū superba defensio possunt destruere elemosynas:
possunt euacuare martyria. Si & magnas opes amore quis humanæ laudis effun-
dat: & sæua supplicia nō ea fortitudine quā de⁹ tribuit: sed ea quā de se præsumpsit
excipiat. Hoc est em̄ ꝓpria fiducia inflari: hoc uanā gloriā quibuslibet ambire dis-
pendijs: hoc postremo ē nolle habere quæ dei sunt: & ibi suū cōstituere meritū: ubi
diuinū cessarit auxiliū: hæc supbia omni peccato nocētior: omni genere est elationis
insanior. A qbuslibet em̄ lapsibus delictoꝝ facile surgit' qn̄ opem a reparatore suo
poscit elisus. Huic aūt ruinæ nihil subuenit: quia aut difficile peccatū suū supbus ag-
noscit: aut etiā si intellexerit: nō currit ad medicū: sed de se sibi remediū pollicetur:
nec unq̄ ibi ꝓficit cura: ubi morbus est ipsa medicina. Hunc autē corruptissimū pe
stilentiæ istius flatū spiritus ueræ humilitatis & ueræ charitatis excludit. In nullo
em̄ hæ uirtutes ab inuicē diuidunt': & ambaꝝ tā indiscreta connexio est: ut q̄ in una
eaꝝ cōstruitur: simul utraq; potiat'. Sicut em̄ pars charitatis est humilitas: ita pars
humilitatis est charitas. Et si illa recolam⁹ quæ sine bono charitatis infructuosa esse
Apl'us definiuit: inueniem⁹ eadē similē habere charitatē: si eis humilitas uera defue-
rit. Quē em̄ fructū habebit aut cū inflatione scientia: aut cū hūana gloria fides: aut cū
iactantia largitas: aut cū elatione martyriū? Vnde quia in districtione supbiæ & hu-
militas tendit & charitas. De utraq; habeat' dictū: q̄quid de una est disputatū. Sup
est nunc sacratissima dei uirgo ut sobrio castoq; iudicio sancti cordis tui arcā discuti-
as: & aculeo totius elationis obtrito inuestiges in te atq; dinumeres quæ & qualia ti
bi sponsus tu⁹ dona cōtulerit: quæ a me nō oportuit recēseri: ne aut plura cōtexerē
aut pauciora ꝓcurrerē. Verecūdiæ em̄ tuæ onerosa foret etiā uera laudatio: & ip-
se cōtra disputationē meā facerē: si cui ab humana gloria cōtinētiā suasissem: ad ean-
dē te tuis præconijs incitarē. Ipsa ergo aulā tuæ mentis ingredere: & in secretario
purissimæ cōscientiæ tuæ qualia tibi reposita sint ornamēta circūspice: & q̄quid ibi
splendidū: quicquid pulchrū precioſūq; reppereris: diuini operis & muneris esse ne
dubites. Ita ut in oīb⁹ bonis opulētiæ tuæ & gratiā donatoris & ius ꝓprietatis agno-
scas. Accepisti em̄ quæ habes: & q̄quid tibi diligētia tui laboris accreuit: ꝓ ipsū tibi
est auctū: ꝓ quē fuerat inchoatū. Itaq; utendū tibi ē ijs quæ largit⁹ est de⁹: & ab eodē
semp ē petēdū: ut donis eius fideliter & sciēter utaris. Quid em̄ nobis boni pōt es-
Ro.8. se sine ipso: qn̄ quidē etiā ut recte oremus: ex ipso est: dicēte Apostolo: Nā quid ore-
mus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenar-
rabilibus. Qui aūt scrutatur corda: scit quid desideret spirit⁹: qm̄ ſm deum postulat
ꝓ sanctis. Et ne dubiū esset de quo spiritu loqueret': iam supra dixerat: Nō em̄ acce-

pistis spiritū seruitutis iterū in timorē: sed accepistis spiritū adoptionis filioꝝ: in quo clamamus: abba pater. Itaq; ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: qm̄ sum⁹ filij dei. Si aūt filij: & hæredes: hæredes quidē dei: cohæredes aūt christi: si tn̄ cōpatimur ut conglorificemur. Implet igit̄ spūssanct⁹ organū suū: & tanq̄ fila chordarū tangit digitus dei corda sanctoꝝ: Qui ideo cū die pentecostes in apl'os plæbēq; credentiū sicut a dño fuerat ꝓmissus: influeret: in specie linguaꝝ apparuit ignearum: & loquelis omniū nationū eos sup quos insederat: fecit affari: ut dubiū nō esset: p ipsi⁹ inspirationē: utilē affectum: rationabilē sermonē: animis fideliū ministrari. Sicut ipse dn̄s discipulis suis insinuauit: & dixit: Cū aūt tradēt uos: nolite cogitare quō aut qd loquamini: Dabit̄ em̄ uobis in illa hora quid loquamini. Nō em̄ uos estis qui loqmini: sed spiritus patris qui loquit̄ in uobis. Qd nō in solo magnaꝝ tribulationū tēpore credamus fieri sed etiā in pace præstari. Audiamus Apl'm definientē ꝙ ipsæ quoq; cogitationes nostræ nisi a deo nobis insitæ fuerint: rectæ esse nō possint. Fiduciā in- 2. Cor. 3.
qt talē habemus p christū ad deum: nō ꝙ sufficientes sim⁹ cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: sed sufficiētia nostra ex deo est. Vnde cū sanctoꝝ animis ex deo sit ut illis meditatio iusta: petitio efficax: actio ex deo sit: in fide firmitas: in tribulatione patiētia: in ꝓsecutione uictoria: magna est in uera būilitate fœlicitas: cui de⁹ dilectio: deus sapiētia: deus cōsiliū: deus fortitudo est. Nec dubie ista subiectio iā ex magna parte in illi⁹ futuræ beatitudinis est cōstituta cōsortio: ubi de⁹ erit oia in oibus. Qd ideo in hac uita ad plenū nō pōt obtineri: quia nōdū mortale nostrū induit immortalitatē: nec corruptio trāsijt in incorruptionē: caro adhuc cōtra spiritū: & cōtra carnē spiritus cōcupiscit. Nec inuenit̄ in ullo hominū tāta concordia: ut legi mētis lex quæ mēbris est insita: nō repugnet. Propter qd ex omniū sanctoꝝ ꝓsona accipit̄ qd Iohannes Apl'us ait: Si dixerimus qm̄ peccatū nō habemus: nosipsos seducimus: & 1. Joh. 1.
ueritas in nobis nō est. Cū tn̄ idē ipse dicat: Qui natus est ex deo: peccatū non facit: 1. Joh. 3.
qm̄ semē ipsius in eo manet: & nō pōt peccare: qm̄ ex deo natus est. Vtrūq; ergo uerū est: quia & nemo sine peccato est: in eo ꝙ nemo est sine lege peccati: & qui natus ex deo: peccatū nō facit: quia p legē mentis: id est: p charitatē quæ dei semē est: peccatū nō facit. Charitas em̄ operit multitudinē peccatoꝝ: & sine qua nullū ꝓdest 1. Petri. 4.
bonū: p quā delet̄ oē peccatū. Dū igit̄ corpus qd corrūpit̄ aggrauat aiam: & depri- Sap. 9.
mit terrena inhabitatio sensū multa cogitantē: nō quidē obtinet̄ ut iam aia in oibus de⁹ sit: qa nullus est sine tētationis stimulo & sine mutabilitatis incerto. Sed qa om Jacobi. 1.
ne datū optimū: & oē donū pfectū de sursum est: descendēs a patre luminū: sine dubio inde habet̄ uirtutum omniū portio: unde habebit̄ plenitudo: & tanto quisq; est beatior deoq; coniunctior: quanto plus in eo fuerit gratiæ diuinæ q̄ actionis humanæ. Benedic itaq; domino in omni tēpore: & laus eius in tuo ore sit semper. Anima autem tua nō acquiescat nisi in domino laudari. Superbi quidem refragabunt̄: sed mansueti hæc audient & lætabuntur.

Præclarissimū opus epistolarū disertissimi uiri: sancti Ambrosij episcopi: elegātissimo stilo conscriptarū: ad laudem dei in urbe Basilienſium per magistrū Iohannem de Amerbach impressum: Anno salutiferi uirginalis partus nonagesimosecūdo supra millesimum quaterq; centesimū: Fœliciter finitum est.